



1561

IHS

Archivo de Loyola

Sección 3.^a Serie 2.^a N.º 825

Est. 13.

Plut. 5.

162

VRVECH
DISPUTAT
PHILIPICÆ



ivo de Loyola

ante

teo



Ag 26

Universidad de Deust
R. S.
BURGOS.
Burgos





Victoria S. C.
H.

18. 15.

Toledo, y Junio 15 de 1792.

Yo de Dⁿ. Gregorio Joseph Ruiz, Caballero, Pbro -
Capp.ⁿ de las Religiosas del Convento de la Madre de
Dios de esta Ciudad de Burgo. Año 1792.



Societatis Iesu. Burgis. 1863.

**FRAT. ALFONSI
VIR VESII THEOLOGICANA**

riensis episcopi, philippicę disputationes viginti
aduersus Lutherana dogmata, per Philip-
pum Melancthonę defensa.

Habes hic lector omnium disputationum summam,
dudum Augustę, & nunc Ratisponę habitum.

~~Vox vsurpata Lutheror:~~
Verbum domini manet in aeternum. *Isaię. 40.*

Vox ecclesię propria:
Et respondebo exprobrantibus mihi verbum:
quia speravi in sermonibus tuis. *Psal. 118.*

SOANTVERPIAE SO

excudebat Ioannes

Crinitus, Anno

M. D. XL

Cum gratia & priuilegio.
Caesareo.



TOTIVS OPERIS

argumenta.

Anno domini. 1530. Carolus. V. inuictiss. imp. Hispaniarum rex &c. & inclitus Romanorum rex Ferdinandus eius frater coacto Germaniarum totius publico concilio Augustae Vindellicorum de Lutherana discessione ab ecclesia & fidei causis agere ceperunt, conatiq; sunt Germaniarum partem non parua, quae Luthero duce, ut alios sciamus, aberrabat ad ecclesiam transacti one, aut quoquo modo, sine fidei tamen catholicae dispendio reducere, negarunt Germani aliquot, se posse dogmata quaedam verbo Dei (ut videbatur illis) innixa deserere, de quibus libellum caesari obtulerunt, fidei suae confessionem & defensionem continentem. Huic addidit Philippus Melancthon aliorum ut ipse perhibet, opera apologiae: aduersus quam haec suscepta nobis est disputatio, cuius capita sunt haec:

- De dogmatum multitudine & varietate. Philippica. I.
- De communi articulorum fidei confessione. Philippica II.
- De iustitia & peccato originali. Philippi. III.
- De fidei & operum iustificatione. Philippi. IIII.
- De eodem ad argumenta confessionis responsionum. Philippi. V.
- De eodem ad scripturae loco responsionum. Philippi. VI.
- De eodem ad philippica argumenta. Philippi. VII.
- De eodem Philippicarum responsionum confutationis. Philippi. VIII.
- De poenitentia & absolutione. Philippi. IX.
- De vera poenitentiae ratione & sacramento. Philippi. X.
- De eodem philippicarum rationum confutationis. Philippi. XI.
- De vi & numero sacramentorum. Philippi. XII.
- De ecclesiasticis muneribus & functione. Philippi. XIII.
- De ecclesiae ritibus & ceremoniis. Philippi. XIII.
- De politicis magistratibus & in eadem de libero arbitrio philippi. XV.
- De cultu & inuocatione sanctorum. Philippi. XVI.
- De communione sub utraque specie. Philippi. XVII.
- De coelibatu & matrimonio. Philippi. XVIII.
- De coelibatu clericorum. Philippi. XIX.
- De coelibatu monachorum & monastica professione. Philippi. XX.

AD CAROLVM CAESAREM IN- uictiss. Romanorum imperatorem, Hispaniarum regem catho- licum, noui orbis monarcham &c. Alphonsi Viruesij Vlmetani, Canariensis episcopi, de philip- picarum disputationum dedicatione.

EPISTOLA.



Non scio multorum haecenus exercitationes & studia, Caesar inuictiss. eo directa, & summo conatu, totisque viribus intentata, ut Lutheri dogmata ab omnibus si fieri posset, exploderentur, sin minus, coercerentur, non perinde feliciter successisse catholicis, atque pie, nequeo tamen, male locatas esse oras & operas in huiusmodi argumento consumptas animam inducere. Neque enim naturas rerum, quod est in fabulis poetarum, oratione mutare nitimur, sed animos hominum, animos, inquam, suapte natura flexibiles, & ad cedendum ostensa rationi, modo vitia non obstarunt, propensos. Quam sunt, qui & hoc ipsum inferre vim vel naturae, vel fatali cuidam necessitati, ad quam omnia referre semel decreuerunt, existimant. Ita nihil rationi, nihil arbitrio, nihil denique diuinae clementiae, quod possit immutare, relinquunt. Sed natura omnium quae sunt pares a philosophis credita, atque diuinae prouidentiae ab eisdem ut emula saepe opposita, nulla se ratione magis declarat nihil nec posse, nec esse quidem praeter ipsas easdem res, quibus inesse videtur, quam incerta haec operum vicissitudine, ut sensibus frequentissima, ita occultissima intellectui: Si enim per paucos ac numeratos quosdam motus praetermiserimus, quis ceterorum omnium quae quotidie, imo singulis quibusque oris modo fiunt modo deficiunt, oriuntur & occidunt, regulas, causas, & originem perferutari queat: aut qua ratione poterunt philosophi tantam non ceterarum modo rerum, verum & opinionum, scientiarum, legum, religionum, dogmatum variationem ad naturam suam thesauros, quos magnifice iam statant, referre: nos vero omnia haec in diuinae mentis liberam prorsus, ordinatissimam tamen dispositionem, nepe prouidentiam reijcimus, quae & si nobis sit incomprehensibilis, hoc tamen

nō significat modò, verū rebus ipsis ostentat malorū scilicet
 hominū vitijs bonorū se virtutes expromere, errorib' vero
 pietatē & ingenia exercere, qui factū est vt ab orbe condito
 optimi quiq; inter iniquissimos, sapientissimi inter stultissi-
 mos enituerint, oportueritq; (quod ait Paulus) hæreses esse
 vt qui p̄bati sunt, manifesti fiāt, ita tamē, vt nemini diuina
 dispositio vim ad peccādū intulerit, aut bene viuendū: tātū
 ad hoc inuitat & iuuat, in illud verò sp̄ote sua ferē humana
 volūtas. Quāobrē, vt ab illorū ego temeritate vehementer
 abhorreo, qui, relictis hominū culpis, quicquid pœnarum ac-
 cidit orbi, neglecto deo, eiusq; puidētia prætermissa, omnia
 referūt ad arcana naturæ, ita querelis eorū nunq̄ accessi, qui
 peccatorū vim adeò, arūnis publicis ingruētibus, augent, vt
 Christi misericordię pene diffidere videantur. Vnde & hoc
 habēt pro deplorata rempub. Christianā, q̄ cū indies multi
 inter has rēporū mutationes exoriantur alop̄hili, ecclesię ho-
 stes, nullos econtra, vt olim habeamus propugnatores. Nō
 (inquā) his q̄ illis magis accedo, quoniā et si Augustinos, Hie-
 ronimos, Hilarios, Athanasios, ac ceteros huiuscemodi, quos
 desiderat, & à quibus defensa est olim catholica veritas, non
 assequamur, nō desunt tamen qui sequantur istorū vestigia,
 labores imitētur. His accedit principū pietas & religio, quæ
 maior est in omnib' ferē Christianis principibus & vberior
 q̄ fuerit olim. Inter quos tu Cæsar inuictissime, vt supremus
 es loco, ita summā religionis curā & sollicitudinē perpetuò
 sustines, adeò vt prouerbij pene vsu iā vulgo dicatur: Ita di-
 uinę maiestati res tuas esse curæ: vt tuæ maiestati oia sunt
 curę diuina. Nō cōmittam vt istius virtutis exempla, quæ
 numero & magnitudine omnē orationis mēsurā excedunt
 huius præfaciuncule breuitate præstringā. Tātū illud cōme-
 morabo, quod ad nostri operis argumentū proprius accedit
 Indixit tua maiestas solennē totius Germaniæ in Ratispona
 cōuentū, quo posset facilius Lutherana dissidia quoquo mo-
 do (sine pietatis tamen offensione) cōponere. Videbatur res

p̄ viros in sacris literis eruditos, debere tractari, hac fortassis
 de causa me, qui literas sacras vtcunq; profitebar, euocari ius-
 sit in aulā, aut si alia fuit arcessendi causa, ego certe hanc suspi-
 catus ad certamen præparare me cœpi, argumenta colligere,
 quibus Lutherani catholicā veritatē inuadūt, responsiones
 adornare, quin & argumētis argumēta refellere: hoc studiū
 nostrū epitome peperit chartis lituratū. Postea verò q̄ tur-
 cas irruptio cōsilia cōmutauit & studia, subiit animū cupidi-
 tas omnia illa, q̄ in epitome cōgesserā, in iustas disputatiōes
 digerēdi, atq; in lucē, quo prodessem forte nōnullis adendi.
 Cœpi ergo in ipso bello apparatu & armorū strepitu in quā-
 dā Lutheranorū cōfessionē tuæ maiestati oblatā Augustæ &
 Philippi Melanchthonis pro eadē apologiā disputatiūculas
 cōmētari. Siquidē dū tuæ maiestatis aulā, in quā dudum fue-
 rā recēs ascitus, per Germaniā ad Panonias vsq; consequor
 operapreciū mihi facturum videbar, si te vnā cū inclito Ro-
 manorū rege Ferdinādo tam ingēs bellum suscipiēte, vestris
 aut cū purpuratis tū militibus futura (si modo hostis ausus
 esset manere) pralia meditātib' Diogenis exēplum imita-
 rer, qui cæteris mœniū intentis propugnationi, doliū ipse, ne
 inter suorū labores accusaretur ignauia, q̄ maxima poterat
 cōtentione versabat. Melius verò nos, qui, vt nostri perdue-
 libus reipub. Christianæ, ita ecclesiæ desertoribus parabam' &
 occursum: Itaq; alij equos & arma, nos ingeniuū exercebam'
 & stulū, atq; ita in illius expeditionis tā laborioso itinere hæc
 disputationū maximā partē confecimus. Postea verò qua de
 causa minimè perfectē sint, eā causam tuę maiestati notiorē
 esse scio, q̄ vt hac epistola opus sit explicari. Mox em̄ ab ad-
 uētū, M. tuę in Hispaniā tā ingens me, quod solus in tuę M.
 aula cōciones haberē (de criminibus modo nihil pronuncio)
 calumnia excepit, tā acre à potentissimis vnā atq; impoten-
 tissimis hostibus in me bellum exarsit, vt hoc integrū qua-
 driennium vix respirare licuerit, aut quicq; comminisci præ-
 ter criminationes, reiectiones, attestations, contestationes,

confutationes, libellos, instrumenta, regeſta.

Nomina que & ipſo pene timenda ſono.

Hæreſes, blaſphemias, errores, anathemata, ſchiſmata, & id genus alia mōſtra, qua Herculeis certe laboribus Chriſti primum fauore ſuſceptis, maiſtatis tuę patrociniſ ſubleuatis, tandem abegimus. Poſt tantum verò temporis ad intermiſſa ſtudia cupiens reuerti, ægrè poſſum illorum etiam meminiſſe, quorum argumenta & quaſi lumina chartis cōmiſerem. Quid igitur faciendum nobis fuit, ne diſputationes illa pietatis noſtrę ſpecimen & prima rudimenta perirent? id nimirum fecimus, quod potuimus, faſciculum chartarum, qui erat in regeſtis (nam obtuleramus eum inſiſtoribus de noſtra fide quorundam monachorum delationibus commotis) impetrauimus, quo ſchedis in regeſto manentibus, exemplum totius diſputationis (vna eſt enim, tametiſ multis diſtincta capitibus) tranſcribere liceret. Ea demum, tametiſ rudis & imperfecta, viſa eſt vtilis, ſi aderet futura, apparebit enim integris modò lectoribus iure ne an iniuria, quadriennium hoc tantum non de capite hæreſis nomine laborauerim, qui vniuerſos labores meos, vniuerſa ſtudia ſemper ad fidei puritatem contuleram, & nunquàm non aduerſus errores, ſchiſmata, hæreſes, literis & verbis pro euangelica veritate pugnaueram. Nam & ante annos quatuordecim Erasmum, tametiſ catholicum, & verę pietatis feruentiſſimum aſſertorem, quòd in ſcriptis eius quedam eſſent, quibus abuti poſſent hæretici, calumniatores obloqui, imbecilles offendi, ſeptem collaciunculis admonui. De gemina etiam fide aduerſus Lutherum, quedam commentari cœperam, ſed huius lucubrationis ſchedę cum plerisque alijs hac tempeſtate interciderunt. Hactenus enim nec fando quidem auditum eſt, quenquam in eccleſię Romanę poteſtate & obſeruantia perſeuerantem, à catholica pietate reſeſſiſſe. Hac de cauſa, quando hæc diſputatio

non

non tam conuincendis iam Lutheranis, quàm exiſtimationi noſtrę à calumnia vindicandę ſuſcipitur, quòd quã ad Erasmum collationes, & in Philippum diſputationes ſcripſeram, eas nunquàm ædidifſem. Nam quod ad Lutherum attinet & Lutheranos, quid præſtare poterunt noſtri labores, etiam ſi non leuidentis fuerint & perfunctorij: ſed graues & accurati, quod non præſtiterint æquius, Roſſenſis, Cochleus, Faber, & cæteri omnes, qui maiore nobis copia, vberiore ſcientia, ingenio feliciore, cauſam eccleſię pertractarunt? aut quid promouere nos poterimus in ijs, quos tanta doctorum hominum caterua tam locuples doctrinæ theſaurus ab illis prolatus non mouet? Fit quidem, haud neſcio, vt quod veteri prouerbio dictum eſt: Sit etiam olitor interdum oportuna loquutus, & quod ait Paulus, placuit deo per euangelicę prædicationis ſtultitiã facere, quod per ſuam ſapientiam nondum effecerat. Sed hæc arcana ſunt dei munera, qui operatur omnia ſecundum conciliũ voluntatis ſuę, idcirco hæc illi omnia remittamus. Nos quod ad huius æditionis inſtitutum attinet, de eadem fidelia (quod aiunt) duos parietes oblinimus, nam & imbecillum medemur ſcrupulis, qui pietatis & modeſtię, quam præ ſe ferre videtur Philippus, ſpecie decipi fortaffe poterunt, & exiſtimationi noſtrę diuturna conflictatione grauiter leſę vtunque conſulimus. Horum vtrumque nemo eſt hominum cui conſultius quàm tuę maiſtati commendare poſſimus, quando quidem quibus prodeſſe maximè cupimus tui ſunt: catholicę verò fidei, cuius cauſam agimus & quæ tibi auctę pietatis dedit cognomentum, noctes, dieſque (ſcio) te cura ſolicitat, porrò autem cum me calumnia proditum phariſaico furore depreſſum, tertium iam tua maiſtas episcopum ſumma conſtãtia declarauerit, quid obſtat, quin ego tibi noſtram exiſtimationem fuiſſe curę declarem? Qua in re non dignitate ſolũ, verum & innocentię teſtimonio aduerſus ſicophantas me tua authoritas inuictiſſime princeps ornauit.

Quis

EPISTOLA

Quis enim, sanus modo sit, non pluris faciat Caroli principis
 ut religione notissimi, ita auctoritate grauissimi approbatio-
 nem, quam quorundam homuncionum calumnias? Certe sanctiss.
 dominus noster Paulus tertius pontifex summus nobis nunquam sine
 honoris praefatione perhibendus, cuius est rerum omnium & ver-
 borum quae ad pietatem maximè pertinent vim & pondus assti-
 mare, pluris multò fecit, ut par erat, vnius Caroli caesaris com-
 mendationem & excusationes, quam ceterorum omnium, tametsi gra-
 uissimorum (ut videbantur) accusationes & prauiudicia, quippe
 quod sciret me caesari iam inde ab aliquot annis cum longa docen-
 di consuetudine, tum priuatis confabulationibus esse notum,
 ceteros verò tum criminatores tum iudices me doctrinamque
 meam exceptis aliquot verbulis, propter modum ignorare.
 Suscipe ergo princeps καὶ ὀλιγοτάτοσ huius disputationis dupli-
 ci nomine patrocinium, & quod fidei catholicae primū, & quod pie-
 tas nostrae atque adeò tuae auctoritatis obiter causam agit, nam
 quicquid in ea pro veritate dixerim, haud est à nobis amo-
 uendae suspicionis causa nunc recens excogitatum, sed ab ipsis
 schedis quas in Germania exaraueram simpliciter transcriptum.
 Nihil enim prorsus quod sensa mutaret, aut doctrinam augeret
 addidimus, tametsi quaedam aliquod verbis aut transpositis aut
 commutatis aut additis lucidiora fecimus & magis perspicua.
 Id, cui nostra asseueratio non probauerit facile deprehendet
 collatione facta cum exemplari quod ad inquisitionis rege-
 sta retulimus. Haec eò nobis tam accuratè dicuntur, ne quis-
 quàm existimet, quod in sexta Philippica de pharisaeorum
 infectione iam tunc praesenti querimus, & quasi de futura
 diuinamus, & huiuscemodi alia. Si quae forte reperientur, oc-
 casione rerum quae postea sequutae sunt, à nobis nunc esse ad-
 dita, persequutionis etenim nostrae causas & originem alio
 fortassis opere si visum fuerit expedire narrabimus, huic
 propter ea quae passi sumus nihil prorsus addidimus, nihil de-
 traximus. Porro quod disputationem hanc per Philippicas di-
 stribuimus, nequaquam id magnifici nominis splendorem sequuti
 fecimus.

DEDICATORIA.

fecimus, aut quod quicquam tale praestare credamus, quale praestitit
 aduersus Philippum Demosthenes, aut Cicero aduersus An-
 tonium. Illorum orationes sunt graues, luculenter, venustae, nostrae
 verò disputationes, rusticae quidem, sed modestae ut credimus,
 & non prorsus ineptae. Quae fuit igitur causa nobilissimi nomi-
 nis aucupandi? Hoc nimirum, quod Lutherus, Zvinglius, Pellica-
 nos Oecolampadios ac ceteros ceteros ecclesiae columinibus
 expugnandos relinquentes, nobis Philippum Melancthonem quo-
 cum descenderem? in equum illius apologiae occasione precipue dele-
 gimus: qui etsi his quos modò commemoravi non sit eruditione
 impar, & ingenio sit fortasse praestantior, eo tamen facilius eius
 videtur esse certamen, quo minus a veritate recedit, in asserti-
 onibus, & in disputationibus maiorem praese fert modestiam,
 minusque furiose versatur. Haec nobis visa sunt caesar inuictissimi
 me, apud tuam maiestatem epistolari breuitate praefari, nam
 caetera dabit Philippica prima qua prooemij loco germanos
 omnes, maximè quibus cordi est pietatis studium, alloquimur.

FRAT. ALFONSI
 VIR VESII THEOLOGI CANA-
 riensis episcopi, philippicae disputationes viginti, quibus
 quorundam Germanorum confessio, Carolo Caesari
 Augustae, iuxta Lutheri doctrinam exhibita, expen-
 ditur: & Philippi Melancthonis pro eadem con-
 fessione apologiae respondetur.

PHILIPPICA PRIMA
 totius operis praefationem continet.

B

FRA



FRATER ALPHONSVS VI-

ruesius seruus Iesu Christi, vniuersis eiusdem sanguine redemptis, quibus haecenus per Germaniā immodicus christianae libertatis amor imposuit.

Salutem & mentem perscrutandae veritatis liberam, D.



Vemadmodū inter omnes omniū gētiū nationes nulla fuit vnq̄ germanis, aut fide cōstārior, aut moribus grauior, aut ingenij candore simplicior: ita inter oēs christiani orbis prouincias, nulla se haecenus (q̄ alia pace dixerim) pietate insignē, religione supplicē, obseruatione frequentē, vtriq̄; demū tū legibus, tū magistratibus obtēperantē, aequē praebuit atq; Germania. Quae quidē ingenij vestri & pietatis antiquae laudes, haud idcirco nobis in huius praefationis exordio attinguntur viri germani, vt vos primulū blandis (quod ait sapiēs) fictisq; sermonibus captās, postmodū facilius traham in sententiā: haud enim ij estis, quibus assentatione, in re praesertim grauisima, possit imponi. Sed vt indolis vestrae & ingenuitatis admoniti, meminertis: q̄ nunc placita, leges, instituta maiorū cōtemnitis, eadem vos nō ita pridē & suspexisse modestius, & retinuisse cōtētius, & fidelius praestitisse. Quod cū ita sit, indignū mihi videtur vestra grauitate (animaduertite q̄ vobis nō assentari decreuerim) ad vnius aut alterius homūcionis, qui nunq̄, q̄ illorū cū verba tū opera satis produnt, sibi cōstitērūt: voces nō dicā quales, sed nouas, ita repente vos ipsos & vestra oīa vicij dūtaxat exceptis, mutasse, & aduersus rectora monentes ita obturasse aures, vt risu ac derisioe, ne dicā maledictis & cōuicij excipiat eos, qui istā animi impotētiā sistere & tēperare conātur. Hoc malū nō rerū ipsarū, quas deseruistis aut veritatū mutatione accidit, sed cōmuni hominū (ne intrem diuina iudicia perscrutemur) cōditiōe, qua ita est hominum naturae cōparatū, vt quo se sublimius extulerit, etiā virtute ac fruge bona, eō sit illi velut in summo periculo cauedum

dum studiosius, ne praecipitatione collidatur. Omniū rerū vicissitudo est, ait ille, nō tantū humanarū, verū etiā diuinarū, q̄ diu versantur inter homines: nihil est enim tā p̄cellēs, tam sublime, tam diuinū, quod si per homines geri, disp̄sari, aut quoquomodo disponi cōringat, humanis defectibus non sit obnoxiiū, quādo ea est animi nostri imbecillitas, mētis inconstātia, perplexitas rationis, vt quā veritatē maximē illi expediret retinere, in ea se veritate sistere, & cōfirmare, intellectus humanus minimē queat, nisi virtute diuina roboretur. Huic virtuti, q̄ praesto est, quēadmodū pollicetur Christus, expectantibus, pulsantibus, imploratibus, nihil hostilius aduersatur q̄ peruicax ac p̄fracta quaedā praesumptio sapientiae, qua sibi ipsi homo sufficere credēs, ceteros oēs cecutire & hallucinare, praet̄ vt ipse sapit, arbitratur. Hic ille philautiae morbus est, vt alius tātorum malorū causas & exordia repetamus, qui maximā angelorū partē corripit, & ab illis in homines quasi cōragione translatus, vniuersos in primo parente corripuit. Quē morbū vt ceterorū omniū caput & originē diuini verbi Ecclesiastes ille Salomonē significasse, vnā atq; cohibere voluisse, videtur: dū hominū fermē oīm curas ac desideria vana pert̄sus, aut (quod veriū dixerim) Spiritus sancti per illum, studia quoq; nouos scribendi libros, quinimō libidinē cōminiscēdi noua dogmata, quibus vetera fastidiri, simul & antiquari documēta incipiant, disertissimē iuxta ac saluberrimē damnat. Verba, inquit, sapientium sicut stimuli & quasi clauis in altū defixi, q̄ per magistrorū cōsiliū data sunt a pastore vno, his amplius sibi mi ne requiras: faciēdi plures libros nullus est finis, frequēsq; meditatio carnis, afflictio est. Videret *Eccle. 12.* siquidē hęc diuini spiritus sentētia in illos maximē ferri, qui alienā sapientiā praet̄ dulcedine pprii erroris fastidire solent, & materias a veteribus catholicis nō modō piē, verū diligēter & eruditē iā olim explicatas, rursus excutiunt, atq; de alienis laboribus sibi gloriā aucupātes, amplissima vsurpant argumēta loquēdi. Loquendi, inquam, quia nihil aliud lucrum

Dogmatū radix
philautia.

pter inane loquacitatis nomē sibi referūt, nihil vtilitatis lecto-
 ribus adferunt, pter humanā alicuius adinuentionis fumos:
 quibus ad veterū enarrationes, alioquin sufficientes, adiecti,
 argumentū doctrinā susceptū cōfundūt, potius q̄ illustrius
 reddāt. Atq; vtinā hoc tātū dāno cōtenta esset inanis gloria
 in scribendo cupiditas, & nō aliud deterrimū adiecisset, quo
 torius pudoris & reuerētiā metas transgressi, cū nihil pter
 missū a maioribus, quod a nobis adijci possit videam⁹, q̄ ab
 illis sapienter, simul & catholicē dicta sunt, ambiciosa doctri-
 nā ostēratione cōuellim⁹, illorū dogmata vellicātes oblique
 interdū etiā & apertē dānātes. Eo deniq; temeritatis, p̄celsit
 immanis hęc philautiā nostrę rabies, vt in diuinas demum
 scripturas irrumpentes: nihil firmū, nihil stabile, nihil solidū
 illis, quantū in nobis est, permanere sinamus: quin quibusdā
 locis manifestā vim inferentes, quosdā prorsus infringentes,
 alios omnino negantes, oīa p̄p̄modū euertamus: ita vt fue-
 rint qui integros vtriusq; testamēti libros, alij qui alterū te-
 stamentū in vniuersum sustulerint, & in diuinę sapiētię ora-
 cula virgā sibi censoriā ausi sint arrogare. Hinc exortę here-
 ses, schismata, sectę, factiones, & id genus alia portenta, q̄ Pau-
 lus inter opera carnis cōnumerat. Nā illorū meditatio car-
 nalis, est omnino q̄ id ipsum Salomon apertē significat, cū di-
 cit eorū frequentē meditationē carnis, tātūmodo afflictionē
 esse. Phantasmātū enim agitatio, organicas cerebri potentias
 exercens extenuat, & fatigat. Porrō ex huiusmodi potētiarū
 q̄ corporeæ sunt, & ad carnis p̄tinent portionē varietate opi-
 nionū solet varietas exoriri. Alioquin tāta est animorū simi-
 litudo, vt intelligētię cōsens⁹ philosophis aliquot imposuerūt
 vt crederent, alij eundē esse in cunctis hominibus intellectu
 quēcōmunē suis verbis appellāt, alij diuersos quidē, sed eisdē
 sciētijs apud superos olim imbutos, atq; adeō apud nos affectu
 furios quē eisdē veritatibus, nisi phantasmatum obstaret va-
 rietas, penes quę vix hominē inuenias, qui cū alio in opinan-
 do cōueniat. Sicut enim exterior corporis habitudo, ita & in-
 terior organica dispositio in singulis hominibus p̄pria est &

Vnde varietas
 opinionum.

à ceterorū vnoquoq; diuersa: qui fit, vt in ijs quę per orga-
 nicę cogitationis lpecilia, q̄ vnicuiq; (vt diximus) p̄pria sunt,
 cōtēplamur, ingēs inter nos oriatur opinionū varietas: in ijs
 verō quę sola spiritus acie, intellectu scilicet, intuemur, sum-
 mus sit omnīū hominū in iudicādo cōsensus. Id quod maxi-
 mē nobis vlu venit, cū intellectus noster, sicut similitudinis
 simplicitate vnus est, ita vnico tantū fidei & gratiæ lumine il-
 lustratur. Cuius quidē luminis capax nō est vlla quātūlibet
 p̄spicax, & in fingēdis nouis dogmatibus solers corporea po-
 tentia: quoniā Spiritus sanctus disciplinā effugiet fictū, & au-
 fert se à cogitationib⁹, quę sunt sine intellectu. Siquidē intel-
 lectualis & vera sapiētia hoc distat à phāsticis opinionibus
 q̄ sine fictione discitur, & sine inuidia cōmunicatur, vt quā
 nō sibi quisq; priuatis excogitauit, p̄prij cerebri simulachris,
 sed in cōmunē omnīū hominū vtilitātē Deus velut a æqua
 mēto largitur cunctis, qui sese illa dignos exhibēt & capaces,
 alioquin in maleuolā animā nō introibit sapiētia, neq; habitat
 in corpore subdito peccatis. Et spiritalis sapiētia quā aduers⁹
 carnalē Iacobus distinguit, Primū quidē pudica est, deīde pa-
 cifica, modesta, suadibilis, bonis cōfentiēs &c. Multa in hanc
 sentētiā passim in sacris literis reperiuntur, q̄ oīa huc spectāt
 vt sciamus intellectualē sapiētiā, hoc à phāsticā opinione
 differre, q̄ illius veritatib⁹ oēs ferē homines (quorū animos
 philautiā furor nō corripuerit, facillimē assētiūtur, in huius
 verō placitis, vix hominē inuenias, cui cū altero in vniuersū
 cōueniat, nisi fortē factione potius, q̄ doctrina in cuiusq; vba
 iurauerint. Tunc enim coguntur homines, interdū quę mini-
 mē p̄bant, asseuerare: quinimō, quod nō rarō deprehensum
 est euenire, affectus ipse peregrinis dogmatibus semel addi-
 ctus, vsq; adeō in ceteras animi potētias tyrānidē exercet, vt
 eas p se cogat etiā iudicare. & intellectu, qui nudus alioquin
 & liber veritatē erat inuēturus, quasi refragātū cogitationū
 impbitate obruere. Verissimē nāq; dictū est à Quintiliano. Id
 quod iudices fuisse volūt, esse facile credere. Et sicut amātes

de forma iudicare nō possunt, quia sensum oculorū premit amor, ita omnē inquirendę veritatis rationē à nobis amitti, cū affectibus occupamur. Quamobrē haud immeritō apud Ciceronē de natura deorū differentē. C. Cotta Velleiū idcirco falsum existimat, quod antē iudicauerit Epicurum se esse oportere, q̄ dogmata Epicuri cognouerit. Omnino animus cōmētię opinionis fūco p̄uentus sui cōpos nō est, vt ppriē adinūtionis aut factitię dogmatis, cui semel se addixit, deceptioni veritatis pulchritudinē p̄ferre valeat. Trahitur vnusquisq; nostrū a morbo illo, quē diximus philautiā, vt semp ppria cōmunibus p̄feramus. Porrō veritas & intellectualis sapiētia, q̄ vna illā attingit, cōmunissima est, opinio cuiusq; ppria. Hinc fit vt nō modo hæretici, q̄ quotidie experimur singuli singulas cōdāt hæreses, & vicissim se ipsos, qui modō aduersus oēs alios pugnabāt, insectētur, illis dānātibus, quod his egregiē luculentū apparet, & rursus his explodētibus, & irridētibus, quod illis maximē probatur: verū & catholici, quaten⁹ absq; pietatis dispēdio licet Scotus differat ab Aquinate, Durādus ab vtroq; Ariminensis ab omnibus, & quādmodū olim philosophia, ita & nunc theologia in sectas penē innumerabiles sit dissecta, idq; non sine magnis (quod apertē dixisse per sophos quosdā gymnasiarchas nō sit mihi fraudi) cruciatibus ingeniorū & cōsciētiarū interdū periculo nō mediocri. Ego verō de his omnibus ita iudico: vt quæ ab ecclesia vniuersali p̄petuō sunt credita, & obseruata, ea tanq̄ oracula diuina religiose suscipiā, & vniuersis hæreticorū dogmatibus p̄ferā: nihil enim aliud q̄ hæretici mihi sunt, quicunq; aduersus hæc scribūt aut docēt: quæ verō nouis sunt inter christianos traditionibus exorta, ita vt nullo modo in sacris literis antea fuerint, illa, si cōciliorū aut pōtificū sint decreta, vt leges & placita christianæ reipub. perq̄ vtilia venerabundus suscipiā. Quoties autē de diuinis aut humanis hisce legib⁹ alicubi fortassis ambigitur, optima mihi legū interpretis est christiani populi generatim recepta cōsuetudo, nā cæteræ oēs in

In tanta assertio-
num uarietate
quid sequendum.

terpre

terpretationes, quas hæretici hæten⁹ attulerūt, velut humana signēta, & carnis tantū prudētiæ innitentes, marcescūt & emoriūtur. Omnis nanq; caro fœnū. Et quod natū est ex carne, caro est. Cecidit fœnū, & quotidie cadit, quod & si diu aliquoties durare videatur, tandem arefcet, verbū autē domini manet in eternū. Cui verbo, quantūuis illud sibi oēs hæretici arrogēt, sola ecclesia catholica innititur. Huius rei signū haud obscurū est, quod hæresibus cunctis p̄cessu tēporū euanesccētibus, sola ecclesia catholica inter hæreticorū turbines, & malorū christianorū, quibus vterq; ordo satis abundat, alluuiōnes p̄manet, & in eternū permanebit, vtpote aduersus quam neutra inferorū porta, nec erroris neq; iniquitatis prauallere potest. Sed interim penē p̄terierā tertiuū partitionis quæ proposita nobis est membrū, hoc est opinionū, quæ inter orthodoxos sine fidei offensione quotidie oriuntur. Horū omnia in quibus doctores sibi mutuō aduersantur, priuata mihi videntur & phantastica vtrorūq; frequēter cōmenta, semp̄ tamē alterorū quorū fortasse requiras, illorū scilicet qui magis à veterū doctrinis & traditionibus distant, nam (mea quidem sententia) ea tantū ad intellectualem sapiētiā pertinēt, aut pprius accedunt, in quibus neotericis inuicē & cū veteribus cōuenit. Nec mihi obiici patiar quorundā antiquorū sapiētiū sentētiās, quæ inter sese pugnare videntur: illi enim ferme oēs operas suas diuinæ philosophiæ studijs impendebant, quā tamē haud oēs æqualiter adipiscebantur, cōtingebatq; illis, q̄ eandē rem simul, nō tamen eadē loci intercapidine intuentibus vsu venire solet, vt quō quisq; ppinquior est vidēdæ rei, verius atq; distinctius de illa iudicare valeat, quare ex locorū vnde p̄spectus fieri contingit varietate, varia necesse est oriri iudicia, q̄ si omnium proximis rem ipsam ceterorū oculis æquē admoueat, faciliē oēs tunc in vnius sententiā discedunt, quādo nō cōtentionis libidine, sed prospiciendi varietate, & ab illo & à sese inuicē dissentiebant. Veterū ergo sapiētiū dissentio tam ciuili erat & modesta, vt faciliē

Isaie. 40.

Perpetuitas et cō-
stātia signū quo
dignoscitur eccle-
sia inter hæreses

Variabāt antiquū
sancti sententijs
interdū, cōtende-
bant verō penē
nunquam.

in con

in cōsensum mutua coalesceret admonitione, nunc verò cū
 nō de Christi gloria, sed de nostra vicissim cōtendamus, neu
 tri volumus alteris cedere. Hæc omnia haud idcirco nobis
 dicuntur, vt conatus illorū & labores dānemus, qui ad diuinā
 sapientiā per se quidē illustrissimā, hominibus tamen velut
 ostēdādā, & à suæ lucis fulgore ad imbecillitatis nostræ captū
 accōmodandum, verbis & literis in ecclesia laborant, novos
 ædunt libros, interpretantur æditos, optima quæq; colligūt,
 obseruat, in ordines redigunt, & quasi per classes distribuūt,
 proferunt in lucē, & sapientiæ suæ ad posteros monumenta
 relinquunt: Omnia enim hæc, si nō ad nouorū dogmatum,
 quibus sophorū sibi titulos parent, factiosam ostentationem
 sed ad sanctarū scripturarū eruenda mysteria, aut optimarū
 artiū illustrāda documēta, cū modestia simul & pierate fiāt,
 & hic maxima digna sunt laude, & grādes in futurū pijs do-
 ctoribus præmiorū cumulos parient: quoniā qui docti fue-
 rint, vt propheta inquit, fulgebūt quasi splendor firmamenti
 & qui ad iustitiā erudiunt multos, quali stellæ in perpetuas
 æternitates: & ab apostolo Paulo duplici honore censentur
 digni, qui pascendo gregi christiano laborāt verbo & doctri-
 na, Caterū oportet eos qui in diuinis literis cōdiendis, exco-
 lendis, & christiano populo propinādis, incumbunt, pastoris
 illius vnici meminisse, à quo sumus huius disputationis ex-
 ordiū auspicati. Ab illo enim, iuxta Salomonem, veterū sapi-
 entium verba prodierūt, quæ per magistrorum cōsiliū data
 sunt sicut stimuli, & quasi clauī in altū defixi. His amplius, in-
 quit, fili mi ne requiras. Rogat fortasse quispiā, quis nā sit ille
 pastor, qui sapiētes, qui magistri, quorū cōsilio sapientiū ver-
 ba ab vno pastore profecta, ac nobis tradita perhibētur: Ego
 pastore vnū Christum intelligo, qui de seipso prædicat. Ego
 sum pastor bonus, sapientes, prophetas, apostolos, ac ceteros
 vtriusq; testamēti authores, magistros, vetera illa ecclesiæ col-
 lumina, doctores scilicet antiquos, qui sacras literas interpre-
 tantes, nō temere, nō arrogāter, nō præcipiti humanæ existi-

Dan. 12.

Ioan. 10.

mationis

mationis affectu. Sed consultò ac pia sollicitudine christiana
 nobis dogmata tradiderunt, quibus amplius ne requiramus
 ab Ecclesiaste præcipitur: nam in his versanti, etiā si multa cō-
 posuerit volumina, nō multi cōdūtur libri, sed vni^o dūtaxat
 mysteria, pducuntur, enarrantur, lucubrant, & mortaliū oculis
 admouētur: vnus, in quā, nēpe illius, cuius seprē signacula sol
 uere soli datū est agno. Quod si ab illorū, quos modò cōme-
 morauī vestigijs discedat, mox imensa librorū simul & erro-
 rū cōsurgit farrago, quis accusādis & excusādis cū alijs rursus
 dictetur, adātur, inuulgētur: fit vt quod Ecclesiastes dixerat,
 faciēdi plures libros nullus sit finis: q̄ id ipsum pijs & catholi-
 cis viris nō debet vicio dari, sed ijs, à quibus nouorū dogma-
 tū iactatione nō minus periculosa q̄ vana, quotidie puocan-
 tur, quiq; nouas passim argutias i christianæ simplicitatis p̄ni-
 ciē cōminiscuntur, quibus semel assertis, aut admissis vanitati-
 bus patrocinerentur, nā (quod vulgò quoq; dici solet) necesse est
 vni sustinēdo mēdacio accumulari multa, q̄ppe q̄ eò quisq;
 pl^o errat, quò p̄ errorē semel igrediēs, lōgius fuerit p̄gressus.

Facile, vt reor, diuinatis viti Germani, immò potestis ni-
 hil obscure perspexisse, quorsum tēdat tā longē præfationis
 oratio, vobis enī hoc, quicquid est nostri laboris, infumitur,
 vobis hisce nostris lucubrationibus insudatur, vt quādo ger-
 manis fermē omnibus, ad quos diuertere, migrare, aut acce-
 dere cōtigit, cōmodis ac perbenignis vsi in nostra peregrina-
 tione sumus, hoc velut xeniolo erga vos gratitudinis hosti-
 mentū exhiberemus. Hac de causa admonitos imprimis hos
 esse volui, vnde inter vos, quibus hætenus religio erat, vel
 latū (quod aiunt) vnguē à maiorū p̄scriptionibus discedere,
 tam multiplicium dogmatum, tam multorum libellorum,
 tā diuersorū deniq; errorū scaturierint fontes, ex quibus fon-
 tibus, hæc animorū labes, quæ totā penē Germaniā infecit:
 quotidie permanat, est nanq; salutis maxima spes, & p̄pemo-
 dū recuperatio, aduersę valetudinis causas & principia habe-
 re cōprehensa, quin & obiter, dū totius argumēti primordia

Apoc. 5.

C

reper

repeto, cōsiliū etiā nostri rationē visus mihi sum declarasse. Nā decreui apud me post tot sapiētissimos viros, quibus cū hactenus doctores vestri hisce de rebus sunt cōflictati, in arē nā vobiscū descēdere, nō q̄ existimē quicq̄ me posse praestare, quod illi pratermiserint. Sed q̄ cōfessio quā triennū ab hinc Augustē Vindelicorū in solemni cōuētū Germaniē Carolo Cēsari imprimis christianissimō obtulistis, maximā spē mihi facere videatur fore, vt qui in tā multis nobiscū cōuenire animū induxistis: in reliquis, si modo vobis illorū ratio ciuilit̄ & modestē fuerit ostēsa, minimē sitis dissensuri. Nā hucusq; tā vestri q̄ nostri sapiētes, vtriq; alteris longa cōtentionis simultate perosi, nō minus cōuicijs & schōmatibus, q̄ solidis rationibus, & scripturarū testimonijs cōfixerūt. Ego verō ab istis omnino abstinēs, his tantū cū verbis tū rationibus vtar, quē plurimū lucis, minimū cōtentionis causē, vt spero, attulisse videbūtur. Erunt permulti (scio) qui me frigidū dilutū, & inertē, ppugnatorē ecclesiē iudicabūt, ita sibi per sua serūt, quos semel iniusta heresis nota anathemate deuouerint nullis esse verbis mollioribus corrigendos, sed igne & ferro cominus, eminus vero cōuicijs & maledictis incelsēdos, quorū tamē ego vt studia nō dāno, ita iudicia nihil moror. Sim illis quantūuis dilutus & frigidus, dū tamē christianē charitatis mihi ardor (Christo fanēre) non desit, sim logemachie parū acer antagonistes, dū tamē euāgelicē māsuētudinis spolia nobis cōtingat, Christo suspēdere, q̄ si minus assequutus fuero, certē modestiā meā me nunq̄ pœnitēbit: vt pote q̄ mihi nullus incutit metus, sed prudentia suggerit christiana. Illius igitur cōfessionis vestrā, quā mihi nunc demū videre contigit, occasionē arripiens, ad ea quē tā in illa, q̄ in apologia Philippi Melanchthonis eidē adiuncta, pro vobis & aduersum nos, plixius dicta sunt, respondebo: nō quidē oīa vestra improbans, nec nostra quidē oīa probās (si modō nostra dicenda sunt oīa, quē quorūdā abusus, nō bonorū doctrina aut approbatio inuexit) sed pro illis duntaxat, quē sanctarū scriptu

CAPITULUM

rarū & ecclesiē auctoritate subnixā, impiū est ab hominibus cōuelli, pro mea virili parte propugnans. Vnde & hoc opus nō confutationē, sed disputationē malui appellare, quicquid enim disputando facturi sumus, melius re ipsa q̄ magnificis verbis vel speciosis nominibus declarabitur.

PHILIPPICA SECVNDA

De primo articulo cōfessionis, quo cōtinetur omnia ferme, quē ad commune symbolum ecclesiē spectant.



Rimū omnium gratulor modestiā vestrā Germani, q̄ multa in cōfessione p̄termiseritis, quē hactenus nō paruē cōtentionis argumēta fuerūt, vt sunt purgatorij cruciat⁹ diuorū imagines, peccatorū hyperboles, liberū arbitriū, & id genus alia. Cū enim istā animi magnitudinē, grauitatē, & eā, qua natura p̄diri estis, in genuitatē ac libertatē cōsidero, haud possū animū inducere vt credā, fictē à vobis aut malignē cōfessionē exhibitā, quin potius ita existimo, vos illa oīa consultō praterisse, vt potē de quibus inter nos vel cōueniat, vel nullo sit negotio conuenturū, si ceterorū cōsensus possit obtineri. Omnium tamen mihi gratissimū fuit, q̄ de fidei summis & apicibus publicē per symbola in ecclesiā p̄positis, catholicā exhibueritis cōfessionē. Nō solū enim eidē verbis singulos articulos, verū eodē sensu, quo sunt olim per concilia expositi, descripsistis: oppositas dānistis hareses, hareticorū cōmēta, quibus euāgelicā veritatē p̄uēse moliebātur interpretari, reiiciētes. Cōciliorū antiquā expositionē estis amplexi, quibus quidē cōcilijs eundē honorē deferre memineritis, obsecro, si quādo inter cōferendū inferius à nobis fuerint allegata, quē modo nō minore pietate, q̄ reuerētia vltro detulistis. Est tamē, quod in vestra cōfessione vchemēter admirer, nēpe q̄ vos ab alienis heresibus immunes esse omnino cōfiditis, p̄dicatis: qui

C ij

bus tamē hēresibus, nunc recens exortis, magnam per noua
 dogmata prābuisi occasionē: nā ante Lutheri doctrinā, ne
 mo vnq̄ in Germania aduersus Fucharistię sacramētū ausus
 est disputare, quādo nec dubitare quidē, vt credo, cōtigerat:
 nemo rebaptizandos cōfuerat christianos, nemo in trinitatis
 arcanū est ausus irrūpere. Ecclesia nimirū, iuxta Pauli doctri
 nā, redigente in captiuitatē omnem intellectū in obsequium
 Christi. A qua rā felici seruiture cum in miserrimā libertatē
 vos Lutherus, afferuerit, liberū fecit vnicuiq; credere, quod
 sibi pprii capitis sententia suggererit, liberū fecit sanctarum
 scripturarum vulgari mysteria, sanctū dari canibus, & spargi
 margaritas inter porcos, illos videlicet, qui cupiditatibus ob
 ruti, affectibus indulgētes, quo securius possint suis volupta
 tibus, vti cœno, puolui, scripturarū sibi patrociniō blādiun
 tur, quas cū nō intelligāt (animalis enim homo nō p̄cipit ea
 que sunt spiritus dei) sit vt antidotus vertatur eis in venenū,
 & qui humiliter noluerāt esse veritatis discipuli, superbē fiāt
 errorum magistri. Videor mihi videre quod de animali ho
 mine ex Paulo citavi, sanis à vobis & risu, sed sardonico legi
 Quasi apud vos sint oēs spirituales (dixerit aliquis) aut quasi
 pontifices, cardinales, & episcopi, quorū vos magisterio vti
 mini atq; doctrina, eisdē criminibus, quibus & nostri, nō in
 ueniātur frequēter immerfi. Nō placet modo collationē ex
 pendere, q̄ vulgo odiosum habeatur, & maioris sit operis, q̄
 vtilitatis. Simus vtriq; peccatores, vt fumus, nō est tamē cur
 nostrorū mores mihi obsint, quo min⁹ vestrorū vulgū à scri
 pturarū interpretādarū p̄sumptione deterreā, quādo mul
 tis, virtute muneris & loci quē habēt in ecclesia, cōcessū esse,
 ad eius duntaxat ædificationē credendū sit, q̄ meritis nunq̄
 attingerēt. Prophetauit Caiphās, homo sacrilegus & scelest⁹,
 nō ob aliud nisi q̄ pōtifex esset anni illius, & notum est illud
 Christi de huiusmodi doctoribus: Super cathedrā Moyfi se
 derūt scribē & pharisęi, q̄ ergo dicūt, facite: quod aut faciūt,
 facere nolite. Quāq̄ nec nos pōtificibus aut cardinalibus cre
 deremus, si aliter nobis scripturas interpretarētur, atq; ab apo

ADVERSVS LVTH. DOGMATA 13
 stolis & apostolicis viris sunt olim exposita. Vtūq; igitur
 illi viuāt, nihil obesse debet recētorū praua vita antiquorū,
 cū sapiētū rū cōciliorū optimę doctrinę, ad quorū p̄scriptū
 scripturę sanctę sunt intelligēde, tractāde, & explicāde, nō ad
 cuiusuis homuncionis libidinē vel opinionē. Alioquin nihil
 esset in mortaliū rebus infirmius, nihil incertius, q̄ ea de qui
 bus summā certitudinē nos habere existimamus. Nam quæ
 per deū, lex aut secta leuior esset & imbecillior christianorū
 lege, si cuius liceat impunē pprio illā accōmodare sensui, &
 quicquid sibi visū fuerit, nō de Spiritu sancti (q̄ nemini vnq̄
 post apostolos priuato homini p̄missus est) arcano thesauro
 sed de pprii cordis abisso velut oraculū p̄ferre. Licet quidē
 in sanctarū scripturarū abdita introeūtibus, modò p̄ Christū
 qui solus est ianua, introierint, varios ex illis sensus eruere,
 diuersas interpretationes, modò nō sint aduersę, in lucē p̄fer
 re: & est (vt Augustinus docet) nō modò grata, verū & vtilis
 ista varietas, ita tamē vt in huiusmodi expositionib⁹ nec no
 uū dogma necessario credēdū inducāt, nec receptis ab eccle
 sia aduersentur, alioquin tot suborirētur nobis secta, quot ha
 beremus magistros, imò vnusquisq; sibi doctoris munus ar
 rogaret, qui se suāq; sententiā posset scripturis deprauatis, re
 tortis, coactis, quoquo modo tueri: quod malū quōdā Afri
 ca diu multūq; ptulit, id ipsum verò Germania nūc vberius
 p̄ducit. Horū caput & causa malorū fuit libertatis fucus, quē
 Lutherus omniū primus inuexit, haud p̄spiciēs tūc tēporis
 vt credo, quāta malorū seges, quāta errorū licētia, esset olim
 per vniuersam Germaniā ad libertatis illius speciosū quidē
 nomē, sed rem, supra quā dici potest, perniciosam exortura.
 Liberū itaq; fuit primū per Lutherū, & oēs qui Luthero cre
 diderunt, veterū sanctorū autoritatē eleuare, doctrinā pro
 scindere, cōuellere placita, & ranq̄ hominū cōmenta reiicere:
 quasi Lutherus nō homo, sed numē esset, aut aliquid homine
 maius, vt eius verbis pro oraculis acceptis, ceterorū omniū
 pij labores, vt si essent mera nugā, deberent explodi: Atq;
 hic primus imminētium laborum gradus fuit, quē sequutus



est alius deterior, & in futurā ruinā, vt fieri solet, procliuior. Liberū enim post hęc fuit oīa penē fidei catholice quātūuis solida fundamenta, in dubiū reuocare, ita vt nō modo de sacramētorū numero, functione, virtute, verūm & de Christi Iesu & Spiritus sancti diuinitate dubitare cuidā, aut certē dubitādi occasionē ceteris prebere, impunē licuerit, vbi nec de his quidē differere opus erat. Hęc fluctuātium iāiā animorū execrandā ambiguitatē sequutæ sunt multiplices, nō modō diuersę, verū & aduersę assertiones, temerarię, insolentes, hęc reticę. Quid nisi cū magistros habueritis, quos Petrus apostolus pprijs (quod aiunt) coloribus, graphicē depingit. Fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatę, quibus caligo tenebrarū referuatur, superbia enī vanitatis loquentes pellicunt in desideria carnis luxurię, eos qui paululū effugiunt, in errore versatos, libertatē illis pmittētes, cū ipsi serui sint corruptionis. Exorta sunt ergo varia dogmata, dum hic Eucharistię sacramentū velut cōmunē ac dilutū aliquod symbolū cōtemnit, & in ceterorū ordinē redigit, ille baptismo gratiā, paruulis adimit baptisma: alius adultis multiplicat, nec deest qui circa sacrosanctū trinitatis mysteriū ambiguitatis olim semina iacta ad pestiferi germinis culmum pduxerit, nisi q̄ ille ppensior videbatur in Arriū. Hic sabelio fauet apertius, negās realē psonarū distinctionē, & (quod vestra cōfessio cōtinet) de verbo & spiritu sancto astutē rethoricans. Ab his & id genus alijs errorū capitibus tā varia quotidie mēbra exoriuntur: vt, quod superius diximus, vix iā inueniatur, cui cū altero ī vniuersū cōueniat, ira singuli singulas sibi cōfinxerūt nō fides, sed pfidias; dū libertate aburūtur illa, quā primō Lutheri doctrina dudū iuexit. Hęc & id gen^o alia portēta germana libertas tātopere ā vobis adamata, cū pduxerit, educauerit, prouexerit, interim mirę (si diuis placet) in cōfessione vestra hęc hęc execramini, & ab illis vos existimatis immunes, quas ab ecclesiastica disciplina discedēdo genuistis, aut certē aluistis, & roborastis, verisimū nanq; est illud tritū ore vulgi

2. Pet. 2.

prouerbiū, cōfirmatū apostoli Pauli doctrina, q̄ qui causam dāni dat, dānū dedisse videtur: quāobrē dignos morte pronuntiat apostolus, nō solū qui talia agūt, verū & qui facientibus cōsentiūt. An nō plusq̄ cōsentire faciētibus est, p̄ter hoc q̄ illorū erroribus viā aperuistis, nūc demū illis fauere, & ne p̄ principes aut magistrat^o cōpescātur, sacro fœdere cōiungis? Ingreditur Zvinglius Norimbergā, V vittēbergā, Reuthlingā, ac cæteras doctrinæ vestræ ciuitates, ingreditur anabaptista, ingreditur Rebaptizatus, ingreditur nouus aliquis Sabelianus, & omnibus his patet ad vos facilis aditus, & benigna receptio, Excipiūtur hospicio, audiūtur, & siue de dogmatib^o siue de Niobes filijs verba fecerint, applauditur illis, & liberē quicquid libuerit in fidē permittitur. Ingreditur monachus siue sacerdos aliquis orthodoxus, & mox ad eius ingressum tanq̄ ad mōstri cuiusdā aspectū oēs accurrūt, explodūt pueri senēs exhibilāt, iuuenes execrātur, maledictis incessūt, interdū nec manibus quidē tēperāt. Num iudicio hęc vobis fieri vidētur, & nō inueterato odio, quod in oēs catholicos iā pridē susceperitis? Certē quales quales sumus, hęc hęc oēs quas in cōfessione recēsetis, vobiscū dānamus, quid igitur est in causa cur illarū autores, cultores, fautores amplectamini: nos execramini? nunquid verbū Dei, quod vobis peculiaritē vendicatis, magis exhorret peregrinū aut peculiarē cultū in veste, q̄ abominādas ac prinaces hęc hęc in mēre? Quid dicā vobis? Laudo vos, in hoc nō laudo. Laudo, q̄ hęc hęc dānatis, non tamen possum laudare q̄ hereticis nullo ipforū cōmodo (nā hoc insolētius errāt & cōfidentius) maximo vestro periculo cōmunicatis, indulgetis, fauetis. Hereticū hominē, ait Paulus post primā & secundā monitionem deuota. An nō pudet hęc hęc illorū dānare, quos nō vitatis? imō nō veremini probare cōsuetudine, patrociniō, fœdere, quos dānatis in cōfessione? Sed iā alienis dogmatibus praternissis, quorū tamē maliciā prestare quantumlibet innocēs fautor vniuersis tenetur legibus, ad vestra dēscendamus, vt cōfessionis simul & apologię grauiora capita excutiantur.

PHILIPPICA TERTIA

De iustitia, & peccato originali.

De peccato originis, quod secundus articulus confessionis vestre continet, idem mihi visus est, vna vobiscum sentire Philippus, quod theologi docent, & a cunctis fidelibus creditur, idcirco praeter verborum nouitatem, quam Lutherus & Philippus maxime amat, apostolus verò Paulus summopere cauendum admonet, nihil vestra confessio differt a fide catholica. Nam quod Philippus causatur se nouis illis vocibus vti, propterea quod scolastici originis peccatum extenuant, docentes naturam humanam vniuersis suis viribus esse integram, & posse citra peculiare illud dei donum, quod gratiam appellamus, Deum super omnia diligere, Deo credere, & omnia eius praecepta seruare: hoc inquam (eius pace dixerim) falsum est & vanum, in eoque vobis luculenter imponit, nihil horum docent theologi nostri, quin potius verissimum esse illud Pauli: quod scilicet non sumus sufficientes cogitare quicquam ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo sit. Tametsi de virtutibus quas vocant morales, differens Scotus, dicit ad illas efficiendas vnicuique nostrum inesse vim a natura, verè ne ansecus, viderint sui, mihi non placet, eius tamen doctrina nec communis theologorum sententia est, nec si esset, quicquam ad Philippi debacchationem, virtutes enim morales, si modo virtutes meretur dici, non perficiunt hominem, nec dignum vitam aeternam reddunt, quin & amor Dei, si quando, utpote summi boni, summumque diligibilis affectio, elici sine gratia contingat, aut possit, non magis erit charitas, quam aestus est calor vitalis. Scio esse inter gymnasticos theologos sophismata quaedam, quibus propositiones quarum vis est in verbo posse, variantur secundum structuram varietatem, ut aliud significet haec enunciatio. Vnicuique sine gratia potest Deum super omnia diligere, & aliud haec: Vnicuique potest Deum sine gratia diligere super omnia: quibus varia-

variationibus (nam multis alijs modis variare contingit) diuersissimè de pronuntiatione, quod idem prorsus specie prima videtur veritate iudicare consueuerunt. Sed haec non video cur vobis stomachum moueant, quae tantum exercitationis gratia in scholis excutiuntur. Vnicuique vestrum conscientiam conuenio, ut bona fide mihi proferat vnum aliquem theologum, quem haec de suggesto ad populum disserentem audierit. Quod si vobis displicet immodica sophismatum studia, nostrorum quoque plurimis atque grauissimis non probari, vel ipsa iam pro modo emortua iudicio esse potest. Haec tamen, utcumque se habeant, non ad fidei quaestiones attingunt, sed ad morum correctionem, in quibus (ut quae res minimè nobis probatur, eam pro veteri consuetudine obiter excusamus) quotum quicumque reperietis, qui medium tenere sciat, praesertim inter iuuenes gloriae cupiditate flagrantes, cuiusmodi solent esse scholastici ferme omnes: habet vnaqueque ars, maxime tamen quae honestissimè sunt, suam faraginem, quam quo est vberior & copiosior, eò magis oculis arridet, maiorèque de se specie facere videtur, ad uenientibus verò culmis, fructibusque ad maturitatem productis, cetera omnia deficiunt, & emarcescunt, quod id ipsum in gymnasticis exercitationibus factum videmus. Quomodo (ut ad causam reuertar) non est quod nobis Philippus idem idem obieciat. Scholastici dicunt. Scholastici dicunt: Catholici in nullius Scholastici verba iurarunt, sed liberum est vnicuique ab illis dissentire cum vellet, utimur tamen eorum doctrina eò libentius, quò modestius illorum grauissimi a verborum ambagibus temperantes, non rhetorum pigmetis, non periphrasibus, fumos nobis offundunt sed certis verborum legibus materias explicant, quibus intellectis, liberum est illis qui doctorum munere funguntur, inter discedum ad populum (quo cum non disputandum est, sed pro rei dignitate ut credant, moueantur, & afficiantur adnitendum ecclesiae) oratoriam adhibere artem, & rhetoricis vti coloribus. Haud enim idem est a gymnasticis exigendum in scholis, quod concionatores praestare debent in templis. Illos decet stilus argutus & proprius, hos oratio copiosa, ornata, diserta, nec me tamen

latet, utrosque munere suo interdum abuti. Nam hi inanis copiae
 ridicula affectatione in meras nugas & somnia mulierculis &
 cerdonibus plausibilia effunduntur: illi vero dum argute loqui
 cauillosas captiunculas struere interpretantur, in sophismatum
 senticosis se anfractibus implicat, quorum tamen abusus viri
 graues: cuiusmodi fuerunt logobardus, Thomas, Bonauentura
 Gersonus, Altrifiodorensis, & reliqui eiusdem classis, prestare non
 debent, nec statim ut scholasticus doctor delirat, omnes sumus
 in ius vocandi, quibus id in quo lapsus est, plus fortasse displi
 cet quam vobis. Haec nunc semel ad scholasticorum inuidiam, quam illis
 Philippus non semel excitat, eleuanda, dixisse sufficiat: quorum
 tamen si circumspectionem in loquendo & scribendo didicisset,
 nunquam illis impingeret contradictionis notam, ipse proculdubio sibi
 contradicentes, id quod nihil obscure monstrabo, si prius nostros
 eiusdem vici calumnia liberauero. Principio cum theologi omnes ad
 unum hoc habeant, nemini posse iustitiam, quae vera sit, & aeternae
 felicitatis commercio digna, contingere citra gratiam Christi, etiam
 si dicerent, quod eis Philippus (quo possit facilius contraditio
 nis crimine consistere) falso tribuit: unumquemque scilicet hominum
 natura posse Deum super omnia diligere, & eius facere praecipita:
 non statim sequeretur hominem posse naturam solius viribus iu
 stificari, cum per vos nihil horum iustificet, sed fides in Christo.
 Non igitur haec: Potest aliquis solis naturae viribus praecipita
 Dei facere. & Nemo potest solis naturae viribus iustificari.
 Sibi vicissim (quod Philippus conatur efficere) contradicunt:
 nec aduersantur quidem villo modo, quando quidem facere praecipita
 & iustificari, non sunt idem: vobis praefertim, quibus mandata Dei
 etiam cum perfecta fuerint minimè iustificat: nota est autem oppo
 sitionis communissima lex, nempe debere pronuntiata idem pro
 fus & eodem modo alterum negando, alterum affirmando significare.
 Nemo hic reclamet, nemo queratur me sophismata confingere,
 vestram vobis doctrinam, vestra ipsorum verba vobis obijcio,
 quae nos quoad tenus & agnoscimus & probamus. Fatemur sane
 vobiscum, quod etiam si infidelium quilibet, quod tamen est impossibile, Deum
 super

super omnia diligeret, & cetera eius praecipita seruariet, non iustifi
 caretur per illa. Cum enim fecerimus omnia quae praecipita sunt
 nobis, serui sumus inutiles, quoniam quae debuimus facere: Luc. 17.
 fecimus. Facere autem quod fieri debet, non iustificat, id quod
 sibi aliunde non debetur, expetentem. Porro aeternam felici
 tatem omnes expetimus, quae nullo potest hominibus prouenire
 commercio, quando non sunt condignae passionis huius temporis Rom.
 ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis: nisi de Christi
 Iesu thesauro, cuius meritis & fidimus patientes, & innitimur
 operantes, iustitiae munere gratis donemur: quo pignore re
 licto nobis futurae beatitudinis arraboni: quod momentaneum
 est & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate 2. Cor. 4.
 aeternum gloriae pondus operatur in nobis. Hic videtis ho
 minem non sine fide, nec tamen per solam fidem iustificari,
 hoc est, aeternitatis mercedem iuste capescere. Etenim cum
 iustitia haec sit quaedam commercii (licitantibus nobis regnum
 celorum) aequatio. Hanc non fides tantum efficit: sed & cha
 ritas, cuius est, ut isdem Paulus commemorat, omnia ferre: ab ea 1. Cor. 13
 namque proficitur momentaneum illud & leue tribulationis no
 stre, quod aeternum gloriae pondus operatur, qua de re copiosius
 infra disseremus. Nunc satis sit ostendisse, illa duo pronuntiata
 quae nobis Philippus tribuit, ut contradictionem attribuat, nec
 verbis, nec significatione pugnare, quorum tamen posterius fa
 temur esse nostrum, prius vero non agnoscimus, id ipsum vero etiam
 si a quibusdam ex nobis esset profectum, minimè tamen aduersaretur
 veritati, ab utrisque nostrum de iustitia fidei receptae: nempe
 quod nemo sine Christi Iesu gratia & misericordia iustificetur.
 Reliquum est, ut ostendamus Philippum ad lapidem con
 tradictionis, quam nostris obiecit, ostendere: Id vero faciam
 simplicissimè, eius tantummodo verbis productis. Scholastici
 (inquit) tribuunt interim humanae naturae integras vires, ad
 diligendum Deum super omnia, ad facienda praecipita Dei
 &c. Haec sunt eius verba, quorum mox oblitus restituit nobis
 inferius, quod in illis detraxerat, dicens: Nam & ipsi theologi in
 D ij scholis

scholis tradūt, ista nō effici sine certis donis & auxilio gratiæ &c. loquebatur de dilectione dei & ceteris præceptis: de quibus quod doceam⁹ solius nature viribus posse fieri sine gratia, modò ait, modò negat. Vbi queso te, nature tantas vires tribuimus, quātas nec ipsa potest citra impietatē agnoscere, sc̄tā piē docemus in scholis, vt asseramus nō fieri præcepta sine certis Christi donis & gratia. Vbi sunt igitur, aut quid possunt integrę vires illę, quas dudū tribuebamur nature? Hic alius vrgeret acerbius, & ī inuidiā conaretur aduersariū adducere, liuoris illi, maleuolētia, impudētia crimen impingēs, sed ego malo oīa cōmodius interpretari, & credere Philippo incuriā obrepisse, quę multa scribētibus interdū obrepit, idcirco salua sit illi per me sua authoritas, modo ei nō vt numini fides habeatur, sed vt homini qui errare, labi, decipi quandoq; possit, atq; adeo opus illi sit audire alios, à quibus iuuetur, & quos vicissim ad inueniendam veritatē adiuuet. Iam quod inferius dicit quodq; magis ad præsentē disputatiōnē pertinere videtur, Lutherū scilicet recte scripsisse de originali iustitia & peccato, in hoc præcipuē quod dixit peccatū originale manere in nobis etiā post baptisma, quæ sententia dānata est a Leone pōtifice, cogit nos vt peccati nomē quod variē in sacris literis accipitur, vel p̄functoriē explicemus. Peccatum defectus est aut obliquitas, qua aliquid deficit à rectitudine quam posset, & iure saltē integritatis habuisse debet. Hinc est, quod mōstra nature peccata dicimus, quia à nature regula & integritate deficiūt. Idcirco hæc descriptio tā latē patet, & tā multas peccati distinctiones cōplectitur, vt etiā Christi carnē hac significatione Paulus videri possit appellasse peccatū. Si enim hominē ad primēuā originē, statū scilicet illū in quo cōditus est, referas, humanæ nature monstra sunt oīa, quę nostra nunc patitur fragilitas: vt sunt morbi, cruciatus, fames, sitis, frigus, æstus, tēdiū lassitudo & id genus alia, quorū immunes cōditi sumus. An nō mōstrua videtur, hominē æternitati cōditum nihil a pecudibus morre differre?

Peccatum cōmuni-
sum dictum.

Christus quomo-
do sit peccatum
apud Paulum.

differre: nōne mōstrū est & prodigiū, vniuersa quæ ad obediendū & seruiendū homini facta sunt, eidē nō obedire, sed resistere, nō inferuire, sed aduersari? Hoc genus peccati aliud deterius inuexerat, illud scilicet quo primus homo, in quo tota humana natura tūc erat, creatori suo nō obediuit, quo mōstro nihil accidere potuit homini prodigiosius. Interim tamen sicut illa intēperies animi & inobedientia, qua homo auersatus est dominū & conditorē suum peccatum fuit, ita hæc rerum omnium & corporis nostri intēperies, illā vt pōna culpā sequuta, qua reliquæ inferiores creature suo nō conditori sed domino inobedientes aduersantur, dicēda est vt cunq; peccatū, quod cunctis hominibus quādū & quatinus mortales sumus inest, cum nihil aliud sit q̄ moriturā imō & moribundā ac reliquis creaturis, quibus natura præstat infensam circūferre carnē. Idcirco apostolus Paulus de Christo Iesu, qui nature nostræ non culpas sed defectus & incōmoda pro nobis assumpsit, vt suæ perfectionibus nos donaret, dicit enim: eum qui peccatum nō nouerat pro nobis factum esse peccatum, vt nos efficeremur iustitia dei in ipso, quo ī loco apostolus duabus peccati acceptionibus est vsus. Altera quæ infrequens est, & à vera peccati ratione aliena, secundū quā asserit Christū pro nobis factum esse peccatum altera quæ frequentior est & propria, qua fatetur, eundē nō fecisse peccatum. Nunc si queratur prius illud peccatum, sit ne originale an actuale (quod vocāt) nemini dubiū est, quin actuale non sit, vt quod nobis nō modo non facientibus verum & nolentibus inest: originale dici nō patitur catholice doctrinæ cōsuetudo, quis enim audeat dicere Christum habuisse peccatum originale, quod quantūcunq; piē conemur exponere, pietatis tamē vel sola indole imbuta mēs refugit? Relegendum ergo illud est a peccatorū classe, de quibus cōmuniter loquimur, quibus rebellio quędam aduersus legem dei atq; adeo culpa semp est adnexa, hoc verò de quo modo disseruim⁹, vt culpa nō est, ita nō tā peccatū q̄ peccati p̄na differre.

2. Cor. 5

Duplex peccatū

D in proprie

proprie solet appellari, quã obrẽ etiã ex causa quã modo red didimus sit vt peccatũ largẽ sumpro vocabulo dicatur Christus quoniã genus quoddã sacrificij peccatũ in veteri lege dicebatur, & exprobratur sacerdotibus, q̃ peccata populi comedebãt ociosi, hoc est, hostias quẽ pro peccatis offerebãtur. Hoc ergo genere peccati prætermisso, cetera omnia diuiduntur in originale & actuale peccatũ, quẽ quidẽ hoc cõueniunt in cõmuni ratione peccati, q̃ omnibus insunt motus & propeñiones quẽdã quibus legi dei aduersamur: sed volũtatis applicatione differunt. Originale variẽ describitur à doctoribus alijs, pprie, alijs p proprietates & circũloquia illud diffiniẽtibus, omniũ tamẽ sententiã colligit Lõgobardus sententiã cognomẽto magister, dicẽs peccatũ originale esse cõcupiscẽtiã aut esse fomitẽ, quã apostolus legẽ membrorũ appellat. Hęc diffinitiones, & quacũq; his vidẽtur æquipollere, incidunt in illã, qua vulgõ dicitur peccatũ originale carẽtia iustitiã originalis, nisi quod illa plus lucis, hęc plus artis videtur habere nã cũ peccatũ vt superius diximus sit obliquitas, proprius diffinitur per carẽtiã, quẽ vox à theologis semel recepta defectũ significat, quã per cõcupiscẽtiã, quã vox esse videt appositiua vtraq; tñ diffinitio semel intellecta eũdẽ efficit sensum. Peccatũ qppe originis cõcupiscẽtia est, nõ q̃ priuatẽ aliquis rei affectũ significet, sed illa qua caro in vniuersum cõcupiscit aduersũ spiritũ, & hac potissimũ ratione apparet esse defectũ & carẽtia iustitiẽ, originalis, qua caro p oia spiritui seruebat. Huius theorematis intelligẽtia p̃det a cognitione iustitiẽ, vt nũc accipit, q̃ nõ est õnino legalis illa quã Philip pus significat, in vtraq; legis tabula cõrẽta, tamẽtli cõiũcta sit illi, & inseruiẽs. Sed est ordo quidã superiorũ vnã atq; inferiorũ regulabilis per volũtatẽ. Sicut eni nõ est idẽ peccatũ originale & actuale, ita nec iustitia originalis & legalis: nota est illa dialecticorũ regula. Quod modis accipitur alterũ oppositorũ totidẽ & alterũ esse accipiẽdũ: Iustitia ergo legalis, q̃ decalogo continetur, peccato opponitur actuali: originali verõ iustitia originalis: eã dixim⁹ esse ordinẽ inferiorũ ad su

Peccatum originale.

Iustitia originalis.

periora quã p illã animus erat subditus deo, animo corpus, corpori oia q̃ iuxta pphetã subiecerat deus pedibus nostris nẽpe, oues & boues vniuersas insup & pecora cãpi volucres cœli & pisces maris. Quod autẽ hic ordo esset iustitia, patet ex Psal. 8. eo quod secundũ illũ reddebatũ vnicuiq; quod suũ erat, q̃ vero originalis, p hoc apparet quod ad hũc ordinẽ seruãdũ & in eo, primũ cõditus est homo dicẽte dño: Faciam⁹ hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã, & præsit piscibus maris volatilibus cœli, & bestijs terre, cui etiã mox à cõditione iure suo vtẽs addit præcepta. Ab hac norma discedere homini peccare fuit. Sicut iustitia ordinẽ seruabat, ita peccatum subuertit, vnde & pueritas etiã dicitur: iure etiã appellatur cõcupiscẽtia, hoc est rebellio & inobediẽtia eius quẽ debuerat obedire. Porro quẽadmodũ iustitia originalis oẽs illius ordinis gradus cõplectitur, ita & peccatũ originis eorũdẽ euerfionẽ, vt p subiectione, qua mēs p dilectionẽ fidẽ & timorẽ dei erat subdita deo, successerit in eadẽ dei cõrẽtus & diffidẽtia, p subiectione verõ qua corpus anime oibus suis motib⁹ obtẽperabat, successerit oim illorũ rebellio, tertius huius ordinis gradus nõ potest ad iustitiã aut peccatũ originis, pprie pertinere tanq̃ pars eius, sed tanq̃ pœna, q̃ nõ est regulabilis à volũtate, nisi quaten⁹ diligẽtib⁹ deũ oia cooperãtur i bonũ. Huius ordinis euerfio in primis parẽtib⁹ fuit peccatũ actuale, in ceteris oibus est originale, quod p baptismũ remittitur. Nã in eo, p dei odio diffidẽtia & cõrẽptu morbis quorũ semina & inchoationis quãsdã, q̃ sunt nobis p viciatẽ naturẽ, ppagationẽ igenita, fomites appellam⁹. Succedunt in aia fides spes & charitas gratis ifusẽ, alioquin quõ baptismã quod vos etiã fatemini, gratiã cõferre potest nisi hęc efficiat: valet ne humana mēs sine fide & charitate deo esse grata, q̃ si nõ est, vbi est aut qdnã, pdest illa gratia q̃ in baptismõ cõfertur? Iã si in baptismõ fide spe & charitate atq; adeo gratia donamur, pfectõ peccatũ originis, quod his aduersatur, necesse est oboleri, atq; adeo iure à Leone P. M. dãnata est Lutheri assertio qua dicebat originale peccatum manere in nobis, etiã post baptismã.

Hactenus nihil penè diuersum à confessione vestra docuimus nisi vos Philippi Melanchthonis polipus, quod aiunt, vsq; adeò delectat, vt quod nò eodè ordine quo ille tradidit est à nobis elucidatū, aliud prorsus vobis aduersum esse credatis. Dicit tamen Philippus Lutherū iniuria dānatū, qui nò reatum ad cōcupiscētiā tantum docuerit post baptismū manere, in quo, vt ait, patrocinetur illi Augustinus. Et quis nò patrocinetur dicenti in nobis esse cōcupiscētiā, quā Paulus agnoscit in seipso nò renato tantū per grātiā, verū & in eadē cōfirmato? Attamen aliud est dicere q̄ post baptismā peccatum originis maneat, aliud q̄ cōcupiscētiā quēdā nobis insit nam peccatum vt nunc accipimus, culpā habet annexā, quē cum nobis fuerit in sacramēto remissa, oportet & abolitum fuisse peccatum. Seposui enim superius quācumq; peccati significationē, quā culpā aut reatum nò habet. Atqui Paulus, inquiet, cōcupiscētiā appellat peccatum: verum est: & Christum etiā peccatū appellat. Sed q̄ ridiculum est dicere Christum esse peccatum originale, tam vanum est & ineptū asserere cōcupiscētiā illam, quā reliqua est post baptismā, originale peccatum esse: idem est enim ac si de homine mortuo, quoniā remanet ei aliquid hominis quo solet æquè atq; viuus appellari homo: dixeris strenuum esse aut ignauium: quæ de viuētibus necessario sub diiunctione dicuntur. Quod ergo peccatū est, si quādo cōtingit nominari peccatū? Peccatū naturę, hoc est deficientia ab illa integritate in qua cōdita est humana natura. Atq; adeò simile illi, de quo primo disseruimus, nò tamē idē quod illud: est enim pœna sed cui congenerita fuerat culpa, & ideo hoc genus peccati Christus noluit accipere, à quo cæterorū omnium nemo genitus est immunis. Sanè in baptismo cōdonatur nobis culpa originalis: quæ est peccatū originis, manet aut cōcupiscētiæ nonnihil, tamen remissius, nisi peccadi cōsuetudine augeatur: non q̄

Luc. 1. Deus malignè aut parcè sua munera nobis imptiat: dat enim affluenter, & nò impropert, sed q̄ ita expediat accipiētibus vt qui

vt qui securitate quondam sumus lapsi, nunc timore contineamur in officio pietatis, & nobis diffisi, Dei semper auxilium imploremus, cuius præsidio à propria cōcupiscentia & cæteris ad iniquitatem pellicentibus morbis, tandem soluamur. Verissimè nanq; dictū est à Philippo, nò posse intelligi magnitudinem gratiæ Christi, nisi morbis nostris cognitis, quibus cognoscendis, maximè seruit improba carnis nostræ cupiditas, ad iniquitatem pellicens, & spiritui semper aduersa: quæ nostris quotidie operibus vel augenda vel minuenda, relicta est post baptismā. Hanc tamen cognitionem ante Lutherum natam, vniuersa prædicabat ecclesia: & nos modo absq; Lutherani dogmatis adminiculo, manifestam fecimus humanę naturę calamitatem: quę tamen diligentibus Deum, sicut cætera omnia, cedit in bonum: quoniam virtus vt olim securitate defecit, ita nunc in infirmitate perficitur. 2. Cor. 12. Duo testimonia citat Philippus ex Augustino, quorum posterius loquitur de concupiscentia peccati originalis, aduersus Pelagianos, qua de, nos, & quatenus post baptismā remaneat, modo tractauimus: Prius verò quo dicit peccatū esse extinctum, non vt non sit, sed vt non imputetur, idem est ac si diceret. Extinctum est quod erat (vt ita loquar) imputabile, scilicet culpa: inest quod non est imputabile, nempe pœna: quę tamen inter dū, nisi cauemus, pellicit in culpā. Quod si aliter Philippus (vt est in interpretadis authoribus vaser) Augustini conetur exponere, qui poterit non dissentire ab apostolo, qui prædicat Christum per lauacrū regenerationis mundauisse sibi populum acceptabilem. Quomodo autem diceretur acceptabilis, si quicq; in eo esset reliquū culpæ, quomodo mundus si peccati sordes etiam si non imputarentur mansissent in eo? Porro verba Lutheri quæ damnata sunt à Leone pontifice, nò hoc sensum faciebant, quod præ se ferūt verba Philippi, sed aliud nò ferendū omnino, quo aperiebatur via ad errorem, qui liberū arbitriū adimit homini. Quis enim nescit Philippi modestiā lutheranū temperasse furorē,

E ita vt

ita vt nō sine tanto Theſeo potuerit ille inſanos exantlare la-
bores. Mihi fanè idē videtur eſſe Philippus Luthero, quod
L. Torquatus apud Ciceronē eſt Epicuro, cuius dogma ſor-
didū alioquin & obſcurū, verbis illuſtrat, & ingenij dexterita-
re facit eſſe perſpicuum. Hērent tamen & variant v triq; illi
in boni & mali voluptatis & doloris nominibus, iſti in pecca-
ti, meriti, fidei, quę nomina illis ſunt totius doctrinę & (quod
aiunt) & ω, idcirco opus eſt illis, quid his vocibus tandē intel-
ligere velint: nunq̄ ſatis explicare, ne capiantur: nam interdū
ita de fide, cui pietatis ſummam dederunt, loquuntur, vt cer-
dones & fabri: quā fidem in procliui ſit habere perditiffimis
quibusq; nepotibus, imò quā nemo non habeat inter chriſti-
anos, interdum verò tum pudore, tum ratione victi, fidem
quandam cōminifcuntur: quam nec Paulus quidē intelligat
tantum abeſt, vt illam habere poſſint opiliones & agricolæ.
Verum vt ad originalis peccati cauſam redeamus, non libet
modò verba quę damnata ſunt excutere, ac denuo refellere
cum ſatis ſuperq; cōfutata ſint, & exploſa, per egregium an-
tiſtitem Ioannem epiſcopū Roſſenſem. Nunc ſufficiet Phi-
lippo qui veſtram cōfeſſionem interpretatus eſt & tutatus,
ita reſpondiſſe, vt cognoſcat nobis quæ bene docet, non im-
probari, tantum offendi nouitate verborum, quā apoſtolus
etiam damnat. Quorſum (rogo) attinet, ab illis differre voce
cum quibus tibi conuenit in re? nam quantumuis cōfeſſio-
nis verba, quæ de Lutheri doctrina exprōpta ſunt, excuſet:
inſiciari tamen neutiquām valet, quin illorum nouitas, noua
dogmata atq; adeò noua ſcādala in eccleſiam adue-xerit, quæ
omnia facilius vitafſet Philippus, aut certè fedafſet, ſi quo
ſtudio ſenſum quod præ ſe ferūt conatus eſt euertere, & mu-
tare, ipſa quoq; verba, quod facillimum erat, mutare vellet,
& catholicas ſentērias receptis eccleſiæ verbis explicare. Sed
hoc eſſet cedere theologis rectorā monentibus. Nunc ad eg-
teros articulos accedamus.

PHILIPPICA QVARTA

De fidei & operum iuſtificatione.



Vartum quintū & ſextū articulos cōfeſſio-
nis veſtrę Philippus ſimul colligit in apolo-
gia, quibus addere poſſet & vigefimū, quo-
niā eandē rem cōtinēt, nēpe iuſtificationis
noſtrę cauſas & originē. In illorū expoſitio-
ne multa dicit, quæ nobis magnoperè pro-
bātur, verū ne quis illud obiiceret *ὁὐδ' ἐπιπεδῶς ἐπιπεδῶς* verus pro-
uerbium, ſcholasticos theologos fingit neſcire quid ſit fides
quid iuſtitia, quid meritū, quid gratia, & cętera id genus: ſin-
git neſcire quibus operibus obtēperetur legi, ſed exiſtimare
ſola ex terna operatione quicquid in lege præſcriptū eſt effi-
ci. Fingit illos credere, q̄ proprijs viribus ſine gratia poſſint
Deū ſuper oia diligere, fingit deniq; iuſtitia rationis reputa-
re ſe iuſtos ſine gratia corā deo. Vbi nō poſſum mihi tēpera-
re, quin illū ſtomacho tātiſper cōmoto cōueniā. Obſecro bo-
ne vir, qui fieri potuit, vt theologo qui cōfeſſionē expende-
rūt iſta docerēt, aut crederēt, cū ſubſcriperint duodeuigeſi-
mo articulo cōfeſſionis, in quo dicitur, q̄ humana volūtas
nō habeat vim ſine ſpiritu ſancto efficiēdæ iuſtitie Dei, ſeu
iuſtitie ſpiritualis? Forte dices te per aduerſarios (hoc enim
verbo vteris) intelligere nō tantū illos, ſed & oēs gymnasti-
cos theologos, at vnde ſcis (rogo) quid gymnastici theologo
credant? ex illorū fortafſe libris, atqui oportebat in re tanti
momenti, illorū etiā verba referri, alioquin quis tibi, ſanus
modo ſit, fidē adhibeat, nullis teſtibus aut teſtimonijs tā ſa-
cilega crimina tuis fratribus impingētis? An ne dubitas illos
quales quales chriſtianos tamē eſſe, & euāgeliū, vt nunq̄ do-
mi ſuę legerint, in tēplis ſaltē audiuiſſe? quod ſi audierūt, &
latine vtcunq; ſciūt, qui poſſūt ignorare, multoties Chriſtū
obiurgafſe phariſeos & ſcribas, q̄ ad externā dūtaxat operū
perfectionē exiſtimarēt ſe lege teneri? Fortafſe tā ſtupidos

E ij illos

illos facies vt nec ista vnq̄ audiuisse, vel si audierint minimè intellexisse credas? quippe quibus deest spiritus ille Lutheri sine quo nemo haecenus intellexit scripturas. Attamè si ita est qua de causa (vide vt te dictorū incōstātia prodas) tātū laboris insumunt ad probandū, quod illos fingis adstruere, posse scilicet hominē, solius naturæ viribus Deū super oīa diligere? Nā huiusmodi dilectio nō est opus internū, nēpe solius volūtatis, quæ est intimus animi affectus? quid igitur op^o est huiuscemodi dilectiōe ijs qui, vt tu dicis, existimāt, se ad externa tātū & ciuilia opera lege teneri? Vides in quas te salebras scribēdi præcipitatio & ignorātia eorū de quibus differis, conijciat, nihil enim deterius suspicari est animus, quanq̄ non video qui potueris imprudētia labi, qui dicas te nō temerè sed consulto & aliorū adhibito iudicio hanc apologiā instituisse. Caterū Philippi lapsibus prætermisissis, vestrā ô germani clamo, postulo, obsecro, oro, ploro, atq; implo ro fidem, non leuissima de re (vt quōdam ille) sed vt ingrauisima pietatis causa & totius humanæ salutis summa æquos vos & integros ac liberos præbeat, meminertis antiquæ vestræ ingenuitatis, Christianæ libertatis, quā tātōpore prædicare soletis, & extollere: in quā si vocauit vos Christus, nolite fieri serui hominū. Lutherus homo est, Philippus homo est, quandiu vos libertatis prætextu fascinant, nō dominiū excutitis, sed dominos mutatis. Quanq̄ nō illorū nunc agitur causa, sed veritatis, quā solā regnare, vincere & triūphare, de tenebrarum & erroris principe decet, qui mēdax est: & pater mēdaci: nec ille tantū, sed & omnis homo mendax. Quāobrē quantū autoritatis hominibus, quibus non est à Christo concessum, tribuitur tātū diuinæ veritati decedit, quæ sola nec falli potest, nec fallere. Nō tā autoritas in disputando (ait Cicero) q̄ rationis momenta quærenda sunt. Quod si de rebus humanis ac cæteris philosophiæ placitis differēti, nō est maior habēda fides, q̄ pondus argumentationis exegerit, quātominius fidēdum est homini de

rebus diuinis differēti, nisi illius de quo loquitur nos cōgerit testimonio? Deū nemo vidit vnq̄, sed vnigenitus qui est in sinu patris ipse annunciauit vobis. Et quæadmodū nemo scit hominum quæ sunt in homine, ita & quæ dei sunt nemo scit nisi spiritus Dei. Applaudit interim (vt reor) Philippus, vt qui scripturæ sacræ testimonijs quibus vsus est, maximè fidat, ad confirmandum hominem non operibus, sed sola fide iustificari. Hoc enim discriminis est inter Lutheranā & catholicā sententiā, q̄ Lutherus & eius interpretes Philippus sola fide, nullis meritis, nullis operibus, hominē iustificari cōtendūt: hoc est quod habere fidē, est hominē esse iustum, & vita æterna dignū, adeoq; bona opera ab hominibus quidē fieri iustis, nō facere homines iustos, nullā iustitiæ esse partē nullū ius homini ad felicitatē tribuere, vt quæ nullius sint meriti apud deū: qui vt sola fide iustificat sine operibus, ita sola gratia sine meritis saluat credentē. Ecclesia vero fatetur nullis nos meritis aut operibus præcedentibus, quibus iustitiā meriti sumus, iustificari: sed solius esse fidei, iustificationē vt causam, vel tēpore vel natura præcedere, hominē verò nō sola fide iustū fieri, sed etiā diuinæ legis obseruatione, charitate præsertim, quæ vniuersa bona opera gignit, & cōplectitur, ita q̄ iustitia hominis nō sola sit fides, sed etiā charitas, quā quidē iustitiā nemo potest, vllis præcedentibus operibus præmereri, sed gratis per Christū homini datur, tametsi cōtingat, hominē se ad eius susceptionē disponere quibusdā operibus præcedētib^o, eisdē tamē nō sine Christi gratia perpetratis, vt oīa demū referēda sint gratiæ, à qua habemus, quod bonis operibus gloriā mereamur. Hæc summa est totius cōtrouersię, hæc totius disputationis huius, & aliquot sequentiū, argumentū, in quo sibi nō decertare videtur Philippus, sed triūphare, ita gestit, effertur, extollitur, quod loca quædā habeat pro sua doctrina, quæ specie prima verborum imperitos & scripturarū sanctarū præcipue rudes mouere possint, ad existimandum se sola fide (quod carnales maximè cupiunt &

Ioan. 1.

1. Cor. 3.

Discrimen Lutheranæ doctrine et catholice

libentissimè credunt) fore beatos. Sed priusq̄ ad huiusmodi locorum verā intelligētiā accedamus, fidei & operū discrimen vel perfunctoriè nobis est attingendum. Fides interdū adnumeratur operibus. Christus exponēs quod præceperat Operamini nō cibū qui perit, sed qui permanet in vitā aeternam, ait. Hoc est opus dei, vt credatis in eum, quē ille misit. Vnde qui dicūt, nos nō meritis nostris aut operibus iustificari, sed fide: mea quidem sententia, suas voces ignorant, nisi quatinus fidē ab operibus separēt, apertioribus verbis exponant, quandoquidē fides ipsa, tametsi Dei nobis dono cōtingat, vt opus nostrum est, ita meritum esse nostrum negari nequit, nisi ab eo qui omne prorsus meritū nobis ademerit: quis autē adimat, nisi qui mercedē toties à Christo promissā ostentatam, oblatam non intellexerit? Verūm nō in hoc sensu nunc opus accipimus, nisi quatinus à fide distinguitur, ita vt idem sit nobis fides, quod philosophis est theoria, opus verò quod illis est praxis: quarū altera est in intellectu, altera in affectu, nempe voluntate, cuius aut motu, aut imperio operamur: nam si vtrumq; (quod Philippus contendit) voluntati dederimus, intellectui, fide subtracta, quid superest: quo in huius mundi caligine illustretur, adeo dirigatur, & perficiatur? qua de re inferius. Primò itaq; & propriissimè opus erit charitas, & post illā ceteræ affectiones, quæ obtemperant charitati. Testatur hoc Pauli verba, dicētis: quosdam qui legem nō habuerant, ipsos sibi fuisse legem, ostendentes opus legis scriptum in cordibus suis. Porro legis opus charitas est, vt & finē esse legis, alibi Paulus exponit: hæc cū verè inest, opere inesse dicitur. Diligamus, inquit Ioannes apostolus, non verbo & lingua: sed opere & veritate. Est tertium genus bonorum operum, nam de illis duntaxat loquimur, quæ prorsus opera sunt externa, vt ieiunium, vt elemosina, & cetera quibus aut iuuamus proximum, aut carnis moderamur affectus, aut pietatem & obedientiam extima quæpiam exercitatione præstamus. Horum reſtitudo à charitate pen-

Rom. 2.

1. Tim. 1.

te pendet, quam legis finem dicit Apostolus: finis verò in moralibus (quod sapienter animaduersum est à philosophis) eandem mouendi vim habet: quam principium in naturalibus: vnde & charitas cæterorum omnium ministerio virtutur, dum iustificat, id quod inferius latius explicabitur. Sane quoties charitatē iustificare dicimus, haud est accipienda tanq̄ causa efficiēs humanæ iustitiæ: Est enim Christus causa prima efficiēs. Et iustificauit ipse iustus seruos meos multos. Sunt & causæ aliæ efficientes, sed secundariè, diuina gratia, & humana interdū volūtas, quibus, tametsi alia ratione, adiciēda sunt sacramēta, de nulla istarū causarum modo disquirimus, sed de causa formali, hoc est de ea re vel iis rebus, quas dū habemus iusti sumus, quādiu nō habemus iniusti. Sicut cū queritur quid calefaciat, nō adæquate respōdetur per causam efficiētē, nēpe ignē, nā possunt & alia multa calefacere, sed per formalē quæ est calor: quo in genere questionis hæc exēpli gratia proponatur. Quid scilicet sit illud quo Paulus est homo. Vere respōdebitur. Humanitas, sed nō cōpletè, superest enim adhuc querendū, qua in re aut quibus in rebus humanitatis sita sit ratio, huc enim spectabat prior questio, q̄ si responderis animalitatē & rationalitatē (nēpe q̄ homo animal sit rationale) & verè & cōpletè respondiſti, sed penè superfluū, nā satis erat dixisse rationalitatē, q̄ homo ratione differat à brutis, quibus cū habet cōmune esse animal, & ratio nabilitas animalitatē præsupponit, sine qua nō potest esse nec intelligi quidē. Ad eundū igitur modū cū queritur quid sit illud quo Paulus est iustus, nō satis est respōdisse, iustitia. Est nanq; viciosa respōsio, quæ ambiguitatis, qua quæsitū est causas nō tollit. Est ergo respōdendū explicatione rerum in quibus sita est ipsa iustitia, hæ sunt fides & charitas, quas qui habet iustus est, qui nō habet iniustus: itaq; fide & charitate si dixeris, nō modo perfectè respondiſti, sed propemodum superfluè. Charitas enim est, nō fides, qua iusti differūt ab iniquis, quos sepe cōtingit habere fidē. Declarat hoc Paulus

Quomodo charitas sit causa iustitiæ.

Isaia. 35.

dicens



dicēs: Si habuero fidē ita vt mōtes trāsferā charitatē aut nō habuero nihil sum. Charitas ergo fidē perficit, cui aduenit vt species generi, vt vita corpori, vt forma materiæ, aut si mauius, vltimæ dispositioni, idcirco nō potest sine illa, vel q̄ illi succedat euidēti cognitiōe inueniri, magis q̄ rationalitas (quod modo diximus) sine animalitate aut vita sine viuēte. Et quoniā non de fide, sed de charitate & eius operibus, quā Philippus à iustificatione secludit, p̄posita est nobis difficultas, hoc illi damus, quod fides iustificet, sed nō sola: hoc verò q̄ charitas & eius opera, quib⁹ lex adimpletur, si nō solā, certē p̄cipuē ac maximē hominē iustū efficiat, imò ipsa sit plēnā & perfecta iustitia, id supereft nobis per sacras literas adstruēdum. Nisi abūdauerit (inquit Christus) iustitia vestra plusq̄ scribarū & pharisæorū nō intrabitis in regnū celorū. Hic nō de ciuili aut quauis alia iustitia incipit nos instruere sed de ea quę pertinet ad ingressum regni celorū, cuius abū dātiā nō fidei, sed legis operibus tribuit: modo legitimē seruentur: quod scribarū & pharisæorū hypocrisis nunq̄ est adsequuta: notus est locus & eius exēpla quibus Christus verā iustitiā exponit, & à pharisaica discernit, ideo nō est opus recēseri p̄lixius. Addit tamē inferius: Attendite ne iustitiā vestrā faciatis corā hoib⁹ vt videamini ab eis. Quā iustitiā inquires? Nēpe elemosynas, ieiunia preces, & id genus alia, quę ibidē enumerātur. Hęc tamē ideo nostrā appellari dicit Philippus, q̄ nō sit iustitia fidei, sed legis, quā apostolus nō probat. Quid ego audio? Apostolo Christi non probatur, quod Christus ipse tātoperē nobis cōmēdat, & cauēt vt legitime fiat? Probātur (inquit) à Christo & eius apostolis bona opera, estq̄ in illis sita ratio quædā humanæ iustitię, quę tamē iustificare hominem nō valet, sed sola fidei iustitia, de qua scriptū est. Credidit Abrā deo, & reputatū est ei ad iustitiā. Et illud: Iustus ex fide sua viuūt. Et illud apostoli: Arbitramur hominē iustificari per fidē sine operibus legis congerāt hic, si velint, totius scripturæ testimonia, quibus fidei iustitia

Matt. 5.

Matt. 6.

Gen. 15.

Rom. 4.

Abac. 5.

Rom. 5.

iustitia tribuitur, nā de eis postea videbimus: vtcunq; tamē se habeat fides ad iustitiā, id tantū ab illis quæro, sit ne fidei iustitia eadē ipsa quā Christus exigit pharisaica superiorē, pro qua regni celorū ingressum est pollicitus, an ab illa diuersa, quod si eandem esse dixerint, cum hęc efficiāt opera illa quæ Christus de eadē differēs enumerauit, necesse est illos fateri quod res est, hominē scilicet fide simul & operibus effici iustum, nec alterā sine alteris illi sufficere ad iustitiā: si vero negent, habeāt illi sibi sua cōmēta iustitię, mihi sufficit illa iustitia, pro qua Christus Iesus vitā promisit æternā, & quā iudicaturus exiget, cuius etiam desertoribus mortē cōminatur æternā. Si vis (inquit) ad vitā ingredi serua mādāta. Et alibi enumeratis decalogi p̄ceptis. Hoc fac (inquit) & viues. Et pauperū pronūtiat esse regnū celorū, in quod diuites difficilē sint ingressuri: vnde oritur & illud: Facite vobis amicos de māmōna iniquitatis, vt cum defeceritis in via, recipiant vos in æterna tabernacula. Alioquin nec fornicarij, nec idolis seruiētēs, neq; adulteri, nec molles, nec masculorū cōcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, nec maledici, neq; rapaces (vt apostolus ait) etiā si fidē habuerint qua mōtes trāsferant, regnū dei possidebūt, huius rei causam p̄dixerat, q̄ scilicet iniqui regnū dei nō sint adepturi. Iniquitas est ergo legis trāsgressio & eiusdē obseruatio æquitas. Iam æquitatē quis vnq̄ segregauit à iustitia? Deniq; Hieremias dei oculos apertos esse prodit, super oēs vias filiorum Adam, vt reddat vniciq; secūdū vias suas, & secūdū fructū adinuētionū eius. Et Christū redditurū vniciq; secūdū opa sua, p̄nūtiat apostolus quod idipsū Christus ipse pollicit⁹ fuerat. Adde quod iudicij formā & iudicadorū discrimē exponēs & merita nūq̄ fidei sed operū semper meminit, pro quibus venite (inquit) benedicti patris mei percipite regnū, quod paratū est vobis ab initio mūdi, hos eosdē quorū enumerauit opera (tametsi nō sine fide, quā in p̄nominibus mihi & meis significasse videtur) iustos appellat dicēs. Ibūt iusti in vitā æternā. Eat ergo

Matt. 19.
Luc. 10.

Luc. 16.

Hier. 32.

Mat. 16.

Mat. 25.

Luther³⁴, eat Philippus, & aliā sibi fingāt iustitiā ignauā, nulla exigentē opera, nec ferentē quidē prae zelotipia, nobis sufficit illa, cuius cōmercio pro paupertate regnū, pro luētū gaudiū, pro māfuetudinedominiū, pro cordis mūditiā diuinam fruitionē, deniq; pro elemosinis ieiunijs precibus, modo legitimē fiant, pater meus qui videt in abscondito, reddet mihi. Nisi fortē dubitamus. De Christi verbis, qui hęc oia quae de scripturis sanctis protulimus, cū frequēter aliās tū Mat. 5. & 6 cap. prodit & pmittit. Age tamen quo res facilius intelligi queat, iustitiā ipsam de qua loquimur, certis limitibus diffiniamus. Quid est euāgelica iustitia, nisi aequa proportio meritōrū ad prēmia? Dicent hāc esse mercenariā, nō liberā, nec euangelio dignā iustitiā: At qui mercenariā nō faciunt opera nec merces, sed animus operātis, nec est à mercede prorsus alienū, quod ipsi docēt de fide, q̄ vt pmittitur, ita rerū quae promissa sunt, auiditate & expectatione maximē incitantur. Sed bene se res habet, q̄ mercedis affectus nunq̄ euangelio dānatur, quin illū in nobis frequētissimis ostētationibus pollicitationibus & pactionibus idētidem excitat. Pactus est pater ille familias cū operarijs, se, quod iustū foret, illis esse daturū: & finito opere, voca, inquit, operarios & redde illis mercedē. Rursus dicēt, nullo modo posse inueniri ad aequationē humani operis ad diuinā retributionē, cū finiti ad infinitum nulla sit proportio. Nos verō haud ita cōferimus humana merita diuinę mercedi, vt opera nostra per sese cuiusuis pōderis, aut precij esse credamus, aut si sunt, nō modo finiti, verū & perexigui fecimus: infinitā aut vim quādā & efficaciam cōmunicatā illis existimamus à Christo, cui sumus infiti per fidē, & à quo per charitatē tamdiu agimur, quādiu rectē quicq̄ operamur: Nec enim fidē excludimus à iustificatione, quēadmodū illi charitatē & eius opera: sed vtriq; virtuti iustitiā nostrā acceptā ferimus, vt scriptura, quae nūc hanc nūc illa hominem iustificari pronūtiat, singulis suis locis verissima cōstet. Vnde, sicut superius diximus, etiā si ethnicus

aut pa-

aut paganus quispiam eadē opera aequē perfecta faceret, atq; fuit ab egregijs fide & pietate catholicis, haud propterea vita illi deberetur eterna, quae tamē Christiano, modo fidei & charitati nō desit, iure cōuentionis euangelicę debetur. Siquidem bona opera, pręter hoc quod à fide proficiscuntur & charitate, sunt velut chirographū, quod nisi fidei autoritate firmetur, nullius est pōderis apud deū, qui sola gratuita spōsione ne sit debitor eandēq; ratā habet, Christi Iesu noīe p fidē intercedēte, cuius meritis iustē redditur quicquid misericorditer fuit homini pmittitū, vt misericordiā & iudiciū simul cātare, nō minus frequēs sit q̄ familiare prophetis. Iustē (inquā) redditur, quod fuerat vltro promittitū, si fidē & charitatē habeas erga promittētē, quia coronā vitę promittit deus diligentibus se, & est etiā inefficax promissio, nisi adsit in exigendo cōdicio, quae intercesserat in promittendo, Itaq; quicquid in nomine Christi per fidē petierimus, nō nisi charitate intercedēte sumus accepturi, quoniā fides per dilectionē (ait Paulus) operatur. Et si habuerimus fidem qua vel mōtes valeamus auellere, nihil nobis sine charitate prodest, lā quae pronūtiat nihil sine charitate pdesse, qui poterit, obsecro, sine illa iustificare? Quo res p se quidē nō admodū difficilis dilucidior fiat & intellectu facilior, operepræciū erit similitudinem afferre nō prorsus ineptā. Fingamus esse regnū aliquod, cuius princeps gratuito largiatur vniuersa ciuiū vsibus necessaria, ita tamen vt ne ciues segnicie torpescāt, nō eis arma, sed ferrū aut calibē: nō panes, sed frumentū: nō deniq; pecuniā, sed aerduntaxat, ex quo possint fieri, donet: ita vt nō minus prouidus sit, in suis ciuibus omnium rerū cōmertio & sedulitate exercēdis, q̄ munificus in ditādis. Hic si frustulum aris mercatori pro re quapiam, quae in eius taberna prosteret venalis, obtuleris: iurē te derideat, atq; respondeat, suas merces non lapidibus aut metallo venire, sed pecunijs: q̄ si tantumdem aris principis sigillo publico percussū produxeris, faciet tibi pro rata collationē valoris, mercandi copiam, quicquid vo-

F ij lueris.

lueris. Nihil est in rebus humanis quod diuinas vsque quaq;
 possit imitari, & ad exemplar, quod aiūt, exprimere: quādonec
 mēte quidē eas homo valet, q̄diu mortalis est, assequi: tantū
 abest, vt vllis aut verbis aut rerum similitudinibus queāt ex
 plicari. In hac tamen, quā modō descripsimus, similitudine,
 relucet vtrūq; species quædā christianę reip. cuius caput &
 princeps est Christus, qui dedit quosdam quidem apostolos
 quosdā aut, vt Paulus ait, prophetas, alios verō euangelistas
 alios aut pastores & doctores, ad cōsummationē sanctorū,
 in opus ministerij, in ædificationē corporis Christi. Secūdū
 cuius mensurā vniciq; nostrū data est gratia. Hāc oportet
 non inesse nobis rudē & inertē, sed sedulā & officiosam, quo
 possimus eiisdē Pauli verba dicere: Gratia dei sum, id quod
 sum, gratia tamen eius in me vacua non fuit. Alioquin prin
 ceptus ille paterfamilias qui suos domesticos non fert, nec so
 cordia, nec segnicie torpere, cū vsuris exiget, quod in eccle
 się vsus & cōmertia distribuatur. Nam seruus desidiosus &
 iners audit: serue nequā, quare nō dedisti pecuniā meam ad
 mensam, & ego veniēs cū vsuris vtrūq; exigissē illā. Quātum
 ergo, vt similitudinis vim ostendamus, discriminis est in hu
 mana rep. inter informē materiā, vilē alioquin, & eādē in
 nūmos conflātā, tantū in christiana Hierarchia interest inter
 opera illa, quę moraliter bona dicūtur, & eadē fidei & gratię
 caractere signata. Illa princeps nō agnoscit, nec eius promi
 quia sine fide impossibile est placere Deo. Hęc verō probat
 & eorū quoq; cōmertio ampliora, p̄mittit, quoniā qui fidelis
 est in modico, supra multa cōstituitur. Adde etiā, si vis, in col
 latione, q̄ sicut in humana rep. nihil tibi prodesset principis
 sigillū per tabernas ostentando circūferre absq; metallo, cui
 impressum efficit nummos, nec si metallū sine principis cha
 ractere ostētes, quicq; p̄ficias: ita in Christi Hierarchia æquē
 p̄p̄modū inutilis est fides sine operibus, atq; opera sine fide
 vtrāq; verum simul p̄ciosi numismatis instar habent, quo
 euangelica nobis cōparanda est margarita, hoc est, æterna fe
 licitas

licitas, cuius cōmertio Christus simile p̄dicat regnū celorū.
 Et in apocalipsi suadet nobis emere ab eo aurū ignitū, quod
 est diuinę fruitionis amore flagrantē sapiētiā, qualis in æter
 na fœlicitate possidetur à iustis, operibus & fide mereri. In hu
 iusmodi cōmertio sita est ratio iustitię nostrę, quę dei mise
 ricordia minimē secludit, quinimō eidē prorsus innititur, &
 in ea perpetuò versatur, quippe quod fateamur, dei esse gra
 ruita munera bona quęcunq; siue nature sint, siue gratię, quę
 possidet homo, quibus si legitimē fuerit vsus, & etiā munus
 hoc dei esse crediderit, ampliora sibi multò cōparabit, nā exi
 guis bonis, cuiusmodi sunt quantūuis perfectā nostra opera
 ingētia merebit premia, atq; adeò re ipsa verum experietur
 esse, quod de Christiana iustitia proposuimus, quod scilicet
 nō à sola fide aut à solis operibus pendeat, sed ab vtrūq; per
 Christū Iesum, cuius & pollicitis fidimus credētes, & meritis
 innitimur operātes, vt misericordiā illi & iudiciū (quod ait *psal. 109.*
 propheta) cum peruenerit ad nos in via immaculata cātare
 possimus. Porro ea quo modo vsi sumus collatio (ne interim
 aduersarij nasum adducto supercilio producāt) haud omni
 no cōmētū est nostrū, sed robur & virtutē accipit à Christi
 parabolis & doctrina, qui decē milliū talētorū debitorē facit
 eū qui decalogū fuerat peccādo transgressus. Et numismatis
 simbolo vtēs, admonet reddēda esse quę sunt cæsaris cæsari
 & quę sunt Dei Deo: Hoc est, vtrūq; iuxta sui caractere no
 tā p̄dendū esse tributū. Quingētorū p̄terea denariorū debi
 to plura, quinquaginta verò pauciora peccata Lucas signifi
 cavit. Cū itaq; quas res iustitiā seruādo p̄ficiamus, earundē de
 bitores trāsgrediēdo fiamus, apparet iustitiā nostrā hoc esse,
 vt per bona opera inscripta fide, Charitate signata, mercedē
 cōparemus illā, quā Christus strenue pietatē colētibus polli
 cetur dicēs: gaudete & exultate quoniā merces vestra copio
 sa est in cœlis. Cuius obsecro rei merces: nō fidei tm̄, sed pau
 pertatis, māfuetudinis, luctus, pię amulationis, misericordię
 puritatis, patiētię, & quę oīa cōplectitur charitatis: nā chari
 tas pa-

tas patiens est, benigna, modesta, comis, ceteraq; oia (vt est in Galatis Pauli videre) prestans, quibus demū enarratis Christus copiosum pollicitus est mercedē. Quod si aduersarij hanc iustitiā, q̄ cōmutatoria videatur & mercenaria, omnino nō probāt, proferant nobis aliā, quę citra bonorū laborē possit homini cōtingere. Iustitia fidei nos obrūdēt. Atqui nos fidē à iustitia nō excludimus, sed nomē iustitię, si nō sit prorsus inane, oportet vt paritatē quādā secū afferat, adæquationēq; rei alterius ad alterā significet. Dicāt igitur mihi quę sint illa duo, quorū alterū alteri iustitia cōequatur, vt iusti fiamus, & iustū vnā deū erga nos sentiamus: Satis scio, nihil eos posse proferre, nisi meritū & premiū, quorū æquatio specie quidē prima videtur iniqua (nēpe q̄ meritū res humana sit, adeoq; finita, premiū verò diuina & æterna) nisi merita nostra infinitatē quandā (vt paulò antè diximus) fortirētur à Christo, cuius mēbra fide sumus, & in quo viuimus charitate, vt bonorū operū fructus, nō iā palmitis expēdātur mēsurā, sed vitis æstimētur immensitate: Qui manet in me & ego in eo (ait Christus) hic fert fructū multū. Hoc (dicēdū est enim sepius quod subinde negatur) nō solafides nobis prestat, sed etiā charitas: quoniā qui manet in charitate in deo manet & deus in eo. Fortasse tamē Philippus, vt est ceteris acutior, cōmerciij iustitiā, q̄ politica videatur & ciuilis, diuturna cōtērtione per resus, alterā nobis proponet, qua nō merita nostra, quę nulla esse vult, ad premium, sed mēs ipsa referatur ad deū, sitq; in hac relatione iustitię adæquatio quēdā quasi cōtinētis ad cōtētū: in hoc enim, vt Augustinus ait, homo factus est ad imaginē & similitudinē Dei, vt eius capax sit, & particeps esse possit. Hęc est originalis iustitia, inquiet, quā primorū parētum scelere amissā, Christus nobis demū vsq; adeo perfectē restituit: vt nō modò adæquatio fiat animę ad Christū, verū & intima vnio, ac penē dixerim identitas: quoniā qui adhæret domino, vnus spiritus est. Hanc adhērtionē, secundū quā vt isdē apostolus ait, in eandē imaginē transformamur à claritate

1. Cor. 6.

2. Cor. 3.

ritate in claritatē, tanq̄ à domini spiritu. Sola fide Philippus fieri cōtēdet, vel propter apostoli verba, quibus dicit Christus habitare per fidē in cordibus nostris: ceterū, vt donem⁹ ei. hanc esse iustitiā, qua animus vt habitaculū deo tanq̄ habitatori cōfertur, qui probat, illi alteri collationi, quā inter humana opera & diuinā esse mercedē ostendimus, nō inesse iustitiā, cū illā tā multis sanctarū scripturarū locis adstruxerimus: sit præterea illa dei capacitas & adhērtio nostra omnino iustitia. Nulla sanē alia, si vult, iusti fiamus: num statim dabitur ei, hanc à sola fide pendere, nec vllō prorsus modo illi opus esse charitate. Prædicat Paulus habitare Christū per fidē in cordibus nostris: num per solā fidē? mihi ita videtur, inquit. Atqui Ioānes ex aduerso prædicat, habitare per charitatē. Si diligimus inuicem: Deus, inquit, in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus, quoniā in eo manemus, & ipse in nobis &c. Quid ergo dicemus pugnāt aduersum se inuicē Paulus & Ioannes? pugnāt omnino, si per exclusionē illos exponas: sed si Paulus nō excludat charitatē ab animo, quē Christus inhabitat, nec Ioannes fidē idē prorsus vterq; sentit, idē prædicat, idē docet, nēpe ad hoc vt Christus humanā habitet mentē, opus esse fide & charitate, atq; adeo si hæc inhabitatio iustificatio nostra est, neutram sine altera posse iustificare. Quid quod Philippus nihil horū etiā si maximè velit, inficiari valet, nisi penitus sibi contradicat. Verba enim eius sic habēt: Porro iustitia in scripturis cōtinet nō tantū secundā tabulam decalogi, sed primā quoq; quæ præcipit de timore Dei, de fide, de amore Dei. Et parū infra: Id testatur, inquit, scriptura, cū dicit: hominē ad imaginē & similitudinē Dei cōditū, quod quid est aliud, nisi in homine hanc sapientiā & iustitiā effigiatā esse, quę Deū apprehenderet &c. Hic iustitiā, quā imaginis propemodū amissæ restitutionem esse, verissimè docet, nō tantū ad fidē retulit, sed ad cetera etiā pietatis & iustitię opera, quę vtraq; legis tabula præcipiūtur, quorū amorē Dei timorē & fiduciā disertē nominat

nominat. Quo magis admiror, cū semel i hāc veritatē incide-
 rit, siue eā disputāti, & p̄ varia scripturarū loca discurrēti, res
 ipsa suggererit: qui potuerit adduci, vt si nō sentētię varia-
 te specie saltē verborū, & cōtētionis libidine ab illa recesserit
 Defendit enim mordicus, & pedibus manibusq; conatur cō-
 firmare Lutheri dogma: quo nos sola fide iustificari cōmi-
 niscitur: ita vt nō semel charitatē disertē ac suo nomine à iu-
 stificatione secluserit. Quod si iustitia nōstra Dei quodāmo-
 do cōplexus est, & apprehensio, vt Philippus modo significa-
 uit, qua apprehēsiōne mens vnita Deo immanēsq; illi & eum-
 dem manentē in se habēs cōfiguratur ei, & in pristinā imagi-
 nis dignitatē restituitur, qua frōre negabit hanc iustitiā cha-
 ritate maximē fieri, cū prāter legis tabulas quas ipse pro ve-
 ritate p̄duxit. Christus Iesus dicat: Si quis diligit me, sermo-
 nē meū seruabit, & pater meus diliget eū, & ad eū veniemus
 & mansionē apud eū faciemus? Vides vt similitudinis ratio,
 quā inter cōtētū & eū qui cōtinet, necesse est intercedere,
 fide inchoata, charitate perficiatur, quæ vere hominē iustifi-
 cat, hoc est Deo, cuius participationi cōditus est, quodāmo-
 do coęquat, ita vt Ioannes apostolus fidentissimē prædicet,
 q̄ qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo? Philip-
 pus cū iustificationis nomine parum sibi cōstare, & à seipso
 vinci sibi videatur, specialem facit difficultatē de peccatorū
 remissione dicēs: nō posse nobis operibus nostris cōtingere
 sed fide. Veruntamē hęc difficultas nō indiget, opinor, noua
 lucubratione, cū remitti nobis peccata nihil aliud sit, atquē
 iustificari: ideoq; eisdē omnino rebus & iustitiam Christi in-
 duimus, & nostras iniquitates exuimus: quēadmodū eadem
 qualitate & eisdē principijs naturalibus illā gignētibus & fri-
 gus remittit, & auget calor: nisi fortē nouo cōmento velit
 Philippus esse mediū aliquē hominis statū: in quo nec iustus
 sit nec iniustus: sed nihil est quod minus illū dicturū existi-
 mē: Scit enim semel nos ex iniustis effici iustos, quemadmo-
 dū & aer eadē alteratione qua lumen recipit, tenebras depo-
 nit. Fit

nit. Fit igitur homo iustus ex iniusto, atq; adeo eis dē rebus
 quibus iniquitatē depellit, iustitia donatur, nōpe fide & cha-
 ritate, vt nō sit opus, iustificatione exposita, remissionis pec-
 catorū demū causas inquirere, quod idipsum, & si perspicuis
 hæc enī demonstratū est testimonijs, aliud tamē apertissimū nō
 grauabor adijcere: verba sūt Christi Iesu de peccatrice fœmi-
 na iā iustificata: Dimissa sūt ei peccata multa, quoniā dilexit
 multū: quo in loco nō fide tātū, sed dilectione q̄ opus est, &
 ceterorū oīm operū p̄iceps, huic fœminę sunt dimissa pecca-
 ta: nec itima tātū dilectione hūc sibi fauorē p̄meruit, verū &
 alijs q̄busdā, tū internis, tū externis operib;: nā fleuit primū
 sciēs q̄ cor cōrritū & humiliatū deus nō despiciet: p̄cidit ad
 Christi pedes, extimē, p̄fessa pudoris affectū, quē itimē sētie-
 bat, nec tñ animū in tā ingētis angustia acerbitate despōdit,
 sed fiducia diuinę māsuētudinis, cuius specimen multis argu-
 mētis dederat Christ⁹, à tāti mœroris cōsternatione excepta,
 ausa est Iesu pedes attingere, p̄fluuiō lachrymarū abluere, ab-
 stergere capillicio, & vnguēto fouere. Inuaserat nimirū fortis-
 simus ille gigas volūtatis arcē, q̄ ceteris affectionibus celsior
 eminet, atq; adeo iperat, & iā vniuersa hostis vasa abducebāt
 i p̄redā: vt quēadmodū serui erāt iniquitati ad iniquitatē, de
 cetero iustitię ad sanctificationē inseruirent, q̄ & si infirmū
 adhuc apostolus censeat, & quasi euāgelici roboris inchoatio
 nē: gradū tñ huic felicissimē fecit peccatrici ad oīm delictorū
 veniā, p̄merēdā, quā simul atq; diligere incipit, cepit etiā pos-
 fidere. Nō ergo sine fide dimittūt peccata, quādoquidē fides
 tua te saluā fecit: demū Christus mulieri dixit, verū nec sola
 dimittunt fide, quinimō tota dimittēdi ratio cōferē in chari-
 tatē, quod ipsa verborū Christi phrasis & ordo, etiā si aduer-
 tere nolis ostētat. Accusanti enim pharisęo q̄ à peccatrice se-
 pateretur attingi. Quinimō nō iā peccatrix est, cui peccatorū
 debitū cōdonatur (ait Christus) idq; nō leui diuinę sententię
 mutatione, sed grauissimis causis, nempe pudore, lachrymis,
 obsequio, & quę omniū maxima est, dilectione: nam dimissa
 sunt ei peccata multa, quoniā dilexit multū.

LUC. 7.

ROM. 6.

PHILIPPICA QVINTA.

De Philippi rationibus pro solius fidei iustificatione.



Non vos existimo viri Germani, tā præfracti ad resistendum veritati esse mētibus, quin animos vestros, quas attulimus ex sacris literis rationes cōmouerint: sed obstabunt interim alię validiores, vt vobis vidētur, à Luthero, cæterisq; cōplicibus eius, ac nūc demū à Philippo luculentius instructę, quibus necesse est, vt nostra iam sentētia tū exposita tū cōfirmata respondeamus: Qua in re haud opinor illū vsq; adeo esse morosum, vt hic velit inutiles questiones ingerere quibus disquiritur præcedat ne charitas peccatorū remissionē, an remissio peccatorū charitatē praueniat: nā si propterea dixerit, peccata nobis nō dilectione & pietate remitti, q̄ dimissio naturę saltem ordine prior esse debeat charitatis infusione. Si hoc, inquam, dixerit, obijciā illi Lutheranę fidei dogma, quę fides nihilo magis potest remissionē peccatorū prædecere q̄ charitas. Cū enim iuxta Lutheri cōmētū nulla fides peccatū mortale vna secū inesse animo ferat, eodē Philippus argumēto, quod de charitate fecerit, cogetur ad cōfitēdū, nō posse nobis fide, quā peccatorū remissio præcedit, eadē peccata dimitti, nisi, cōtra quā ratio ipsa nos admonet, daremus causam suo effectu esse posteriorē: Philosophorū sunt huiuscemodi questiones, qui ancipiti difficultate vrgētur ad disquirēdū, vtra sit prior in generationibus, præcedētis formę, quā vocāt terminū à quo destructio, an succedētis introductio, quę terminus ad quē appellatur: nā si forma quę facescit nō corrumpitur formaliter nisi per successurā, oportet hęc prius gigni q̄ excludatur illa, rursum verò cū hęc nō possit nisi insit materię subsistere, necesse est, quādo vtrāq; materia (quod oēs philosophi cōfentiūt) haud capit præcedētē prius corrūpi q̄ hęc inducatur. Philosophorū, inquam, hęc sunt anxietudines, & inextricabiles labirinthi, qui-

thi quibus intellectū nō tā illuminant, q̄ tenebris offundunt. Philippus theologus est, haud sanē de sophistis vel triuialibus magistris nostris, quorū plenus est mūdus, sed de ijs qui ab ipso scripturarū sanctarū alueo, non ab hominū cisternis dissipatis (quod ait propheta) celestis philosophiæ oracula mūdo propināt, idcirco sophismata oīa missa facit, lucidissimē proponit, & perq̄ solerter argumētatur. Imprudentissimē inquit, scribitur ab aduersarijs q̄ homines rei æternę irę mereantur remissionē peccatorū per actū illicitū dilectionis, cū impossibile sit diligere deū, nisi prius fide apprehendatur remissio peccatorū. Nō enim potest cor, vere sentiēs deū irasci diligere deū, nisi ostēdatur placatus. Donec terret, & videtur nos abiicere in æternā mortē, nō potest se erigere natura humana, vt diligit iratū, iudicatē, & puniētē. Facile est ociosis, fingere ista somnia de dilectione, q̄ reus peccati mortalis possit deū diligere super oīa, quia nō sentiūt, quid sit ira aut iudicium dei. At in agone cōscientię & in acie experitur cōsciētia vanitatē illarū speculationū philosophicarum. Paulus ait. Lex irā operatur. Non dicit per legē mereri homines remissionē peccatorū. Lex enim semper accusat cōscientias, & perterrefacit. Nō igitur iustificat, quia cōsciētia perterrefacta lege fugit iudiciū dei. Errāt igitur qui per legē per opera sua mereri se remissionē peccatorū cōfidunt, &c. En doctoris vestri verba Germani, quę vt liberē dicā, plus habēt fumi q̄ ignis, nō enim causam elucidāt, sed magis confundunt, & obscurāt: tētabo tamē vtcunq; quod dicere illi conātur, in lucē quō possim illi respondere, proferre: Duo nobis, vt video, obijciuntur à Philippo, nā cætera quę recēsuimus, quęq; prætermisimus pleraq; oīa, magna sunt & speciosa verba, quibus instar Helici sentētiās inuoluit. Alterū ergo eorū quæ dānat & arguit est, q̄ asseramus hominē reum peccati mortalis Deū super oīa posse diligere: alterū, q̄ operibus legis existimemus nos peccatorū mereri remissionē. Prius si negemus, oporteret illum nouā ædere apologiā, ad probādum hoc &

Philippica propositio.

Duo Philippica obiecta.

id genus alia, quæ in hac tã facile dicit, q̄ difficile probarer: nō enim quod vnus aut alter theologus cōminiscitur, statim est omnibus impurādū, aut catholicis omnibus, quasi cōmunis sit omniū doctrina, obrectandū. Quāq̄ si de potentia absolute loquamur, nemini debet esse dubium, quin reus peccati mortalis possit deū super oīa diligere. Quid enim obstat? Id ipsum peccatū. At fac illum ita esse præteriti reū, vt tamen nunc demum nō sit actu peccās. Dices hoc esse impossibile: Quid ego audio? nunq̄ potest nō peccare, qui semel peccauit? nunq̄ vacabit? nunq̄ cessabit? semper aliquid faciet, & quodcūq; fecerit, dixerit, cogitauerit, erit peccatū: etiã si cogitet se male vixisse, atq; esse ei de cetero aliter viuendū? Quid si comedat, cū ei maximè fuerit opus? dices fortassis illum peccare, q̄ abutatur dei muneribus, alendo eū qui indignus est vita, nedū victu. Sinat ergo se mori fame, ne comedendo peccet, licet enim omittere, quod cōmittendo peccamus. Dices illū nō peccare opere comedendo, sed cogitatione ad ea fortè attendendo, quæ nō decet, vel omittere cogitare, quæ debet. Atqui fieri potest, vt tãta illum fames vrgeat, atq; adeo multū esuriat, vt nō possit tunc tēporis, nisi de reficiēda vita cogitare. Ad hunc modū possem de elemosynis querere, quas multi peccati mortalis rei liberaliter cōferunt, ea tantū ratione vt subueniant indigēti, idq; propter Christū, alioquin minime daturi. Nunquid etiã in hoc peccat? Melius ergo erit, ab huiusmodi operib' omnino cessare. Quis hoc dicat? quis admittat hypothesim: vnde hæc & id genus alia nō ferenda colliguntur? Potest igitur reus peccati mortalis non peccare mortaliter: tum quid quæso obstat ei, quo minus possit deū super oīa diligere? Reatus ille peccati mortalis, qui q̄ diu peccatū à Deo nō dimittitur, semper adest, etiã prætereunte peccato. Atqui reatus ille, & quicquid admisso peccato remanet in animo, aut habitus est, aut relatio, quæ nec agit quicq̄, nec impedimēto est agere molienti: habitus verò etsi impediat, & retardet ab operibus è regione diuersis, nō tamen prorsus impedit

impedit, quin si maior conatus adhibeatur, contrarijs operibus resistamus habitui: habitus nanq; habitui tãtū, actus verò actui repugnat: quare nemini dubiū esse debet, quin avarus possit vel semel, reluctate etiã ingenio, liberaliter largiri & ignauus fortiter dimicare: præsertim si adsit causa quæ avariciã pro tēpore aut ignaviã superet, Ecquænã causa, inquires, inesse queat homini peccatori, qua superet habitū illum vincientē, eneruantē, & cōsternantē voluntatē humanā, cum ne libera quidē & integra suis viribus possit Deū super oīa diligere? Qua causa? Recte interrogas: Gratia, haud illa sane quæ nos efficit gratos, sed quæ gratis à Deo collata adiuuat infirmitatē nostrā ad quædā opera, ad quæ vires humanæ nec integre quidē valerēt. An est qui nesciat, christianus modo sit duplicē esse gratiã, alterā gratum facientē, qua peccata nobis dimittuntur, alterā, quã gratis datā appellamus. Harum prior amicitia quædā est, qua Deo recōciamur, idcirco reatū peccati mortalis prorsus excludit ab anima: posterior minimè, cū facultas tãtū sit, gratis homini collata, ad faciēdū ea, quæ alioqui perfecisse nequiret: de qua gratia apostolus haud infrequētius loquitur, q̄ de priore. Iã quis dubitet, earū alterā sine altera Deū nobis posse dare, cū posteriorē sine priore se pilsime dederit, nisi forte dicamus, posse Deū hominis, peccato etiã immanētes intellectum illustrare prophetico lumine, ad intuēda & cōtēplāda ea quæ nunq̄ suis viribus attigisset, & nō posse accēdere volūtate, ad amādū quæ suis viribus non potuisset amare. Imo ego credo, quoties peccator orat, ieiunat, indigentibus subuenit, aut quicq̄ huiuscemodi facit, Christi gratiã illi adesse, nō quæ deo gratū omnino reddat, sed quæ gratis duntaxat, immerentē iuuet, & ad alterā, quæ verè gratia est, gradū illi faciat: nemo enim potest dicere deo minus Iesus (vt Paulus ait) nisi in spiritu sancto, hoc est, nisi insit ei gratia hæc: de qua ibidē apostolus differit. Posset ergo diligere deum eadē: velit tantūmodo Christus: quæ defunt vires animo suppeditare: quādo nihil aliud obstabat: quibus

Deū sup oia diligit. An quia non fit, negabimus fieri posse? Philosophica sunt hæc, quæ de potētia siue Dei, siue nostra, nunq̄ ad actū p̄cessura, disputamus: & fortassis inutilia: non tamen possunt nō incidere differentibus, aut nō responderi proteruis. Philippo videntur somnia ociose cōficta, idcirco grauioribus argumentis negociū nobis exhibet, allegās experientiā, quā cōsciētia in agone & in acie experitur. Si experimentis agendū est, innumerabiles possum producere testes pios iuxta atq; catholicos, qui nihil sunt hæctenus expti, eorū quæ Lutherus & Philippus de cōscientiæ terroribus & pacatione, eis in iustificatione succedente, docent: Fatentur viri sancti, experiri se vicissitudines quas dā diuinæ cōsolationis, nunc aduentātis animæ, nūc eidē sese subtrahentis, quales describuntur in canticis Salomonis. Sed hæc oia nō vt iustificēt fiunt: quin potius iustificatis & amicis dei eueniunt. Caterū terrores illi cōscientiæ cōmunes sunt bonis & malis, & frequētius accidūt melioribus. Scriptura sancta beatū prædicat hominē, qui semp est pavid⁹: Si simplex, inquit, fuero: hoc ipsū ignorabit anima mea. E conuerso autē cōscientiæ pacatio non modò in malis verū & in deploratissimis quibusq; mētibus hos terrores, si quādo illis accidūt, solet excipere: Sunt impij qui ira securi sunt, quasi iustorū facta habeant. Quāobrē experientijs prætermisissis, ex quibus vnoquoq; propriū profere rente aut confingente experimentū, interminabilis oriretur contentio, ad scripturarū sanctarū trutinā Philippi rationes expēdamus. Impossibile est, inquit, Deū diligere, nisi fide apprehendatur remissio peccatorū. Hoc est primum medium quod assumit ad improbādum doctrinā theologorū, de charitate & eius affectu, qui est remissio peccatorū: quod tamē mediū nō probat per scripturas, sed vult sibi simpliciter proponenti credi: nisi fortē præcedētis suppositionis p̄batio est id quod sequitur: Nō enim potest cor vere sentiēs deū irasci diligere deū, nisi ostendatur placatus &c. Sed ne hoc quidē p̄bat per scripturas, tārū cōfidit experimētis. Possemus nos quidem

Prooc. 28. Iob. 9.

Eccl. 8.

Alterū Philippi
argumentum

quidē, iure recōventionis argumentationē redargutione repellere, nam si Deum iratū non potest homo diligere, quod charitatis est, nec irato se cōmittere audebit, aut comminanti se credere: quod fidei esse dicunt. Qua ratione igitur charitate non remittuntur peccata, quia non potest contingere peccatori, eadem nec fide remittentur, cui nullus est locus inter peccata. Videtis vt eisdē semp difficultatib⁹ quas nobis facit, teneatur Philippus. Maioris enim multo difficultatis est, irato fidere & cōminātī, q̄ diligere offēdētē ī nobis, quod iure succenseat. Adde quod Philippus, cū dicit: nō potest se erigere natura, vt diligit iratū, significat naturam erigere se posse: vt placatū diligit, quo quid potest imprudentius dici, aut credi? Erigit se, qui ceciderat, aut quoquo modo iacebat, natura autē, nec cōmunis oīm hominū posteaq̄ tota corrūit nec vniuscuiusq; nostrū si semel peccādo ceciderit, non se potest erigere, etiā si millies diuinę misericordię ostēratione inuitetur, nisi ab eodē qui nos inuitat, vna subleuetur. Dominus enim soluit cōpeditos, illuminat cecos, erigit elisos, diligit iustos. Natura ergo nostra sine speciali dei gratia illa quā superius attigimus, nec si grādissima fide sibi millies persuadeat Deū placatū, eum super oia diligere poterit, quoniā sine me (inquit Christus) nihil potestis facere: Si verò gratia illa saltē præueniēs adsit, quę mētē erigat, poterit diligere etiam iratū, quēadmodū filius diligit bonū ac beneficium patrē, sibi merito succēsentē. Instabit Philippus & dicet: Quomodo potest diligere, quē timet iudicātē, declinat cōminātē, fugit exterrētē? Hæc oia auersionē efficiūt, cui necessariò repugnat cōuersio, quę dilectione fieri cōsuevit. Horsum, ni fallor, procedere potest, vniuersa Philippi collectio, quę nō scripturis innititur, sed philosophica collatione affectionū, quę secū in animo vicissim pugnare videntur, & alię alijs impedimento esse, ne extēt. Sed si phisice agēdum est, facile respōdebimus, pugnare fortasse motus illos & affectiones sed nō semper, nā quod sine cunctatione dicendū est, dilectioni odium, timori fiducia.

Collectio urgens
pro Philippo.

Philippus ineptē
cōfert affectiōes.

48 fiducia, desiderium fuge, aut si malis fastiditioni opponitur, & ita resistit, ut eidem animo de eadem omnino re non possint inesse: pugnet tamen (esto) motus illi timoris & terroris cum dilectione: verum ea lege, ut ab eodem prorsus obiecto proficiatur, & (quod addi non ineptè solet) sub eadem ratione, alioquin ut non pugnant sectionis timor, & amor chirurgi, ita nec amor boni iudicis & poenae metus usque adeo pugnant, ut se vicissim excludant ab animo. Sed haec philosophica & propemodum sophistica missa faciamus, accedat scripturarum lumen, qua pellatur omnis ambiguitas. Frequens est apud prophetas, apud apostolos, apud ipsum etiam Christum exhortatio ad conversionem peccatorum, in qua non illis proponitur deus placatus aut propitius sed iratus & comminatus. Clamavit Jonas, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur, & crediderunt in domino, & predicaverunt ieiunium, & vestiti sunt sacco &c. *Isaie. 1.* Venti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, ab alienati sunt retrorsum. Super quo percussit vos ultra, addentes prauaricationem &c. Instant tamen sancti dei precor, ut conuertamur ad deum, tamen si interminantem & iratum: quia si fuerint, inquit, peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Et repente loquitur aduersus gentem (ait dominus per prophetam) & aduersus regnum: ut eradicet, & destruat, & disperdat illud. Mox tamen addit: Si poenitentiam fecerit gens illa a malo suo, quod loquutus sum aduersus eam, agam & ego poenitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei. Et iratus est dominus super patres vestros iracundia, & dices ad eos: Haec dicit dominus exercituum, conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. His omnibus locis & alijs huiusmodi, qui passim etiam non querentibus in sacris literis occurrunt, ad deum, qui nobis iratus ex terrenis, & acerbissima quaeque interminans proponitur, conuerti precipimur, quod si (ut Philippus ait) est impossibile, frustra non perentibus facere, tantopere suaderetur ut faciant. Iam conuerti

conuerti humane voluntati, quid aliud est, quam quae prius neglexerat, eadem ipsa diligere? quamobrem ut auersio dei contemptus & neglectus fuerat, ita conuersio eiusdem dilectio est. Conuersa est itaque Ninive ad deum, qui minabundus eius euersionem predicari preceperat: nec solum conuersa est animo (ut & hoc attingamus) sed predicauit ieiunium, saccos induit, ut videre esset populum vniuersum, impietate data, quasi nouae vitae candidatum & diuinae misericordiae petitorum agere: Et vidit deus opera eorum (ait propheta) quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est &c. Non satis illi fuerat, vidisse fidem, cum crediderunt, nisi & opera videret, ut miseretur: quia conuersionem adhuc expectabat, quae fide inchoata aliorum cum operum tantum affectionum mutatione erat consummata. Nam & huc spectat, quod Israel admonetur, ut conuertatur, si velit ad se Deum conuerrere: Hoc est ut amet, si velit amari. Quod si obiecerit fortasse Philippus illud: Non quasi nos dilexerimus eum, sed quia ipse prior dilexit nos: Omnia haec latent in conuersione peccatoris, nam prius amatur ab illo, qui admonet, fatagit, prospicit, urget, ut conuertatur: alioqui non vocaret, nisi diligeret, cuius vocationi diligendo etiam respondemus, quia diligendo conuertimur estque conuersio haec nostra, eius qui nos amauerat redamatio, & qui nos vocauerat inuocatio, ut ignoscat peccare iam desinentibus, qui peccantes dignatus fuerat non vocare modo, verum & reuocare. Hic amor contingere potest etiam peccati mortalis reo, cuiusmodi sunt omnes, qui a Deo vocantur, ut resipiscant, sed mox ut sic amat definit esse reus, nec obstat ei, quod scies se aeterna morte data, verè sentit Deum sibi iratum, terret & comminante, qualè propheta proposuit Ninivitis, nam simul potest illum considerare placabilem, mansuetum, piuum, propiciabilem misericordem, prestabilem super maliciam: quae consideratio mouere potest affectum, ad amandum, & fidendum ei, qui tam facilis est ad ignoscendum id quod significare videtur conuertentium se Ninivitarum verba: Quis scit (inquiunt) si conuertatur & ignoscat deus? Simul ergo timebit iratum & placabilem diliget, verebitur vna iudicij seueritatem

1. Ioan. 4.



tarē, & cōdonādi facilitatē amplectetur: adest enim ei gratia illa p̄ueniēs, quę huiusmodi cōscientiis nunq̄ nō adest, modo tibi quisq; nō desit, donec cōuersione hac volūtas p̄uehat ad charitatē illā, qua peccata demū vniuersa fugent, audiatq; dimissa sibi peccata multa, quoniā dilexit multū. His gradib; cōuersa est Ninive, atq; eisdē p̄uecta est illa peccatrix fœmina, q̄ merita est, vt nō modo internē, verū externē huiusmodi sententiā de se à Christo prolata audiret: id quod in p̄cliuū est intelligere vnicuiq; cōuersionis eius p̄gressū & incrementa cōsiderāti. Timebat enim, & amabat, quę fiebat: & accedebat, verebatur seueritatē iudicij, quę retro stabat secus pedes sed clemētię cōceperat sp̄. quę nō cessabat officijs sibi p̄mereri Christū, vt tādē patronū experiretur, quē timebat iudicē, quod & assequuta est. Volēs enim Christus illā ostēdere nō iā peccatricē esse, sed iustā: vniuersa cōm memorat, quibus à p̄pria iniquitate ad Christi iustitiā cōsequendā p̄uenerat: atq; interim tacitē pharisēū quasi per recōuentionē Christus accusat, & peccatorē ostēdit, q̄ nihil eorū fecisset, sine quibus nemo peccatorū remissionē adipiscitur. oēs igitur eodē, quo felix illa mulier assequuta est, ordine peccatorū remissionē assequimur, timēdo scilicet & fidēdo, tremendo & amādo, q̄ vicissitudines affectionū, imò nō vicissitudines, sed sympathię, quomodo queāt vni animę accidere: & animę quę peccatorū cōdēnationē nōdū est assequuta. Sed ijs mediantribus assequitur, tametsi gratis propter Christū, qui oia hęc decreuit prius donare, q̄ peccata cōdonet, vt minoribus donis mereamur maiora: quomodo, inquā, vni cōsciētię eidemq; peccato nōdū exutę tā multi, tā varij, tā diuersi, & (vt videntur) aduersi affectus possint inesse, nouit ille, qui per Hieremiā dicit, se prauū cor hominis & inpscrutabile cognoscere, scrutās cor, & p̄bās renes, qui dat vnicuiq; iuxta viā suā, & iuxta fructū adinventionū suarū. Nobis verò satis est ostendisse, quę quotidie p̄nitentes experimur, Christo Iesu seruatori nostro, Luthero etiā inuito, p̄bari: quod idipsum p̄ scripturas obiter

Hier. 17.

obiter & p̄functoriē demonstrauimus, multa enim alia sunt, q̄ cōsultō, ne p̄lixior esē p̄termisi. Ea vero q̄ sumus hacten; p̄lequuti, nō modò probāt, q̄ cōscientia peccati mortalis reapsit, Christi gratia p̄uēta, dilectionē dei sup̄ oia inchoare verū quod inchoatione hac p̄uehatur ad p̄fectiorē charitatis gradū, qui animā iustificās peccatū prorsus excludat. Superest tamē aliud argumentū, quo rursus hęc oia oppugnātur. Lex (inquit) irā operatur, ait Paulus: nō ergo p̄ legē meretur homines peccatorū remissionē. Et rursus eandē feriēs incudē, lex semp̄ accusat cōsciētias, & perterrefacit, nō ergo iustificat. Tandē p̄positū colligēs ait: Errāt igitur, qui per legē, p̄ opera sua, mereri se remissionē peccatorū cōfidūt. Totius argumentationis basis est Pauli testimoniū: idipsum vero tametsi de litera legis interpretetur Augustinus: & nos intelligi posse nō negemus, nō tamen de morali lege decalogo cōtēta, sed de Mosayca p̄nuntiat Paulus: hoc apertius est quartum caput epistolę ad Romanos, vnde petita sunt verba legenti, modò vel latinē intelligat, q̄ vt indigeat admonitione. Ibi enim Paulus succenset fiducię iudeorum, quam habebāt de ceremonijs. Summam omnium ceremoniarum legalium quę fuerat circumcisio, atq; adeò totam illam legem confert cum fide Abraę. Caterum nos non de lege illa cuius indoles cœpit in Abraam patriarcha, quādo circumcisus est cum tota domo sua, p̄mulgata est aut̄ per Mosē, loquimur cū de iustificatione differim;: sed de geminē charitatis lege, eadēq; nō litera duntaxat tradita, sed spiritū inscripta fidelibus, à cuius duobus p̄ceptis (vt Christus ait) vniuersa lex pendet & p̄phetę. Nā de litera legis etiā moralis (vt semel pluribus scripturarū locis respōdeā) cōfitemur quod nō iustificet, nec iustificare quidē possit, aut potuerit: non enim lex charitatem quā p̄cipit confert, sed vetat cupiditatem, quam nobis nō adimit virtute, quin auget quodā modo p̄hibitione. Idcirco Paulus legem dicit infirmari per carnem, cui vt subueniret Deus, filiū suū mittēs in similitudine carnis peccati: de pecca

Tertiū Philippī argumentum.

dānauit peccatū in carne, vt iustificatio legis impleteretur
 in nobis. qui nō secundū carnē ambulamus, sed secundū spi-
 ritum. Hic vides legē iustificare, si impleatur in nobis, quā si
 transgrediaris, cōdēnat. Quod verò impleatur, nō valet ipsa
 prestare sine fide illius, cuius meritis innixi, multa pficimus:
 quę per solam legē efficere nō poteramus: infirmatur enim
 per carnē in infidelibus, cū tamē in credētibz, modō velint
 periculū facere, spiritale robur adipiscatur à Christo. In hoc
 itaq; versatur tota Pauli cōtrouersia aduersus iudæos, quos
 vbiq; maximē tamē in epistolis ad Galatas & ad Romanos,
 ad fidē nō modō allicit, verū & validissimis cogit argumētis
 ostendēs legē Mosaycā, quatenus ceremonialis erat, mortuā
 esse: quatenus verò moralis, inualidā & imbecillē, nisi adsit
 ei fides, quę illi vim cōferat ad iustificādū. vnde cū visus sibi
 esset hęc legē plus nimio lacepsisse, ita obiicit sibi. Legē ergo
 destruimus per fidē: sequitur tamē mox correctio. Absit, sed
 legem statuimus. Quomodo vero per fidē statuitur lex, nisi
 hoc quod adiūctur eidē vires, sine quibus seruari nunq̄ po-
 tuit: seruata autē, seruatores suos seruat, & iustificat, sicut ne-
 glecta desertores cōdemnat: nā ipsa ex sese indifferens est ad
 iustificandū, aut cōdēnandū, secundū quod vel seruatur vel
 contēnitur: nisi quod cū oēs obliget, infideles dānare quidē
 potest, nō autē seruare, etiā si seruaret ab eis: fideles vero trā-
 gressores dānat, nisi resipiscāt, & ad eandē reuertātur, obediē-
 tes autē iustificat per Christū, cuius gratia adimpletur in illis
 qui nō secundū carnē ambulāt, sed secundū spiritū. Videtis
 igitur ô Germani, vt nobis qui per fidē & legis obseruationē
 hoc est fide & charitate dicimus hominē iustificari, eidemq;
 peccata dimitti, quod idē est, vniuersa scriptura concordet.
 illis vero qui per solā fidē hęc fieri docēt, nec minima quidē
 scripturę pars cōstare queat, id quod hactenus mōstratū est
 & apertius infrā mōstrabitur. Nunc ad primā Philippi colle-
 ctionē: Lex (inquit) irā operatur, non ergo iustificat: De lege
 Mosayca, de qua Paulus ibi loquitur, & antecedēs fateor, &
 cōsequens

ADVERSVS LVTH. DOGMATA 53
 cōsequēs, tametsi collectio nō sit admodū apta, nō nego. De
 lege charitatis, qua de suscepta nobis est cōtrouersia, dico q̄
 neglecta operat irā: seruata vero iustificat, & à peccatis emū-
 dat, quia charitas operit multitudinē peccatorū. Et fœminę il-
 li q̄ se ihonestē optauerat nobilitare peccatis, dimissa, pnūciā
 tur peccata multa, quoniā studio cōmutato, & alio trāslatis
 affectibus, dilexit multū. De beneficentia autē, qua nō verbo
 & lingua, sed opere & veritate charitas exhibetur: scriptū est
 q̄ talibus hostijs, pmereamur Deū. Et rursus de eleemosina
 qua oīs beneficentia cōplectitur, & charitatis opus solemni
 cōsuetudine appellatur. Ignē ardentē extinguit aqua, & ele-
 mosina resistit peccatis. Cui cōcordat illud Christi: Date ele-
 mosinā & ecce oīa mūda sunt vobis, Ecquis ergo neget cha-
 ritatē iustificare, quę operit, quę remittit peccata, quę Deū
 nobis reddit propiciū, quę peccatū extinguit, atq; nos ab eo-
 dē emūdat? Sed dixerit quispiā: Quid igitur (si charitas iusti-
 ficat) relinquitur fidei, quid gratię, quid Christo, cuius vnus
 meritis & gratia, quotquot fuere sancti, seruatos sese p̄dicāt,
 & qui modo sunt catholici, seruatū iri cōfidunt? Multū pro-
 fecto, Quid vero multū? Imo hęc oīa Christo Iesu accepta re-
 ferim, sine cuius gratia charitatē nemo posset habere: sine cuius
 meritis, habita etiā & prestita, si fingatur, nō sufficeret ad
 cōsequutionē æternę vitę: quoniā cū fecerimus oīa quę præ-
 cepta sunt nobis, serui sumus inutiles, nisi opera nostra fiāt in
 Christo, à quo, velut à radice fructus, ingētē vim & quasi va-
 lorē infinitū accipiūt, in illis dūtaxat, qui sibi aliās & suis ope-
 ribz diffusi, quicquid boni sese aut esse, aut fecisse videri pos-
 sunt: id totū in Christi vnus fauore, gratia, & beneficio po-
 nūt. In hac persuasione, nō agnita modo sed penitus mēte re-
 cepta, & animo insita, vniuersa fidei ratio versatur, q̄ adiūcta
 operibus iustificat, vt ostensum est paulo antē. Etenim finis
 legis est Christus ad iustitiā omni credēti. Hoc est: Lex non
 iustificat, nisi per Christū, qui est eius finis, nō in quo deficit
 sed in quo pficitur, & adimpletur. Hactenus de prima Philip-
 pi argu

1. Pet. 4.

Luc. 7.

Heb. 13.

Eccli. 3.

Luc. 11.

Rom. 10.

Tertij argumētū
altera collatio.



pi argumētatione: Proxima assumit, legē accusare semper, &
 perterrefacere cōsciētias, quod tamē in scripturis nō habetur
 quin potius Dauid aliū de animo cōsternatus ad legis memo-
 riā erigitur, & vires resumit: Nisi q̄ lex (inquit) tua meditatio
 mea est, tū fortē perissem in humilitate mea: in aternū non
 obliuiscar iustificationes tuas &c. Quā modō legē appellauit
 eādē mox iustificationē esse declarat, alioquin nō erigeret nisi
 iustificaret, quod tamē perficere nō potest sine Christo. Hoc
 idē apertius ostēdit: Si iniquitates obseruaueris domine, do-
 mine quis sustinebit: quia apud te propiciatio est & propter
 legē tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo
 eius &c: Videtis legē nō accusare cōsciētā, nec terrere, qui po-
 tius leuare, atq; reficere, modō adsit propiciatio: hoc est Chri-
 stus, quē ppiciationē pro peccatis nostris esse p̄dicat Ioan-
 nes: Affuturū autē se in lege meditātib; versantibus, laborā-
 tibus pollicitus est frequēter in scripturis, nō modo vt adiu-
 uet operātes, verū vt deficiētes reficiat, labātes erigat, quoniā
 apud dominū gressus hominis dirigetur, & viā eius uolet, cū
 ceciderit nō collidetur, quia dominus supponit manū suā. Et
 alibi: Prouidebā (inquit) dominū in cōspectu meo semp quo-
 niā à dextris est mihi ne cōmouear. Et vt hac de obseruanti-
 bus legē, ita de contēnētibus ē cōtrario. Nō est deus in con-
 spectu eius, inquinatæ sunt via illius in omni tēpore. Isaias
 verō ad omnes, enumeratis operibus quibus legi dei est ob-
 tēperādū: Tūc inuocabis, inquit, & dominus exaudiet, clama-
 bis & dicet ecce adsum, quia misericors sum dominus deus
 tuus. Nō igitur misericordiā dei erga nos puocat sola fides,
 sed opa illa q̄ recēserat, quęq; subiūgit, si abstuleris de medio
 tui catenā, & desieris extēdere digitū, & loqui quod nō p̄dest
 cū effuderis esuriētī aīam tuā, & aīam afflictā repleueris &c.
 His ergo & alijs huiuscemodi p̄missiōibus cōfisa mēs, tamen
 si fragilitatis suę cōscia, sustinet in verbo domini p̄pter legē
 eius & ppiciationē quorū alterū sine altero nihil efficit, nā lu-
 daeis nō p̄dest lex, quā sine Christo seruare minimē possunt
 nec deficiētes habent vnde reficiantur: mali verō Christiani.

etiā si habeāt Christū, cui insiri sunt p̄ fidē sine legis obserua-
 tione, hoc est sine charitate, sūt vt mēbra arida & inutilia, &
 quasi palmites nō ferētes fructū, quos pater agricola tadē suc-
 cidet, & in ignē mittet & ardebūt. Vtrōsq; hoc locop̄stingit
 scriptura. Illis nō p̄dest lex, quia nō manēt in Christo in quo
 si quis nō māserit, mittetur foras, his nō p̄dest Christus etiā
 p̄ fidē agnitus, quia omnē palmitē in eo nō ferētē fructū sub-
 tollit pater, qui fructū afferētē purgat, vt fructū plus afferat.
 Hūc lex nō accusat, nō perterrefacit, quin potius nisi lex do-
 mini esset meditatio eius, perisset (quod propheta dixerat) in
 humilitate sua. Ceterū quia apud deū propiciatio est & p̄ter
 legē eius sustinet dominū: Sustinet, inquā, in verbo eius, illo
 nēpe quo, vt paulō antē diximus, idētidē pollicetur affuturū
 se gnauiter laborātib; cū vt adiuuet, tū vt (iuxta aliū p̄phe-
 tam) quicquid humana fuerit imbecillitate cōfractū alliget:
 quod infirmū fuerit cōsolidet, quod pingue & forte custodi-
 at: & ita (quod ait Paulus) nihil damnationis sit ijs, qui sunt in
 Christo Iesu per fidē, qui nō secūdū carnē ambulāt, sed secun-
 dū spiritū per charitatē, quorū virtutū neutra sine altera pro-
 dest. Et quoniā magna misericordia domini est & ppiciatio il-
 lius cōuertētib; ad se, vt sapiēs ait: hoc est à legis trāgressio-
 ne ad eiusdem obseruationē respicientibus, idcirco prouide-
 utrūq; posuit propheta. Quia apud te (inquit) propiciatio est
 & propter legē tuā sustinui te domine. Admonēt me & locus
 & verba Dauidis, vt Philippicā simplicitatē in citādis scriptu-
 ris attingā, citat enim hūc psalmū pro fide, sed fide nō admo-
 dū integra, nec veritus est verbū dei, de quo subinde se iactat
 tā graui afficere iniuria, vt bona illud sui parte, & sine qua nō
 potest intelli, mutilaret. Huc (inquit) pertinent (nēpe ad fidē
 & peccatorū remissionem) ille crebræ repetitiones misericor-
 dia & fidei in psalmis & p̄phetis, vt hic: Si iniquitates obser-
 uaueris domine, domine quis sustinebit. Hic cōfitemur pecca-
 ta, nec allegat merita sua. Addit: Quia apud te propiciatio est
 Hic erigit se fiducia misericordię dei: Et citat promissionem
 Sustinuit

Ioan. 15.

Ezech. 34.

Rom. 8.

Eccli. 17.

Philippica fides
in producendis
scripturis.

Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in domino: id est, quia promissisti remissionem peccatorum, hac tua promissione sustentor. Adeste animis obsecro viri Germani, & Philippi non modo doctoris vestri verum & patroni verba, quibus vestram tuetur confessionem, si placet, expendamus. Producatis prophetis aliquot verbis. Hic (inquit) confitetur peccata, nec allegat merita sua. Quid si mox alleget in verbis quae turpitermittis, quamquam bona opera nemo ferè sanctorum merita sua unquam appellauit, sed dei munera, tunc praesertim, cum misericordiam implorat, ubi potius illi commemoranda est, qua vndique septi & propemodum obruti sumus miseria. Sed rursus Philippum audiamus: Addit. Quia apud te propiciatio est. Hic erigit se fiducia misericordiae. An non pudet, ita mutila, trunca, sine ullo sensu, prophetica verba dimittere? Quid sibi vult hoc: Quia apud te propiciatio est, nisi aliud addas? unde scis conscientias his verbis erectum iri? Vbi est verbum fiduciae aut erectionis? vis credo subintelligi. Quid si aliquis scripturarum omnino rudis addat. Desperavi prorsus adipisci, quod a me tam longè sepositum abdidisti? Nam & Iob difficile inuentu sapientiam esse dicit, quod illam Deus apud sese repositam habeat. Num huiusmodi animam erigere, turcus ille verborum fiducia misericordiae valebit? Existimasti fortasse, neminem fore, qui nesciret quibus propheta verba fiduciae clausit erectionem: Atqui inde quotquot prophetae verba meminerint, animaduertent vna, te arte ac dolo malo legis mentionem: qua se David erectum praedicat, praetermississe, decreuisseque, potius ad propheticum coniuere lumen, quam Lutheri dogma semel susceptum deserere. Nam tu illi strenuum praestas te militem, quando nec spiritus sancti oraculo, in quod tute nemine admonere incideras, cedere voluisti: David enim disertè pronuntiat, se misericordiae fiducia propter legem domini & propiciationem quae apud illum est sustentari: qua in re, quia superius exposita est, non est nunc opus diutius immorari, quin posteaque scripturae sacrae testimonia, quae Philippus produxit in apologia examinare coepimus, praestabit & illa quae in confessione vestra citantur, ordine repetere.

PHILIPPICA SEXTA.

De testimonijs in confessione profuturitia fidei contentis.



Rincipio, quod quidem in confessione vestra Germani, ita vocem agnoscimus Iacob, ut subesse non ignoremus manus Esau, est opere precium animaduertere, quod Philippus non Ecclesiae communem doctrinam sed iustitiam rationis in apologia sibi proponit oppugnandam, ut dum vos a nostra confutatione defendit, eò videatur euicisse, quod aduersarium sibi facit imbecillum & inermem, in quo nos omnes turperatos esse vult credi: nec desunt illi (si diuis placet) qui credant. Quasi nos ratione sola hominem iustificari, unquam arbitrati simus, cuius nec umbra quidem dogmatis usque inuenitur apud theologos, Vtuntur quidem rationis nomine, à latinorum omnium optimis quibusque recepto, sed eo naturae tantum lumine significat, malignum sane illud & inefficax, nisi gratia subleuetur: quo tamen lumine semper animus gliscit, & gestit ad meliora, id quod Aristoteles dixit, ad optima deprecari, haud tamen Aristotelis verbis innitimur, sed Pauli doctrina, qui mentem in se agnoscit diuinam legi ultrò consentientem & in seruientem, quam etiam ad Galatas spiritum a carne per omnia dissentientem appellat: Nemo est enim quatenuslibet peccatorum potestatem pregrabat, qui non intima quadam animi energia reuocetur à turpitudine: a qua tamen haud nostrarum est virium prorsus recedere, nisi adsit Christi gratia, quae rationem frustra conatè & adnitentem erigat & perficiat. Illud igitur, quicquid est, animi nostri, cui turpitudine, etiam cum maxime delectat, non probatur, quodque vel in medijs facinoribus ad honestum prouocat, sollicitat, conspirat, id ipsum Paulo dicitur mens, à theologis verò nunc mens, nunc ratio nuncupatur, quam sub utroque nomine Cicero describit, cuius verba sunt: Humanus animus decerptus ex mente diuina cum alio nullo nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. Hic igitur si ex

Quid Philippus oppugnet.

Ratio quid

Rom. 7
Galat. 5.

cultus, & si eius acies ita curata est, ut ne cæcetur erroribus, sit perfecta mēs, id est absoluta ratio, quæ est idē quod virtus: Explicauit Cicero quicquid natura præstare potest imò quod à deo naturæ præstitū est etiā lapsæ, tamen si cultus hic animi & curatio non est naturæ sed gratiæ: nō dubito tamē, quin apostolus Paulus eius verba reciperet, quando alia haud dissimilia ex Arato probat, & citat: ex quibus colligit, nō debere nos dei munus tā ingēs & sublime fictitijs submittere numinibus sed vni & viuēti deo, cuius nō verò modò figmētū vt ceteræ res, verū & genus quodā modo sumus. Philippus igitur aduersus hāc siue rationē siue mētē siue naturæ vim acriter insurgēs, vt sit quod nemine repugnante possit expugnare, fingit sibi mōstra quæ vincat, & magnū (quod prouerbiū habet) emortuo hosti vulnus infligit. Nos verò hasce oēs Philippi cas, in vmbra & inania, impressiones excursionēs, ouationes etiā si velit, & triūphos, æ quis sanē oculis spectamus: quini- mō q̄ insolecētē naturā tāta felicitate protriuerit atq; prostrauerit, victoriā illi gratulamur, nulla nos tāta gloriæ inuidētia vrit: Magis nūc vestræ acies Germani & testimoniorū structæ copiæ sollicitos reddūt, haud enim vnū aut alterū frustratim locū p̄ fidei iustificatione aduersus opera nostra profertis, sed primo statim cōgressu tota Pauli ad Romanos epistola producit, quæ nos. 3. præsertim & .4. cap. velut gemino ariete prosternat: Sed nos quarto capiti paulò antè respōdimus, & nunc demū respōdemus, nō ibi de lege morali, quæ & naturalis est, agi: sed de lege cæremoniali, quæ peculiariter solis est data Iudæis, de qua. 3. etiam cap. incipit differere: Declarāt hoc Ambrosij verba, quibus illud: Arbitramur iustificari hominē per fidē sine operibus, exponit in hūc modum: Gentilē dicit hominē pro certo haberi, quod iustificetur credens, nulla faciēs opera legis, id est, sine circūcisione aut neomenijs aut veneratione sabbati: Et paulò superius illud exponens. Nūc verò sine lege iustitia dei manifesta est, testimoniū habēs à lege & prophetis. Apertū est (inquit) quia iustitia dei

Cōfessionis Germanice loca pro fide.

Ambrosius de duobus. 3. & .4. capit. Pauli ad Romanos.

sine lege apparuit: sed sine lege sabbati & circūcisionis & neomeniæ & vindiçtæ, nō tamē sine sacramēto diuinitatis dei & c. Distinxerat Ambrosius superiori periodo legē in tres partes quarū prima de sacramēto diuinitatis sit, p̄xima q̄ cōgruat legi naturæ, tertia quā Paul' vocat legē factorū, id est sabbata neomeniæ circūcisio & c. Harū partiū prima dei timorē fiduciā, dilectionē & cetera cōtinet, quæ Philippus retulit ad priorem legis tabulam, secunda pars cōtinet quicquid posteriore legis tabula interdicitur, tertia vero quicquid cæremoniarū Mose docēte obseruatū est à Iudæis. Quoties igitur Paulus legem à iustificatione secludit, Ambrosius de hoc tertio legis genere cōstāter interpretatur. quod & legē factorū, Paulū sequutus, appellauit, vt reliquas duas partes ad legē fidei referret: Bimembris est enim Pauli diuisio, cū legem factorū separat à lege fidei, alioqui inefficax esset collectio, qua iustificationem legi factorū negat, vt transferat in legē fidei. Dicitur autē lex fidei non ipsa fides, sed ea rerū doctrina atq; præscriptio, quarū obseruationi promissa est æterna felicitas, hæ sunt non fides tantū (vt demonstrauimus hætenus, & sumus etiā inferius cōfirmaturi) verū & charitas, hoc est dei & proximi dilectio. Iā vt p̄missionē nō amplectimur nisi fide, ita quod promissū est nisi ijs rebus quibus promittitur assequi nō valemus: Hęc de Ambrosij doctrina & interpretationibus prolixius, q̄ hic præ ceteris patribus à Philippo & Lutheranis ferme omnibus pro sua doctrina citatur, tamen scio Augustinū aliter legē factorū à lege fidei distinguere: nōpe vt lex factorū decalogi sit litera, per quā peccatū agnoscitur, lex vero fidei vis perficiendi decalogum, per quā peccatū vitatur, vtriusq; legis autor est deus, qui & decalogum dedit per Moysen, quo peccatum agnoscamus, & gratiā per Christum qua vitemus: Nobis tamē nihil obest hæc diuersitas expositionū nec est perinde magna: nam & Ambrosius hāc expositionē, quā Augustinus de spiritu & littera copiosissimè tractat, aliquoties in his Pauli cōmētarijs attingit. Quāq; ad intelligēdū

Rom. 5.

Augustinus.

qua fit Pauli sententia, dū legē vtroq; capite tertio videlicet & quarto separat à iustificatione, nō est opus interprete, sed prudēte lectore. Cū enim Paulus tertio capite dixisset nos p fidē sine operibus legis esse iustificādos, vt ostenderet cuius legis opera excludebat adiūxit. Nunquid iudeorū tātū deus? Imō & gentium, ac si dicat: Si operibus legis opus esset ad iustitiā, solos iudeos deus iustificare decreuisset, quibus solis dedit legē circuncisionis & ceremoniarū. Hic nihil obscure videris qua de lege Paulus differat, cū legē à iustificatione secludit, nempe de lege nō naturali, tamen nec illa sine gratia iustificet, quē cōmunis est cūctis hominibus, sed de mofayca alioquin nullius esset pōderis collectio, qua infert homines nō iustificari operibus legis, ex eo q̄ deus non solorū fit iudeorū, hoc est, nō solos velit iustificare iudeos, verū & gētes q̄ alteri legi morali scilicet sunt naturaliter obnoxie, tamen nec ea iustificare valeat sine fide. Pendet enim hęc, quā Ambrosius fecit mediā legē à primē: vt primæ virtus pendet à gratia, gratia vero à Christo Iesu meritis, vt oīa demū illi accepta referātur, qui factus est nobis sapiētia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt quēadmodū scriptū est: qui gloriatur, in domino gloriatur. Vt hęc igitur legē, quæ fide nō eleuatur, sed robur nāciscitur & vim, quęq; haud vni tantū populo, sed vniuersis est gentibus imposita, nō separet à iustificatione, aduersē partis hypothēsī, quā sibi proposuerat interrogacione, correxit dicēs: Imō & gētiū. Quarū, inquit, gētiū. Nempe illarū, quę legē nō habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendūt opus legis scriptū in cordibus suis. Duarū etiā hic legū meminit apostolus, quarū alterā dicit gētes nō habuisse alterā naturaliter fecisse, nō quia solius nature viribus legem implebāt, sed quia nullo deus externo pēdagogo vsus fuerat ad illos, vt ad iudeos vsus est Mose, sed natura duce, recta sequebātur, quę tamē assequi nō valebāt nisi per gratiā, expetit illud: Dabo legē meā in visceribus eorū, & in corde eorū scribā eā: quod & si de Christi aduentu secundū carnē fit copiosius

I. Cor. 1.

Rom. 2.

Mic. 31.

piofius promissum, per eundē tamē est ab initio pręstitū electis, quos pater benedixit in omni benedictione in celestibus in Christo. Sicut elegit illos in ipso ante mundi cōstitutionē Ex his enim fuere oēs quos apostolus pnūtiat habuisse opus legis scriptū in cordibus suis, quo iustificabātur, nō humana iustitia aut politica, sed iustitia illa quam exigit Christus, in die, inquit, cū iudicabit deus occulta hominū secundū euangeliū meū per Christum Iesum. Ab hoc itaq; secundo capite Paulus de duabus incipit differere legibus, ostēdēs neutrā iustificare posse, alterā hoc est caremonialē quia inutilis est, alterā q̄ impossibilis pręstitū, nisi adsit fides, quæ priorē infirmitat, posteriorē cōfirmat: & sibi peculialiter vēdicat, efficiēs vt eius iustificatio impleatur in ijs, qui nō secūdū carnē ambulāt, sed secūdū spiritū, in quibus eō lex fidei appellatur, q̄ promissiones contineat, quibus fides excitatur & innitur, quōdque non possit sine fide pręstare, sine qua impossibile est placere deo. Hęc est nimirū lex qua humana excluditur gloriatio, quādo quidē ea ostēditur homini q̄ imbecillus fuerit, & infirmus, cui tātō leuamine opus fuit ad perficiendū, quod quādiu nō fecisset, tādū ab hominis dignitate & natura quōdāmodo deficiebat: Nā deū timere, & eius obseruare mādāta esse hominē pnūtiat Ecclesiastes. Exclusa est (inquit Paulus) gloriatio tua: per quā legē factorū? Nō, sed p legē fidei. Legē factorū vocat caremoniarū pręscriptionē, quia cū externa tātū opera pręcepisset, efficiebatur etiā a filijs diffidētię, legē verò fidei moralē vocat, quia nō potest nisi à fidelibus perfici, iuxta id quod superius citauimus, q̄ impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnē, misit deus filiū suū, &c. vt iustificatio legis impleretur in nobis. Nō ergo iustificat deus p legē illā factorū, alioqui iudeos tātū (vt Paulus legitimē infert) iustificaret, & tātū iudeorū esset deus, sed p hęc legē, fidei, hoc est, quę sine fide pręstari nō potest, atq; adeo nec sola iustificare, id quod apostolus Paulus superius exposuerat obijciēs iudeis legis trāsgressionē ex psal. 13. quę gētibus vniuer

Eph. 2.

Rom. 2.

Eccles. 12.

Rom. 8.

dis specialiter tamē iudæis quibus scriptus est, tribuit. Ob id namq; nō potuerunt per legē sine fide iustificari, quia non valuerunt eam sine fide seruare: accedēte verō fide, iustificatio legis (vt idem ait) impletur in illis, qui nō secundū carnē ambulāt, quod suggerit cōcupiscētia, sed secundū spiritū, quod lex ipsa præscribit. Scimus enim quia lex spiritualis est, ideo iustificare non potest, nisi eos quibus dicitur: Vos autē in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Christi habitat in vobis. Apostolus ergo Paulus tertio capite ad Romanos, quod vestra confessio citat (nā quarto de sola lege mofayca loquitur) hoc agit, vt doceat iudæos nunq̄ fuisse iustificatos per solam legem etiam moralē, quia nunq̄ sola cōtulit vt virtus fieret, sed vt agnosceretur peccatum: qua tamen, si seruare potuissent iustificarētur, vt iustificati sunt, qui per fidem Christi etiā inter illos seruaret, fide supplēte q̄ operi defuit & ita vtroq; iustificāte. Cōfirmat hoc etiā apostol' collectio ne quā facit ex psal. 13. ad probādū q̄ lex nūq̄ iudæos iustificauerit, quo in loco nullum legis defectum proposuit ad colligendū, sed cōmunem omniū hominū, iudæorū tamen præcipuē præuaricationē, q̄ si lex, etiā seruata, nō iustificaret, haud opus erat Paulo ad suadendū iudæis, vt fidei iustitiam quærent, legis transgressionē illis opponere, sed infirmitatē quā haberet etiam seruata: vt ab ea quæ seruare nō poterat, cum maximē seruaretur, desciscerent ad fidem Christi. Atqui nō hoc apostolus cupiebat, sed vt viribus suis, quibus legē adimplere nō poterant, diffisi ad fidei gratiam cōuersi, cū admissæ præuaricationis condonatione, tum nouo spiritus robore, iustificationē legis adipisceretur in Christo: quā in ipsa lege non valuerant. Sanē q̄ multus est in exprobranda lege: iudæorū arrogantiam retundit, quoniā legis fiducia, quā sibi vnā sufficere credebāt, maximo illis erat impedimēto, ne Christi fidem amplectererentur. Interim tamen nihilominus ad bona opera illos adhortatur, & à peccando compescit, pronūcians illos dūtaxat à peccatis iustificari, qui Christo commoriētes

ira

ita destruunt corpus peccati, vt vltra peccato non seruiant. Rom. 6.
 Quo in loco est & illud obseruatione dignissimū, quod ita Paulus mortificationem nostram Christi morti connectit in iustificatione, quemadmodū Christus ipse sapissimē crucis nostras suæ cruci præcipit adiungi dicens: Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, Et aliās multa in hanc sententiam: Quid aliud est vnumquēq; nostrum crucem suam tollere post Christū, quā ipsi fidei bona opera, quibus efficiendis, detrectante natura & cupiditate etiam reluctante, acerbissimē cruciamur, adiūgere? Si sola fides sufficeret ad iustitiam, sufficeret & sola crux Christi, quæ fidei nostræ mysterium continet, vt sanguinis eius testatur cōsecratio: Nunc cum etiam nostræ crucis postulentur, nullus relictus est ambiguitati locus: quin opus sit etiam operibus nostris vt iustificemur. Iam verba quæ in eodem capite tertio Paulus citat: Credidit Abraam Deo, & reputatum est illi ad iustitiam: non magis adstruūt iustitiam fidei, quā operum, quod idipsum vel ex hoc efficitur perspicuū, quod eisdē verbis vtitur Iacobus, ad probādā iustitiā operū, quibus Paulus ad iustitiā fidei cōfirmandā imō spiritus sanctus per vtrunq; apostolū vtrāq; iustitiæ rationē voluit eodē testimonio explicari, vt vel hoc appareat q̄ neutra sine altera iustificet. Verba Iacobi apostoli sunt: Vis autē scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus ociosa est? Abraam pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniā fides cooperabatur operibus illis, & ex operibus fides consummata est: & suppleta est scriptura dicēs: Credidit Abraam Deo & reputatū est illi ad iustitiam, & amicus dei appellatus est? Hęc de Abraę testimonio & exemplo Iacobus: post quæ additur collectio: nam eandē causam agebat, qua de nos disputamus. Videris quoniam ex operibus iustificatur homo & nō ex fide tantum. En apostolica definitio quæstionis vsq; adeo aperta vt nec excogitari quidem possit apertior. Et sunt (si diuis

Iac. 2.

(si diuis placet) qui cū huic Iacobi apostoli sententiæ nō cedāt. quin mediū illi digitū propemodum ostendant, Christianos tamen & apostolicæ doctrinæ assertores sese au deant appella re, ita vt præ se cæteros pro sesqui hæreticis habeant. Mihi sanè religio esset, post tam euidēs spiritus sancti testimoniū quò ab eodē sunt verba illa Genesios explicata, à quo fuerāt olim cūctis fidelibus in exemplū proposita, nouū illis addere cōmētū: idcirco apostolicæ expositionis luce cōtenti ad alia progrediamur. Testimonio quod citatis ex Luc. 17. cum superius sit respōsum, nō esset opus nunc denuo respōdere. Sumus enim oēs serui inutiles, cū fecerimus omnia quæ præcepta sunt nobis, quia Deus bonorū nostrorū nō indiget, vt ex illis aliquod ei proueniat emolumētū. Si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Dixi domino deus meus es tu, quoniā bonorū meorū nō eges. Sumus etiā inutiles, quia nihil potest homo, ita mereri opere, vt ideo reddatur, quod sola ratione boni operis deberetur. Quis enim vnq̄ p̄ eius rei quā debuerat solutione, præmiū postulauit? sumus aut̄ oēs pietatis, atq; adeò cuiusuis boni operis quadantenus debitores: Idcirco Christus adiūgit. Quod debuimus facere fecimus. Est huius expositionis tametsi per se nihil difficilis author Ambrosius, cuius verba in commētarij epistolæ ad Rom. cap. 4. cōmentariorū verò. 10. hæc sunt: Absolutū est, ei qui legi factorū id est Moyfi subiectus est, aut naturali, non imputari meritū ad mercedē, vt gloriā haberet apud deū: debitor est enim facere legē, quia necessitas imposta est per legem, vt velit, nolit, faciat legē, ne dānetur, &c. Hæc Ambrosij sunt, quæ idcirco allegamus, quod eius præcipue verbis & auctoritate nos grauat Philippus: quanq̄, vt ingenuè dicā, nō vido qui cōstare possint Ambrosio, quæ mox de fide subiungit: Nā ad eundē modū possumus dicere fidē nostrā esse inualidā ad hoc vt eius meritū imputetur ad mercedē, q̄ opus nostrū sit, idq; maximè debitū: & quo deus minime indiget. Astringit Philippus hanc obiectionē, nihil est enim quod eius solertiam

Iob. 35.
Psal. 15

Ambrosius.

solertiā effugiat) occurrit tamē illi dicens: Fidē iustificare nō propter se, sed propter veritatē promittētis, quia iustè exigitur promissum, si fides sit habita promissioni, atq; adeò fides sola facit, vt ego iustè repetā, quod tu mihi spōte promiseris. Hæc argumēti aut redargutionis summa est, & maxima fidei vis, quod quidē argumētū Philippus Pauli apostoli esse dicit idemq; varij verbis subinde multiplicat. & repetit, addēs, q̄ nec excogitari nec fingi quicq̄ possit quo euerti queat. Ego verò idipsum vehemēter probo: Cæterum ob eadē causam etiā cōtēdo, charitatē & eius opera simul cum fide iustificare: q̄ mercedis iustificatio innitatur promissioni. Hoc Philippi verbū est, quod benè & sapiēter ab eo dictū est dudū. Quare cū ratio debiti atq; a deo iustitię oriatur à p̄missione. si ego tibi cras ad me vērū talētū auri mea spōte promiserō, nūq̄ auferes aurū, etiā si mihi fidem habueris, nisi cōstituto inter promittēdū tēpore aduenias, nec sola tibi fides, habēdi aurū ius cōferet, sed tēpestiuus etiā aduētus, cuius interposita conditione fuerat à me facta p̄missio. Nequit igitur homo, promissam mercedē assequi, nisi promittēdi causa & promissionis conditio intercedat. Promissionis diuinę causas cōrinct si des, cōditiones præstat charitas. Promisit enim deus coronā vitæ diligētibus se. Et Paulus patiētia nobis opus esse dicit, vt volūtātē dei facientes reportemus promissionē. Nempe quod vt alibi pronūtiat pietas promissiones habeat, vitę quę nunc est & futurę. Pietatē verò, tametsi res per se sit aperta, charitatē & eius opera eodē loco interpretatur Ambrosius. Demū quærenti, qua nā ratione æternā vitā assequi posset, Christus ipse respōdit: Si vis ad vitā ingredi, serua mādara. Hoc est enim in summa pietatē colere. His alijsq; innumerabilibus penè locis, quę passim scriptura ipsa vltro legentibus offert, quibusq; semper est opus adiūctū promissioni, ecclesia admonita sic orat: Vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis: Hanc præcationē apud Norimbergā doctrinæ vestrę vrbē (ne interim à vobis possit contēni)

Quomodo Philippus declarat iustificare fidem.

Iac. 1.
Heb. 10.

Communis ecclesie præcatio.

K memi-

memini me, dū sacris solēnibus interessē, die dominico audi-
uisse, cū igitur dilectio mādatōrū dei, quę summa legis obser-
uatio est, vobis etiā solēni p̄catione p̄dicātibz p̄missionē
dei assequatur, cōstat, eisdē p̄missionibus inniti bonorū ope-
rū merita, quibus & fidei merita innitūtur, adeoq; hominē fi-
de & charitate, saltē quę bonorū operū radix est, iustificari:
hoc est, dignū fieri mercede, quę sola misericordia nullis p̄æ-
cedētibus meritis fuerat illi promissa. Citātur tamē Ambro-
sij verba quędā, quibus dicit, cōstitutū esse adeo vt qui credit
in Christū saluus sit sine opere, sola fide gratis accipiēs remif-
sionē peccatorum. Quid ni dicat Ambrosius, quod in Paulo
eisdē pene verbis, quibus ipse vsus est, legerat, tametsi exclu-
sione Paulus nunq̄ fuerit vsus: Ceterū quomodo aut qua de
lege quibū sue operibus intelligēdus sit, declarāt hoc eius ver-
ba quę ex cōmentarijs epistolę ad Rom. paulō antē citauim-
us. Quāq; est etiam aliās verissimū, cōstitutū esse à Deo,
vt qui credit in Christū, saluus sit sine opere, quia nullū opus
nostrum dei constitutionē & salutis p̄missionē meritū est
aut p̄cessit, sed gratis nos deus elegit, vocauit ad fidem, iu-
stificauit per fidem, hoc est nullo alio nostro merito p̄cedē-
te iustificationē (quod Ambrosius exclusionē significauit) nō
tamen q̄ iustitia nostra siue iustificatio sola sit fides, sed etiā
charitas vt multis demonstratum est argumentis, quā iusti-
tiā nemo potuit mereri, sed gratis illa donamur propter Chri-
stum, in quo (vt Paulus ait) elegit nos pater ante mundi con-
stitutionē, atq; adeo antea q̄ huiusmodi delectationem merere
mur, vt essemus sancti & immaculati in cōspectu eius in cha-
ritate. Et infrā. Gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo ha-
bemus redemptionem per sanguinē eius, remissionem pec-
catorum secundū diuitias gratię eius. Semper apostolus ope-
ra fidei adiungit: nam etsi electi sumus sine operibus nostris,
ad hoc tamen elegit, vt operemur: & si p̄misit sine operibus
nostris, non tamen promittit nisi operantibus, modo possint
actu, alioquin habitus ipse virtutum fides, p̄sertim & chari-
tas suffi-

tas sufficit sacramento renatis. Elegit nos (inquit) vt essemus
sancti & immaculati in cōspectu eius in charitate: q̄ id ipsum
etiam si p̄stiterimus, nihilo secius gratuito seruamur, quia
nullus vnq̄ p̄missam tibi salutem promeruerat, sed omni-
bus Christus: in quo habemus redemptionem per sanguinē
eius in remissionem peccatorum secundum diuitias gratię
eius. Gratia deputaretur salus, si tantum esset promissa gra-
tuito, nunc autem diuitias gratię nobis proponit apostolus,
quoniā abundauit gratia, non modo in gratuita p̄missione
verū & in sanguinis Christi interuēione qua misericors pro-
missio iustificatur: idq; misericorditer etiam, quādo nec pro-
missionē nec sanguinis, qua iustificaremur, interpositionem
vllus fuerit vnq̄ promeritus, sua etenim sponte, liberaliter &
gratuito pater filium proposuit propiciatorē per fidē in san-
guine ipsius ad ostensionem iustitię suę. Quem si nō propo-
suisset, misericordiā suā promittēdo sanē exhibuisset, nūc autē
misericordiā p̄missionis & veritas exhibitionis obiauerūt
sibi, fidei nimirū amplexu: charitatis autē est, q̄ iustitia & pax
osculatę sunt, sed hęc oia in Christo, quę cū peccatū nō nos-
cet, pro nobis pater fecit peccatū, vt nos efficeremur iustitia
dei in ipso. Haud itaq; proposito nostro de fide & operibus
magis obstāt Ambrosij verba, q̄ multa quę prophetę & apo-
stoli differūt de gratuita p̄ Christū iustificatione. Huic enim
(vt Petrus ait) oēs prophetę testimoniū perhibent, remissio
nē peccatorū accipere per nomen eius oēs, qui credūt in eū,
quod id ipsum quomodo intelligēdum sit, quāq; ab operū ex-
clusionē, p̄ qua laborat Philippus, sit alienū res ipsa, opportu-
nitas, & occasio, qua plarū est ab apostolo Petro, dubitare nō
permittit. Est enim hęc sentētia de Cornelij cēturionis cōuer-
sione p̄fecta: Ecce (inquit Cornelius) vir stetit ante me in ve-
ste cādida, & ait: Cornelii exaudita est oratio tua, & elemosinę
tuę cōmemoratę sunt in cōspectu dei &c. Quibus Petrus ad-
iecit: In veritate cōperi, q̄ nō est p̄sonarū acceptor deus, sed
in omni gēte q̄ timet eū & operatur iustitiā acceptus est illi.

Timere fidei est, tamen nōdū absolute significatio. Nō ergo solis timētibus, vt nō solis credētibus deus prædicatur acceptus, sed timētibus & operātibus iustitiā, hoc est, ea præstantibus, quæ præstabat Cornelius, de quo ista dicūtur: Acceptus (inquit) est illis. Et addit promissiones huius acceptionis & iustificationis. Quia verbū, inquit, misit deus filijs Israel, annuncians pacē per Iesum Christū. Hic est oīm dominus: Verbū igitur quod misū est filijs Israel, hoc est, gratuita promissio diuinę propiciationis per Christū, ad oēs spectat, cū omniū ipse sit dominus: Ad oēs, inquā, qui timēt deū, & operātur iustitiā, qua per fidē & opera iustificātur, dei nimirū promissio ne à nobis fide suscepta, & operibus quasi in nostrā facultatē ascita. Mihi religio videretur, apostolo Petro, semetipsum rebus ipsis & exēplis explicāti, quicq̄ lōgioris expositionis adijcere, idcirco ad alia festinemus. Citantur & in vigesimo cap. cōfessionis vestrę verba Christi: Ego sum via veritas & vita ex quibus, adiecto etiā q̄ Christus est mediator & propiciator, colligitis eū qui se cōfidit, operibus mereri gratiā, aspernari Christi meritū & gratiā, & quærere sine Christo humanis viribus viā ad deū: Nos vero quantū humanis viribus, quantū nostris operibus tribuamus, & quā sine Christo nos seruātū iri credamus, nemini erit obscurū, modò quæ hæcenus diximus, vel oscitāter legat. Iniquū est tamē, vno dumtaxat nos vrgeri testimonio, cū de eadē re plura extent, quæ si mul collata sese vicissim exponūt, & causę totius difficultatē excludūt. Quāobrē isti, quod pro fide à vobis adductū est, addamus & illud quod isdē Christus dicit. Arcta est viā que ducit ad vitā. Tropus namq̄; viā ita cōuenit Christo, à quo vti rectissimo tramite nūq̄ est discedēdū, vt, nihilominus cōpetat legi mādatorū eius, cui debemus eò vigilātius quò arctior est & difficilior, insistere. Nō declinabitis neq̄; ad dexteram neq̄; ad sinistrā, sed per viā quā præcepit dominus deus vester ambulabitis, vt viuatis. Citatur & illud Pauli ad Eph. Gratia estis saluati p̄ fidē, & hoc nō ex vobis, dei enim donū est, non

Ioan. 14.
Germanica cōfessionis testimonium & collectio.

Matt. 7.

Deut. 5.

Eph. 2.

est nō ex operibus: Et quod ad Rom. dicitur: Iustificati ergo Rom. 4. ex fide pacē habeamus ad deū. Quæ tamē nihil pugnāt cōtra nos, qui gratiā cōfitemur, sine qua scimus nihil boni fieri à nobis, cōfitemur etiā, vt modo exposuimus, nō propter nostra bona opera sed gratis promissam nobis esse salutem propter Christū cuius donū est nō solū promissio, verū & fides qua credimus, gratia qua p̄missione bonis operibus satisfacimus & opera quibus fide intercedēte iustificamur. Nō enim ignavis, vt superius dictū est, & ociosis, sed operātibus animo saltē si corporis viribus aut facultatibus nequeāt, promissū est Christi regnū: Vnusquisq̄; igitur nostrū Christo hæc oia refert accepta, adeoq̄; cū Paulo dicit: Gratia dei sum id q̄ sum, vtinā & cū eodē possimus dicere: & gratia eius in me vacua non fuit, sed gratia eius in me manet: Alioqui etiā si habuerimus fidē, quæ mōtes trāsferat, nihil nobis proderit. Plus itaq̄; multò nos Christo tribuimus, q̄ vestri doctores. Illi Christo æternā felicitatē ferūt acceptā, quā fide se cōsequuturos existimāt, etiā sine operibus, quod quāta sit præsumptio, quāta temeritas viderint alij, nos verò, q̄ vocati sumus: q̄ electos nos esse cōfidimus, q̄ horū pignus promissiones eius habemus, q̄ eius solius gratia datū sit nobis vt crederemus promittēti, q̄ per hanc fidē gradus est nobis factus ad charitatis perfectionē, q̄ charitatē cōsequuti sumus, qua essemus sancti & immaculati in cōspectu eius, nō propria mundicia quā nec infans vnus diei habet, sed charitatis quā ipse nobis contulit beneficio, deniq̄; quòd fide & charitate iustificati sumus gratis p̄ gratiā ipsius, sine quo nihil horū præstare possemus, nec præstitū quicq̄ ad beatē viuendū prodesset. Omnia hæc (inquam) Christi dona esse fatemur nō ex nobis: quis enim prior dedit illi vt retribuere ei? Acceptis tamē hisce muneribus, cooperatores eius efficimur, iuxta Pauli doctrinā, qui & præcipit nobis, cū metu & tremore nostrā salutē operari, cū tamē mox adiiciat: Deus est enim qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona volūtate. Huic nimirū magistro,

Rom. 2.

Philip. 2.

qui fidē operibus cōnectere, qui vniuersa cōtēperare nouit, quā ita oīa in dei gloriā vult cedere, vt nostris tamē operib' eterne vite cōsequutionē quadatenus tribuat, securius credimus, q̄ Lutheri aut Philippi doctrine, qui oīa nescio cui fidei quā hactenus explicare nō potuerūt, tribuentes, sine nostris operibus æternā felicitatē ignauis pmittūt & desidiōsis: Etenim quātūlibet vos illis in vestra cōfessione patrociniemini, & dicatis falso accusari, q̄ bona opera phibeāt, quātūuis eorū adhortationes ad bene operandū literis & verbis extollaris, meritō tamē audiēt, quod de Epicuro pdidit Possidonius: Re quidē tollere deos, oratione tātū relinquere, idq; inuidiē detestādē gratia. Nā quēadmodū Epicuro, numina describere ociosa, ignaua, nihil curātia, nihil agētia, nihil puidētia, destruxisse potius fuit, q̄ adstruxisse: ita vestris doctoribus, bona opa inutilia facere, nihil gratiæ, nihil acceptionis, nihil meriti apud deū illis tribuere, requidē prorsus cōtēnere est, licet ea, inuidiē tātū detestādē gratia, verbis & oratione cōmēdēt. Cuius p̄ Deū manus nō cōtinuō labascūt, cuius vis nō emoritur, cuius nō languescit animus, vt audierit nullā Deo esse curā humanorū operū, quicquid siue boni operis sit siue mali, homines perpetrauerint: eque cōtēnere, modō p̄tinaciter credāt, se fore seruādos, quādo nō potest fallere, qui pollicit' est ita credētibus Christus Iesus. Apage, inquires, imō curat maximē deus, quid hoīes faciāt. Hoc facile est dictū, sed quā rogo curā existimabimus esse deo de nostris operib', quādo nullis ea dignatus est afficere p̄mijs, nulla mercede p̄sequi: qd̄ supest, hac p̄suasione recepta, nisi vt illud ex Epicuri gymnasijs deprōptū versetur i ore cūctorū: Nemo memoriā habebit operū nostrorū: Coronem' nos rosas anteq̄ marcescāt, nullū pratū sit, quod nō p̄trāseat luxuria nostra: vbiq; relinquam' signa letitię, quoniā hęc est pars nostra, & hęc est sors nostra &c. Dicetis fortasse, Philippū assuerare, fidei deberi æterna p̄mia, operibus tēporalia. P̄clarā verō distributiōnē, si in hoc mūdo tātū in Christo sperātes sum' (ait Paulus qui se

qui se nō plus oibus credidisse, sed plus oibus laborasse p̄dicat) miserabiliores sumus oibus hoibus. Quid obsecro deus in hoc mūdo potest dare ijs, quibus oīa cōtēnere, abdicare, despiciere, psuadet? Christus de æterna felicitate cōsult'. Si vis inquit, ad vitā ingredi serua mādara. Mādatorū igitur obseruationi, nō tēporale p̄miū, sed æterna retributio debetur, cuius mercedis p̄missione toties Christi & apostolorū eius doctrina nos excitat, nō ad credēdū tātū, verū & ad ea, q̄ recta sūt & honesta pagēda. Atqui doctores vestri nō vsq; adeo carnales sunt, vt p̄ mercede etiā æterna benefacere velint, ex istimant enim nihil esse virtute p̄clarioris, nihil amabilius, nec quicq; esse tā excellēs, quod mouere possit animū, quē ipsius honesti species & pulchritudo nō mouerit: Ad hęc tā perfectos se esse p̄fiterentur, ac ceteros oēs esse volūt, vt satis illis ad bene viuēdū sit, volūtātē dei nosse, absq; eo quod mercedis ostētatione ducāt. Et ipsi quidē tales se fingūt, & credi volūt. Ego vero vehemēter admiror q̄ p̄fectiores sint, p̄pheta, qui inclinauit cor suū ad faciēdas iustificationes domini in eternū Psal. 118. propter retributionē apostolis ac ceteris fidelibus, quos mercede tamē p̄posita Christ' cōtinet in officio pietatis. Nolite Luc. 1 inquit, timere pusillus grex, quia cōplacuit patri vestro, dare vobis regnū. Ad hoc p̄tinet illud: Vnicuiq; virtuti beatitudinis decus p̄ponit', p̄miū adiicitur, vt facilius ab illis, quib' in mōte solus euangelicę perfectionis culmē docebat Christus, expeterētur. Allicit enī nomē beatitudinis, cuius rē oēs hoīes naturaliter appetūt, & p̄miorū tā larga p̄missio, cuius vis animū erigit, ad capeffendū tēdiū & laborē, quē legis diuinę custodia secū aifert, vtpote q̄ carnis cōmodis & voluptatibus iniquitatū omniū ac scelerū fomētis aduersatur. Facile est ijs, qui cessationis & ignauie causā suscepērūt, vtpote rerum cū humanarū tū diuinarū ignaris hęc oīa contemnere, (quāq; Philippum in hęc paradoxa non tam ex animi sententia, q̄ necessitate defendēdi semel susceptū dogma incidisse reor) sed Christus, qui signētū suum nouit euāgelicę cultus Matt. 20. operarios

Discrimē Lutherana & euangelicę doctrine de moribus penes animi motus obseruatum.

operarios spe mercedis cōducit ad vineā. Paulus etiā aposto-
 lus p̄miorū ostentatione discipulos suos allicit ad benefaci-
 endū, dicēs: Bonū facientes nō deficiamus, tēpore enim suo
 merem⁹ nō deficiētes. Id quod momētanē est & leue tribu-
 lationis nostrę, supramodū in sublimitate eternū glorię pon-
 dus operatur in nobis, nō cōtēplātibus nobis q̄ vidētur, sed
 quę nō vidētur: Apostolus Christi. Apostolus verō: Chri-
 stus ipse subleuādos, alliciēdos, inuitādos duxit primos eccle-
 się fideles, ex quibus martyrū examina prodierūt, pollicitis,
 ne propter ingentē laborē, quē absoluta pietas incurrit capes-
 sentibus, à virtute deficerēt: & nostri tēporis euāgelistę vsq;
 adeo illorū cōstantiā superarūt, vt mercedis nomē fastidiāt
 & fide tantū sibi debitā beatitudinē existimātes. cetera p̄-
 stent gratuito? Sit ita sanē, illi quos tantum nō Christos feci-
 stis, quos æquus amauit Iuppiter, & ardens euexit ad æthera
 virtus, perfectiores sint prophetis, apostolis & martyribus:
 certē vulgus, vt à voluendo dicitur, natura incōstans est &
 infirmus, atq; adeo affectibus cæcāq; cupidine ducitur, nihil
 perniciosius doceri potest, q̄ quod sola illis sufficiat fides ad
 æternæ felicitatis consequutionē, q̄ bona opera nihili Deus
 in p̄miorū collatione pendat, q̄ diuinę legis obseruatio in-
 utilis sit, & æternitatis expers: deniq; q̄ nihil possint homi-
 nes bonis operibus mereri apud Deū, cui & si opera nostra
 placeant, illum tamen minimē placant, aut promerentur no-
 bis. Qui poterit animus, ingenitæ cupiditatis morbo & pecca-
 torū pōdere collisus, praua implicitus cōsuetudine, corpori
 demū, quod iuxta sapiētem aggrauat animā, immerfus. Po-
 stremō persuasionibus istis imbutus, ad virtutē excitari, ex-
 pediri, roborari: fide (inquies) cuius fructus est virtus & spi-
 ritu sancto qui adiuuat infirmitatem nostrā. Speciosa verba
 & dictu facillima. Atqui spiritus sancti motibus non omnes
 obtēperant, lege mēbrorū spiritui repugnāte, & hominis vo-
 luntatē in transuersum agente, alioquin nemo semel iustifica-
 tus peccaret mortaliter. Et oēs fidē se habere credūt, & tamē
 non

non omnes studiose viuunt. Quinimō quod ait Flaccus:
 Quemuis è media erue turba

Aut ob auaritiā aut misera ambitione laborat.

Hic nuptarū insanit amoribus, hic puellarum.

Hunc capit argenti splendor, stupet alius are.

Hic mutat merces surgente à sole, ad eum quo

Vespertina tepet regio, quin per mala p̄ceptis

Fertur vti puluis collectus turbine. &c.

Quis hæc vicia in ethnicis olim taxata in Christianis aliquot
 hodie nō deprehēdit? Vbi nō scinditur incertū studiā in con-
 traria vulgus? Vbi nō furit, ac sequit animis ignobile vulgus?
 Vbi nō scortatur, ludit, potat, & per singula flagiciorū genera
 dissoluitur vulgus ignauū? Fortassis in Germania: Oēs tamē
 etiā si media in fece vulgi sordescāt, fidem habere se iactāt:
 quid nūcū se Christianos existimēt: nihilq; nouerint de stoi-
 ca fide Lutheri, à quo tatū didicerūt, pertinaciter credere se
 felicitatē æternā assequuturos, etiā si omniū scelerū libidine
 subinde sordescāt, & si veluti canes ad vomitū idētidē reuer-
 tantur, modò nunq̄ illis desit ista fides, qua se credāt incūctā
 ter hæc omnia adipisci per Christū, cuius tāta fuit erga genus
 humanū clementia, vt postq̄ semel opus cōsummauit quod
 dedit illi pater, quo nobis meritis est beatitudinē, tā merēdi
 cura, q̄ bonorū operū labore leuauerit in se credituros. Hęc
 est philosophia Lutheri, quā vt verbis ac litteris negare co-
 netur, rerū tamē, quas nūc inuoluit, nūc euoluit, summa ex-
 torquebit ab inito: nec potest dissimulare doctrinā, quam in
 Germanorū suorū cū verbis tū moribus cogetur agnoscere
 quę & nobis etiā cōniūtibus passim protruditur experimē-
 to, & ipse nō semel quęstus est, corruptiores se demū exper-
 tū esse Germanorū mores, posteaq̄ ei credere cœperūt, q̄ fue-
 rant sub Rom. pōtificis regno, quod vocat: Est tamē vna ea
 demq; maxima vtilitas, quę ab hac noua doctrina aut certē
 verborū nouitate exoritur. Quānā? inquies. Quod quanq̄
 hæc doctrina cōtēnitur ab imperitis, tamē experiūtur piē ac



Incommoda Lu-
 therane doctri-
 ne.

utilitas Dabere
ne doctrina atq;
Philippica.



Biblioteca

pauide cōsciētię plurimū eā cōsolationis afferre. Agnoscitis credo viri Germani cōfessionis vestrę verba, quibus addit Philippus in apologia. Proinde nō patiātur se bonę mentes depelli ab hac sentētia quod tātū fide accipiamus remissionē propter Christū. In hac habēt certā & firmā cōsolationē aduersus peccati terrores, & aduersus aternā mortē, & aduersus oēs portas inferorū. Miror q̄ nō addidit, aduersus virtutū etiā labores, aduersus tēdiū reipiscēdi, aduersus penitētię dolores: Quid enim opus est omnibus istis, vbi sola fide peccatorū remissionē & iustificationē fueris assequutus? Quid autē ni afferat doctrina ista cōsolationē p̄is consciētijs, quę etiā impijs blanditur & indulget? nam quis nō sibi in medijs quoq; facinoribus applaudat, cū memnerit, nihil se felicitatis amisisse in bonorū operū amissione, nihil admisisse dispēdi in malorū designatione, quādo in prōptu est illi fides, quā contētissime credens se fore seruādū, felicitatē à Deo etiā extorquere possit. Adde q̄ nō solū docētur bona opera ad beatitudinis cōsequutionē nihil p̄desse, vt cōrēptui sint scelestis & ignavis, verū & nulla esse in hominibus quantūlibet iustis bona opera, ausus est asseuerare Lutherus, eius est enim illa sentētia: In omni opere bono iustus peccat, cui additur & alia Nullū esse (videlicet) peccatū veniale, sed omnia mortalia, nisi Deus delectū quēdā faceret in cōdonādo: Quid igitur superest, hac persuasione recepta, nisi vt oēs, abiecta omni specuiusq; boni operis faciēdi, sese voluptatibus dedant, sceleribus immergant, & inter hęc turpissimus quisq; ganeo aut scarius æqualē se meritis Petro existimet & Paulo: quos putat nullū habuisse meritū, nec habere quidē potuisse, quādo oīa illorū facta, dicta, cogitata peccata erāt, nō leuia sed capitalia? Et interim, si diuis placet, grādi supercilio & intolerabili arrogancia occinitur nobis. Lutherū & eius dogmatis prædicatores, quorū hęc sunt præcipuē de moribus hominū assertiones, doctrinā euāgelicā labātē, imò & iādudū atates collapsam, erexisse, quodq; vtiliter docuerunt de omnibus vitę generibus

neribus & officijs, quę genera vitę, quę opera in qualibet vocatione deo placeat, quomodo verò placere possūt, qui nūq̄ nō peccāt? quasi nesciamus quibus libris & cōcionibus hęc docere se prædicāt, in eisdē docuisse nullū hominis opus esse deo gratū, oēs factos fuisse impios, blasphemos, idololatrias, etiā maxima cū pollere sanctitate videbātur, & id genus alia quibus nihil pestilētius tradi, nihil cōsternādis piorū animis impiorū vero extollēdis & indurādis accōmodatius doceri potuit: Ite nūc, & bonorū operū doctrinā ad nauseā vsq; iactate, prædicare: vestrorū cōciones, sermones extollite: quādiu ita docuerint, quēadmodū hactenus docuerunt, semper à me audiēt. Re quidē vniuersa bona opera prorsus extigueret, etiā si oratione, idq; ad vitādā dūtaxat inuidiā, probare videātur. Verūtamen nō omninò est inutilis ista doctrina, obsecurat enim & extenuat humanā gloriā, quā nihil est homini perniciosius, diuinā extollit quā nihil salubrius. Porro autē: quasi nō satis cōsternatur omnis gloria, quę homini possit obrepere dū docetur nihil humanas vires sine Deo valere, nec esse quidē, etiā cū maximè ad virtutē fuerit homo connixus: aut quasi post hęc persuasionem quicq; homini super sit: de quo possit gloriā aucupari: Gloria verò diuina quid est in quo magis eniteat, q̄ in homine vsq; adeò prouehēdo, vt natura cōditus tā fragili & imbecilla, gratuitis muneribus fiat quodāmodo omnipotēs: Omnia possum (ait Paulus) in eo qui me cōfortat. Quinimò vnus Lutherus Christi glorię omnino detrahare mihi videtur, quē negat etiam in electis quicq; operis, quod nō sit peccatū, efficere posse, aut si potest velle. Ex his enim alterū sine cōtrouersia colligitur ex illa sentētia, q̄ in omni opere bono iustus peccat, Hęc incōmoda, & si dissimulari nequeāt, eò ferēda fortassis ducet Philippus, q̄ ex illis vnū idēq; maximū cōmodū videmur cōsequuti: Nā catholici admoniti (vt in cōfessione vestra dicitis) nō perinde prædicāt inutilia opera vt olim: Præterea incipiunt fidei mentionē facere, de qua olim mirū erat silentiū, &c. Nequeo

Altera utilitas.

Philip. 4.

Tertia utilitas.

Hispanus & Germaniã hætenus nunq̄ ingressus scire, quid Germani cõcionatores, ante Lutheri dogmata exorta docuerint, Certè apud Hispanos, Gallos, & Italos nunq̄ fides & gratia diuisa est ab operib' bonis, quãdo quidẽ sine vtraq; bona nõ essent, nõ tamẽ dubito, quin multa sint admixta cõcionibus sacris à fidei simplicitate & euãgelicis morib' aliena: hæc tamẽ nõ à cõcionatoribus, sed à negociatoribus, qui nunq̄ in ecclesia defuerunt, ambulãtes, vt Paulus inquit, in astutia humana sapiẽtiẽ, & verbũ Dei adulterãtes, hoc est, Christi doctrina ad ppria cõmoda abutẽtes, & nõ Christo, sed sibi filios ex ea gignentes, à quibus etiam peculiatiter coli gloriantur, dicentibus: Ego quidem sum Pauli. Ego autem Apollo. Ego verò Cephã: Nec defunt etiam quidam aliĩ, qui ex cõtentione Christum annunciant, non sincere, existimantes (vt Paulus ait) pressuram se suscitare vinculis bonorum. Eorum scilicet qui (cum omnia diligẽtib' deum cedãt in bonum) alienis erroribus admoniti medium tenere nituntur: Hoc est, ita veritatis euangelicã viam insistere, vt nec ad dexteram superstitionis, nec ad leuã impietatis deflectãt. Quamobrem libenter admittimus, & æquanimiter ferimus, quod in cõfessione dicitur, cõpisse nos post Lutheri doctrinã docere fidẽ, & ab anilib' fabulis destitisse. Verũ vt à nobis hoc factũ est, absq; totius ecclesiã offensione, quis dubitet, eadẽ ratione à vobis sine totius orbis christiani scãdalo & cõmotione fieri potuisse? Quãq̄ ego antea multo q̄ scirem quid Lutherus prædicabat, aut quicq; eius præter nomẽ & hæresis notã audirem, quẽcunq; de fide & operibus, de naturẽ imbecillitate & operũ diffidentia nũc scribo. Docuerã multis annis in Hispania, idq; cirra ecclesiã scandalũ aut offensionẽ, quã doctrinã suã agnoscebat, probabat, & fidelium mentibus vti membris amplectebatur, id ipsum tamẽ (quod dicẽdũ hic fiet) nõ absq; insectatione improba quorundam, qui sua interessẽ putabãt multa quẽ à me dicebãtur præteriri, quẽdã secus exponi, sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos.

PHI.

PHILIPPICA SEPTIMA.

Quẽ ijs argumentationibus respondet quas ad confessionem in apologia adiecit Philippus.



Actenus exposuimus scripturarũ loca, quẽ in cõfessione vestra, Germani citãtur, & ita exposuimus, vt ceteris omnibus quã possent afferri satis (mea quidẽ sentẽtia) feciste videamur, nulla enim alia producũtur in apologia, quã sint efficaciora, sed eadẽ inculcãtur atq; idẽdẽ occinitur nobis fides: promissio, verbũ dei, quibus sane rebus nos oia debere fatemur. Sed vt promissio & verbũ Dei nõ apprehẽditur sine fide, ita nec sine labore, cui promissa est requies, nec sine bonis operibus, quibus pmissa est merces, aut certe sine charitate, cui vitã corona pmittitur. Quin imò vt cõtẽdit Philippus fidei vim oriri à promissionibus, & verbo dei, ita verbidei virtus à nostris quodãmodo p̄det operibus: Nostris enim meritis (vt Ambrosius inquit ad Romanũ) verbũ dei nobis aut viuit aut moriẽ. Nã si bona studia atq; opera nostra sint, viuit, atq; operãt in nobis dei verbũ, si tenebrose cogitationes operationesq; nostre sint, occidit nobis sol iustitiẽ: Hęc Ambrosius: Promissionis igitur verbũ si de sane cõcipitur, nõ tamẽ sola fide, sed charitate viuit, p quã fides ipsa, iners alioquin & ppemodũ inutilis, ea quẽ pmissa sunt operatur. Vt hæc veritatẽ, quã tota scriptura sacra à capite ad calcem vsq; prædicat, obscuret Philippus, multis vititur verborũ inuolucris, & solius fidei partes amplexus, depingit nobis modũ, quò sit sufficiens ad iustificãdũ, & spiritũ sanctũ promerẽdũ, qui modus & si illi & prius omnibus (vt dicit) plenus sit & perspicuus, mihi certè hætenus nõ plene intelligitur. Insultat præterea nobis, q̄ non, vt ille, spiritus sancti motus in numerato habeamus: Dicit, nunq̄ posse nos dicere quomodo spiritus sanctus detur, & quasi ab improbantibus modo dũ quẽ ipse descriperat, alterũ quarit apertiorẽ. Cui nos, si

Iac. 1.

Ambrosius

L. iij quẽ

que superius de iustificatione & gratia dicta sunt non sufficiunt brevius respondemus: Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis unde veniat aut quod vadat, sic est omnis qui natus est de spiritu. Est enim sibilus aure tenuis, qui operi scribitur pre nimio procedentis vite pudore vultu advenit, si tamen illa resipiscendo posuerint. Hoc est enim evidētissimū signū aduentus eius: Porro cum adest, non tantum fidem, sed & charitatem efficit ut utraq; iustificet. Caritas enim dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Iam caritas opus legis est, ut superius diximus, imo & legis scopus, quare non sola fide sed etiam charitatis lege spiritus sanctus iustificat. Post dies illos dicit dominus dabo leges meas in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eas, & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. Hęc vera iustificatio novi testamenti est, quam Paulus ad hebreos eodem testimonio versus distinguit a veteri, cuius dicit iustificationes fuisse culture, & sanctum seculare, nempe tabernaculum, candelabra mensa propositionis, &c.: Philippus (ut verborum eius serie in disputatione seruemus) quod verbis saltim aliquid addat in apologia, cum rerum nihil pretermiserit confessio, ait peccatorum remissionem & iustificationem idem esse, probat testimonio prophetarum: Beati quorum remissa sunt iniquitates, &c. Quarta vim habeat probatio, iudicet alii: Nobis in re minimè dubia nullis opus est testimoniis. Ille sua probatione contentus irridet theologos, qui, ut dicit, disputant frigidissimè, an sit una duntaxat mutatio, an duę: interim ipse, ut est callidus sed parum sibi costans, procedenti periodo nulla ferme linea interposita dixerat, remissionem peccatorum precedere iustificationem, quod quomodo possit esse, si sunt idem viderint eius affectatores. Nos quid hac de re sentiamus superius exposuimus: Ex hac itaque, ut ita loquar, identitate tanquam sibi concessa sic argumetur: Remissio peccatorum & iustificatio sunt idem, & sola fide sine charitate & operibus bonis, quavis sint fidei fructus, consequimur peccatorum remissionem, ergo sola fide sine charitate & operibus iustificamur: Et addit, intelligendo iustificationem, ex iniusto fieri iustum. Quibus verbis declarat, nos non ita sola fide iustificari, ut sola fides iu-

Philippus sibi concessit.

Philippica argumentatio.

stificationem precesserit, aut premeruerit, sed ita ut iustificatio nostra sola sit fides, qua sola ex iniustis iusti sumus. Hoc nimium est quod totius disputationis controuersiam habet. Sunt in huius argumentationis antecedente duę partes, quas maiorem & minorem dialecticis appellat nominibus. Maior est, peccatorum remissionem & iustificationem esse idem. Minor, peccata sola fide sine charitate & quibusvis operibus bonis dimitti. Ex his legitima collectione infert conclusionem, perinde veram atque sunt hypothesis: nempe quod sola fide sine charitate & eius operibus iustificamur. Antecedentis prioris partem non probat, quia neminem dubitaturum existimat quavis ipse maximam dubitandi causam paulo ante remissionem peccatorum prioris faciens iustificationem prebuerit. Posteriori ita exponit, & probat. Expositionem prius audite, nam bona fide eius verba transcribam. In remissione, inquit, peccatorum oportet in cordibus vici terrores peccati & mortis æternę. Sicut Paulus testatur, dicens: Aculeus mortis peccatum est, poena vero peccati lex. Gratia autem deo, qui dat nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Id est, peccatum preterrefacit conscientias, id sit per legem, quod ostendit iram dei aduersus peccatum, sed vincimus per Christum. Quomodo? Fide, cum erigimus nos fiducia promissę misericordię per Christum: Habetis expositionem minoris vsque adeo lucidam & perspicuam, ut non plus ex toto libro, atque ex illa possitis intelligere. Vobis o germani non dubito quin facilis sit intellectu, utpote versatis in eius & Lutheri doctrina, quibusque note iamdudum fuere illorum phrasas atque periphrases. Mihi vero cum gymnasticus sim & sophista, aptior erat minor propositio, priusque exponeretur. Siquidem de expositione hoc tantum intelligo (si quicquam habet intellectu dignum) quod cum lex dānet, & iram operet, oportet nos aduersus illam fortiter insurgere, & concepta fiducia misericordię dei, quę saluat, quicquid lex fuerit in nobis operata prorsus abijcere, hoc est, quod difficulter quidem & allucinando (quod mea est hebetudo) potui ex verbis expositionis colligere. Quod si verum est, nulli sunt iustiores (ut ita loquar) quam adulteri, homicidę, fures, sacrilegi, qui

Totius disputationis thema.

Expositio minoris.

1. Cor. 5.

qui oēs egregiè insurgūt aduersus legē, quin & plurimi eorū fiducia misericordię dei, & promissionū abutētes (nihil enim illis tā versatur in ore) firmissimè credūt se fore seruādos: & erūt fortassis, sed si fidei adiecerint legis obseruationem, hoc est, Dei & proximi dilectionē, alioquin damones credunt & cōtremiscunt. Sed iam minoris expositione dimissa, ad p̄bationē accedamus: nam hoc opus hic labor est, in quo summa totius controuersię statuitur, Philippo asseuerante, solā fidē sufficere ad peccatorū remissionē, nobis verò charitatem vt necessariā addētibus, vel propter id, quod Christus ait: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniā dilexit multū. Hac in re, qui vicerit, causā obtinuit: Adeste igitur animis viri germani, adeste, inquā, oēs obsecro, quibus cordi est christiana philosophia, & huc oēs ingenij neruos intēdite, nā hactenus loquuti sunt principes & populi, qui Lutherano dogmati nomē dederunt, quorū nulla aut p̄uulgaris solet esse sapientia, nunc solus loquitur Philippus, & loquitur mysteria de arcanis Lutheri thesauris exprompta: nos verò nihil aduersus ea nouū, nihil recōditū, & nunc demū post tot seculorū volumina reuelatū proferemus: sed simplicē veritatē, sacris tantū literis innixā. Vtrorūq; iudices oēs viri boni, atq; adeo ecclesię mēbra sunt. Duobus medijs innititur tota philippicę argumētationis energia: alterū sumit à ratione mediatoris & propiciatoris, qui est Christus Iesus, alterū à ratione p̄piciationis: quod tamē in idē recidit, nec est aliud q̄ prioris repetitio & explicatio, qua res nō dilucidior, sed p̄lixior fiat. Idcirco nos vna responsione vtriusq; vim declinabimus, nā mediatiōnis rationē inferius reperemus. Ex priori itaq; medio, vt nō solū se theologū, verū & dialecticū ostēdat, argumētis primo colligit, deinde multis collectionē testimonijs cōfirmat. Collectionē ad hunc modū exorditur: Sic igitur probamus minorē: Ira dei nō potest placari si opponamus nostra opera, quia Christus propositus est propiciator, vt propter ipsum fiat nobis placatus pater: Christus autē non apprehēditur tanq̄ mediator

Probatio Minoris.

ADVERSVS LUTH. DOGMATA 81
 mediator, nisi fide. Igitur sola fide cōsequimur remissionem peccatorū. Hac summa collectionis est, ipsius Philippi verbis proposita, ad cuius examē dialecticos oēs & rhetores appello, vt mecū expendant huius argumētationis vim, an scilicet quicq̄ efficiat eorū, quę colligenda p̄posuerat, & an periodi finis aptè reddat, q̄ pollicita sunt principia. Dicit verborū has esse nugas, se serio & de rebus grauissimis argumētari, & ideo res potius q̄ verba esse metiendas. Ego vero qui posū res nisi verbis intelligere, aut verba nisi v̄bis refellere: nec aduersus tātū dialecticū qui p̄ gradus p̄cedit, & maiore seiungit à minori, quas dialecticis nominib⁹ appellat, scio nisi dialectice agere: per dialectice ergo certissimas regulas respōdeo in argumēto, si ad aliquē ordinē redigatur, cōmitti fallaciā cōsequentis, nā vt dispositū est à Philippo, nulla responsione videtur esse dignū. Caterū esto q̄ in forma nō peccasset, animaduertamus an defecerit in materia, hoc est, vtrum vera sint omnia, quę p̄ponuntur ad colligendū, q̄ si nō sunt poterit cōclusio esse falsa, etiā cum optime collegerit in argumēto. Ira dei nō potest, inquit, placari: si opponamus nostra opera, &c. Si nostra vocat ea, quę nos sine peculiari Christi gratia perpetramus, quę sunt propriissimē nostra, verū est pronunciatū, si vero opera nostra intelligat, illa etiā quę nos Christi gratia adiuti facimus, falsum & vanū, nā hec possunt irę dei opinioni, quādoquidē in illis, tametsi humana opera negari nō possūt, quatinus tamē bona sunt, opponitur Christus, in quo iusti manēt, & quem tādiu manentē in se habēt, q̄ diu bonorū operū retulerint fructus. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructū multum, quia sine me nihil potestis facere. Quēadmodū igitur si iudicis irę opositueris diploma tua manu cōfectū, subscriptū, tamen principis manu & eius sigillo firmatū, non tuū, sed principis opus iudici opositueris ita & viri iusti, nō modò noui, verū & veteris testamenti, quibus fide & experimētis nota erat Christi tametsi v̄turi virtus, humana opera ausi sunt opponere irę dei, vt hic: Memento

Ioan. 15.

mento domine David & omnis mansuetudinis eius. Et hic: Memēto domine (inquit Ezechias) q̄ ambulauerim corā te in veritate & corde p̄fecto, & q̄ placitū est corā te, fecerim. Et Hier. Attende domine ad me, & audi voces aduersariorū meorū, nūquid redditur pro bono malū, quia foderūt foueā animę mee, recordare q̄ steterim in cōspectu tuo, vt loquerer p̄ eis bonū, & vt auerterē indignationē tuā ab eis. Rursus **Psal. 105** David: Dixit vt disperderet eos, si non Moyses electus eius sterisset in cōfractioe in cōspectu eius, vt auerteret irā eius ne disperderet eos. Et multa id genus, quę in sacris literis extant, quę & si mysticē dicta sint de Christo, verissimē tamen ihs, de quibus dicta sunt, euenerunt per Christū, vt ex illorū apparet historijs. Deniq; David Nabuchodonosor, Niniuite, Petrus apostolus, Maria Magdalena, & alij multi, quorū pœnitētia describitur in sacris literis, lachrymas, elemosinas preces, ieiunia opponebāt irę dei. Quid aut̄ mirū si homines irato deo humana opposuerint opera, cū ipse deus Sodome & ceteris ciuitatibus iratus, pollicitus sit fore, vt vel propter decē iustos ciuitatē nō euerteret, quin & seruata est Segor ciuitas, ad quā Loth iustus cōfugerat, idq; propter Abraam. Cum enim subuerteret dominus (ait scriptura) ciuitates regionis illius, recordatus est Abraam, & liberauit Loth de subuersione vrbiū in quibus habitauerat. Vanum est igitur q̄ prior pars antecedētis, p̄posuerat, nō posse scilicet nos humana opera opponere irę dei, opposuerūt enim multi cū sua tū aliena. Est etiā fallum, quod in minore dicitur, nēpe q̄ Christus nō apprehenditur tanq̄ mediator, nisi per fidē, mediatorē enim fides & desiderii apprehendunt, quod id ipsum etiā exemplo monstremus. Si qua in rebus humanis cōtrouersa transigenda est mediatore, oportet vt dissidentii vterq; velit cōtrouersā finire, nec velit modō verū statuatur intra se nihil reicere eorum quę mediator & interpretis iudicauerit alterutri necessaria ad litem dirimendam. Hęc omnia voluntatis opera sunt, quibus accedat necesse est fides, qua vterque

fidat

fidat illi quē sibi delegerint mediatorem, & credant tam bonum esse iudicem, tam æquum & iustum, vt neutrum sit grauaturs. Hęc notissima sunt experimento, ex quibus cōstat q̄ mediatorem non sola fides apprehendit, sed fides & amor finiendi litem, & propositum vnā exequendi, quicquid mediator iudicauerit necessariū. Quod cum ita sit, facillē colligitur, iustificationem mediatoris fide, & eorum qui iustificandi sunt operibus obtineri, & non sola fide, quod Philippus conatus est adstruxisse. Dicit tamen ea quę nos fidei addidimus necessaria esse vbi mediator non est per se sufficiens ad leniendū alterū illorum, quos reconciliat, nec ad placandum, vt ignoscat alteri, à quo est offensus. Christus autem mediator Dei & hominum à patre nobis propositus, nō ab hominibus electus, potens est, in eo in quo passus est ipse & tentatus, & eis qui tentantur auxiliari: idq; vt ait Paulus, vt repropiciaret delicta populi. Idcirco non est opus ad huiusmodi reconciliationem operibus nostris aut electione. Verum ais. Non fuit opus nostris operibus, vt ipse pro nobis intercederet, aut mediator fieret & pontifex, quemadmodum opus est inter homines, vt quem mediatorem aut arbitrum opponere in causa volueris, bonis antea operibus prauentias, & illum promerearis officijs: nec est etiam opus vt illum prece aut precio ad intercedendum inuites, quod fieri solet inter homines, nihil horum opus fuit nobis, vt Christus pro nobis non solum mediator, verū & propiciator intercederet: quis enim prior dedit illi vt retribuatur ei? quis sibi talem potuit promeruisse mediatorem? quis illum vel prece vel affectu saltem interpellasset ad intercedendum pro nobis: nisi Deus illum vltro proposuisset, vt ait Paulus, propiciatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitię suę. **Tom. 5.** tum hoc, iuxta eundem Paulum, donum Dei est, nō ex operibus, vt ne quis gloriatur: ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quę praparauit Deus, ut in

M ij

vt in



ut in illis ambulemus. Pulchrè apostolus iustificationē nostram creationem appellauit: quia sicut nemo mereri potuit ut crearetur, nemo præuenire valuit officio creatorē, ita nemo potuit mereri ut iustificaretur, hoc est nemo propiciatorē officio præuenire: sed ipse sua sponte propter nimiam charitatē, qua dilexit nos, dignatus est causam nostrā agere apud patrem (cuius etiā voluntate fiebat) iuxta iusiurādum quod iurauit ad Abrahā patrem nostrū daturum se nobis. Nec semel dūtaxat Christus hoc fecit, absit enim, ut hoc tantum crimen, quod Philippus aduersus nos comminiscitur, agnoscamus. Semel quidē pro peccatis nostris mortuus est: at quotidie interpellat pro nobis. Est enim propiciatio pro peccatis nostris: non pro nostris aut tantum, sed etiā pro totius mundi. Veruntamen cū eius reconciliatio conuersio & iustificatio nostra sit, ut Philippus non negabit, non reconciliat nisi conuertamur, tametsi gratiā sit eius quod conuertimur: non recōciliat nisi volentes, quāuis ipse dederit ut uelimus. Iam cōuerti non tantū credere est, quoniā auersio nō tantum est incredulitas, sed (quod vos optime cōfessi estis) peccatum quo uolūtas malorū non adiuuante deo auertit se ab eo. Ad eundē modum iustificatio nō est tantū fides, sicut nec iustitia tantū est infidelitas, sed omnis iniquitas, quod & ipsa ratio nominis præ se fert. Intercedit ergo mediator noster pro ijs quorū nulla opera præcesserunt, ut recōciliarentur, quiq; non priores dilexerant, ut redamarentur: sed eius intercessio facit, ut amemus: & hac maxime ratione reconciliatio dicitur, cōciliatio enim mutuum voluntatum solet esse cōplexus. Hæc nostra conuersio est: hæc nostra iustificatio, hoc est, ex iniustis fieri iustos, ex inimicis amicos. An audebit Philippus iustificationē seiūgere ab amicitia: aut erit qui neger, nihil aliud nobis esse iustificari, q̄ ex inimicis amicos fieri? Porro amicitia non fidei tantū, sed præcipue charitatis est, a qua sola nominis uarietate discernitur: quāobrē ut iustificatio sine amicitia ita sine charitate fieri nequit: charita-

Ephe. 2.



Luc. 1.

1. Ioan. 2.

Conuersio.
Auersio.Conciliatio.
Reconciliatio.

tem vero affectus continet, opera præstant. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Et iterum. Si præcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea. Quod si Philippus uelit, ut ea quæ libera oratione digesta sunt, nos quoq; dialectice colligamus, & argumētationis nostræ (quod ipse fecit) maiorē distinguamus a minore, facile (ut ille p̄ idē titatem remissionis peccatorū & iustificationis conatus est iustificationē soli fidei nequicq; tribuere) nos ab eo quod iustificatio & recōciliatio sunt idē, iustificationē sine charitate fieri non posse demonstrabimus. Sit autē hæc argumentorum dispositio. Iustificatio & reconciliatio sunt idē: & reconciliatio nō potest fieri sine dilectiōe: ergo nec iustificatio. Maior nota est: minorē probo à diffinitione ad diffinitū. Est enim reconciliatio mutue dilectionis restitutio, ut conciliari cuiq; est illū mutuo diligere. Nūc rursus colligo. Iustificatio non potest esse sine dilectione: & dilectio & charitas sunt idē: non ergo potest esse sine charitate. Maior est præcedēti argumentatione probata: minor simplici uocum significatione nota. Iam ut manifestius appareat, nos oppositū Philippicę assertionis demonstrasse: tertia nobis est reperēda collectio. Iustificatio non potest fieri sine charitate: ergo non fit sola fide. quod Philippus demonstrandū proposuerat: Hæc pueriliter Philippi dialecticè data sunt. Nūc ad ea quæ grauiori stilo ex sacris literis deduxim⁹ hoc addamus, quod etsi potuit Christus pro ijs qui iniusti fuerāt intercedere, atq; adeo hac illorum ratione beneficio præuenisse, non tamē potest iniustos, quantum diu sunt iniusti, iustificare: sed oportet ut ille conferat iustitiā, ipsi uero aut operibus aut saltē affectu præuenientis munera cōmitētur, & ita largiēte Christo ipsis uerò (de adultis loquor) cooperatibus, ex iniustis iusti fiant, alioqui cur non iustificet dormiētes. Si nihil agētes iustificare cōsueuit? Iam iustitia, ne rursus contendat Philippus esse solā fidem. Superius diximus quid significet, & habemus eius confessionē in apologia, quod continet utramq; legis tabulā. Quod si iusti-

Ioan. 15.

Catholica collectio.

tia vtramq; continet, aut quod proprius dixerim vtraq; con-
 tineretur, & non iustificamur nisi iustitia: qui poterit, nisi à se
 ipso dissentiat, iustificationē ab vtraq; tabulas separare? quod
 tamen tandiu facit, quandiu illā soli fidei conatur tribuere:
 Dixerit tamen aliquis: nihil horum, tametsi videntur verif-
 sima, potest cōstare cum ijs, quæ passim ecclesia docet, & ex-
 ercet: Nam pueri citra infantiam iustificantur non charita-
 te, non Dei & proximi dilectione, nullis denique meritis aut
 operibus, nisi sola baptismi susceptione, cui nō videtur, quid
 cooperari possit puellus recens natus, nisi frigida (quod car-
 nis est) reluctari. Latro etiā in cruce sola videtur fide iustifi-
 catus, nullis (quod cōstet) decalogi operibus exhibitis: Huius
 obiectionis prius exemplū non magis aduersus nos, q̄ aduer-
 sus Philippū produci videtur: vt enim puer opera, ita nec fi-
 dem habere potest, qua iustificetur in sacramēto: cui tamen
 sacramēto suscepto, nec Philippus nec Lutherus iustificatio-
 nem negāt, nec quisq; alius christianorum, præter minutulos
 quosdā hereticos diuinæ virtutis ignaros, qui fastidio nemi-
 nis Lutherani hoc cæteris erroribus addiderūt, quo se noui
 dogmatis insolentia pauci à multis à literatis idiote sciunge-
 rent: Nō igitur habet hic Philippus fidē, magis q̄ nos chari-
 tatē, cuius interuētū dicat, puerū in baptismi susceptione iu-
 stificari: Quod si ad cōmunem ecclesię fidē recurrat, eodē ite-
 re & nos ad ecclesię cōmunem charitatē & cæteras virtutes
 recurremus, quibus puerum ecclesia amplectitur, & Christo
 regenerandū sacramēti beneficio offert: in qua regeneratiōe
 nō cōmunis fides & charitas tantū intercedit, verū & pprijs
 harūce & aliarum virtutū muneribus infans donatur, ita vt
 nullo modo sine fide & charitate, habitu saltē potestis, si non
 exhibitis actu, quisq; iustificetur: Infans ergo admotus sacra-
 mēto habet charitatē & cæteras virtutes, quibus præstāda est
 lex, eo modo quo habet fidē, hoc est, habitu, quem vocamus
 infusum, & hoc ei sufficit, propter illā præuentionē mediarioris,
 de qua modo diximus, qua præoccupat immerentes, vt
 eos

eos deo patri reddat gratos & charos, quod vt sine gratia ira
 sine charitate fieri nequit: quod ipsa nominū simplex intelli-
 gētia declarat. Hæc de priori obiectionis exēplo. Posteriori
 vero respōdeo latronē haud sola fide iustificatū, sed etiā cha-
 ritate & tolerātia instantiū cruciatuū, quos si non pro Chri-
 sto, cū Christo tamē est passus, ita vt quod hic patientiā nō
 amiserit, quā alter amiserit, non sola fides, verū & charitas esse
 videatur in causa, de qua Paulus prædicat, quod patiēs sit, & 1. Cor. 13.
 omnia ferēs: hanc, præter eā quā habuit ad Christū, exhibuit
 etiam proximo, pia illū obiurgatione corripiedo. Siue igitur
 argumentationibus siue exemplis nobiscū agant aduersarij,
 nunq̄ euincunt hominem sola fide iustificari, quia contra ra-
 tionē est iustitiæ, à qua sumitur iustificatio: Hæc ad Philip-
 picas collectiones & argumenta satis sit respondisse: nam cæ-
 tera omnia haud possum animum inducere vt tam prolixè
 discutiam, cum eiusdem sint farinae cum præcedentibus, nec
 quicq̄ in eis multiplicat, nisi verba. Quod si quid habent vi-
 riū, à testimonijs habent scripturarū, quibus innituntur. ipsa
 vero testimonia plus multo valerent simpliciter proposita,
 quā in disputationis aciem per Philippū ordinata: quod id-
 ipsum non ideo dico, vt artis vsū in eo vituperē: est enim
 omnis humanæ ratiocinationis vis ad diuinā certitudinem
 collata inutilis prorsus & inualida, sed ne quis me existimet,
 cætera argumenta metu declinare. Haud enim vt contende-
 rem, aut gloriosæ quicquam humanæ captarem, hunc labo-
 rem suscepi, sed vt mihi & cæteris, quibus opus est admoni-
 tio nostra, prodessem: quare si quid me Philippus cogeret
 scripturis aut solidis rationibus credere, quod antea igno-
 rassem, ingenuè illi, ita me deus amet, ac libentissimè cede-
 rem: sed nihil huiuscemodi sum hæcenus eius lectiōe libro-
 rum expertus. Testimonia igitur, prætermisissis argumentis,
 quæ pro sententia sua producit bona fide recēsebo. Illorum
 plura sunt ex epistola ad Rom. cap. præcipue. iij. &. iij. quæ Rom. 5. v. 4.
 integra citat: sed nos illis paulo ante respondimus copio-
 sius,

siue, exponentes quid Paulus his duobus capitibus, quid tota epistola tractet: quã obrem tã illa q̃ reliqua omnia quibus responsum est, cõsulto, ne repetitio fastidium vobis afferat, præteribo. Cetera sunt hæc.

Per ipsum habemus accessum ad patrem per fidem.

Iustificari ex fide pacem habeamus erga Deum.

Gal. 2. Nos in Christo Iesu credimus vt iustificemur ex fide Christi & non ex operibus legis.

Ioan. 1. Dedit potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis: vt omnis qui credit in ipsum, non pereat.

Ibidem Non misit deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur.

Act. 13. Notum igitur sit vobis, viri fratres, quod per hũc vobis remissio peccatorũ annunciatur, & ab omnibus quibus nõ potuistis in lege iustificari, in hoc omnis qui credit iustificatur.

Act. 4. Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis edificantibus, qui factus est in caput anguli. & non est in alio aliquo salus: nec em̃ aliud nomẽ est sub cœlo datum hominibus, in quo oportet nos saluos fieri.

Act. 15. Fide purificans corda eorum.

Abac. 5. Iustus ex fide sua viuet.

Isa. 53. Notitia eius iustificauit multos.

Post hæc addit etiam testimonia quorundam procerum ecclesie, ne quid nouum docere videatur.

Ambrosius in epistola ad Iraneum subditus autem mundus eo per legem factus est, quia ex præscripto omnes cõueniuntur, & ex operibus legis nemo iustificatur: id est quia per legem peccatũ agnoscitur, sed culpa non relaxatur. Videbatur lex nocuisse, quã omnes fecerat peccatores, sed veniens dominus Iesus peccatũ omnibus, quod nemo poterat euitare, donauit:

donauit: & chirographum nostrũ sui sanguinis effusione deluit: Hoc est quod ait, superabundauit peccatũ per legem, superabũdauit autẽ gratia per Iesum: quia postq̃ totus mundus subditus factus est, totius mundi peccatũ abstulit, sicut testificatus est Ioannes dicẽs, Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi: & ideo nemo gloriatur in operibus, quia nemo factis suis iustificabitur, sed qui iustus est, donatum habet, quia post lauacrum iustificatus est. Fides ergo est, quã liberat per sanguinem Christi, quia beatus ille cui peccatum remittitur, & venia donatur.

Augustinus de spiritu & litera. Ideo quippe proponitur iustitia legis, quod qui fecerit eam, viuet in illa, vt cum quisq; infirmitatẽ suam cognouerit, non per suas vires neq; per litteram ipsius legis, quod fieri non potest, sed per fidẽ conciliãs iustificatorem, perueniat, & faciat, & viuat in ea: Opus enim quod qui fecerit, viuet in eo, non fit nisi iustificato. Iustificatio autẽ ex fide impetratur &c. Et paulo post: Ex lege timeamus Deum. ex fide speramus Deum: sed timẽtibus pœnam absconditur gratia. Sub quo timore anima laborans &c. per fidẽ confugiat ad misericordiã Dei, vt det, quod iubet: Hæc ex patribus: pollicetur autẽ se recitaturũ esse paulo post alia quãdã: sed, quod ait ille. Pollicitis diues quilibet esse potest. Post cathalogum tam multorũ testium miratur Philippus, aduersarios suos tot locis scripture nihil moueri, quã aperte (inquit) tribuant iustificationẽ fidei, & quidẽ detrahunt operibus: & quasi perorans his verbis, post alia multa cõcludit: Hactenus satis copiose ostendimus & testimonijs scripture & argumentis ex scriptura sumpris, vt res magis fieret perspicua, quod sola fide consequimur remissionẽ peccatorum propter Christum. & quod sola fide iustificemur &c.

Nos vero, & si ad Philippi argumẽta respondimus, testimonia tamen non mouent solũ, verum eatenus promouent, vt fateamur, quod fide conferatur nobis peccatorũ remissio & iustificatio propter Christũ: quodq; fidem nihil operis boni

N præcessit

præcessit in nobis, quo mereremur eandem fidem, quæ donū Dei gratuitum est, & per eam peccatorū omnium remissionem accipere: hæc, inquam, fatemur, quæ omnia ista scripturæ loca aut eorū plura pronunciant: Quod verò sola nobis hoc fide contingant, non fatemur, quia nec ista nec alia testimonia dicunt: Nunquā enim scriptura charitatem excludit à iustificatione: nec vox exclusiua, etiam si fidei adderetur, (quæ tamen nunquā est addita) cætera omnia excluderet: quādo non potest excludere gratiam, sed cum operibus iustificari negamur, excluduntur cum præcedentia merita. rum iudaicæ legis opera, illa etiā, quibus sine fide videbatur obtemperari decalogo: ipsa verò iustificatio dum fit, vt non sine fide, ita nec sine charitate fieri potest. Iam aduersus testimonia quæ producta sunt à Philippo nūquā cōmitam, vt alia (quod ordo disputationis videtur exigere) me producturum esse pollicear: impium enim esset, credere: sancti spiritus oracula sibi vicissim esse contraria. Eadem autem, quæ citata sunt à Philippo, nobis sufficient, si rectè intelligantur, & non illis inferatur, sed ab illis auferatur vestra sententia: Siquidem Paulus dicens, corde creditur ad iustitiam, non soli fidei tribuit iustificationē, hoc est, non pronunciat, hoc dum taxat hominem esse iustum, quod credit, etiam si tam solidè vt possit etiam sua fide montes transferre: tantū dicit, opus esse fide, ad hoc vt iustificemur vera legis obseruatione, quæ sine fide nec seruari potest: nec seruata (quod Iudæi pertinacissimè contendebant) iustificare. Hoc non magis est iustificationis summā soli fidei tribuere: quā si dixeris, armari aliquem ad victoriam, esse victoriæ summam in arma sola conferre. Fit autē Pauli intentio perspicua, ex eo quo addit: Ore autem confessio fit ad salutem: Oris confessionem non tantum eam quæ lingua profertur. Sed quodlibet signum, quo pietatem exterius profiteamur, appellauit, inter quæ præstant proculdubio verba opera: quoniam qui dicit se nosse Deū, & mandata eius non custodit, mēdax est. Expressius ergo &

a. Ioa. 2.

vt ita

vt ita dixerim, infalibilis opera fidem confitetur, quā verba, tametsi oris confessio specialiter ad sacramenta referatur, quibus, fidei adiunctis, gratia nobis aut datur primo, aut semel accepta prouehitur: qua gratia, si tamen ociosa desidia nostra non fuerit, æternam fœlicitatem assequimur. Illud igitur Pauli. Corde creditur ad iustitiam, fidei necessitatem significat, non tamen eius solius sufficiētiam. Ad eundem modum, quod Ioan. i. dicitur. Dedit potestatem filios Dei fieri his qui credūt in nomine eius. Aperte docet, fide nobis aditum fieri ad filiorum Dei adoptionem, non sola fide filios Dei esse, ac perinde nec sola fide iustificari: nam omnes iusti sunt filij Dei. Per fidem igitur potestas datur credentibus, vt filij Dei fiant charitate, quæ sola (vt inquit Augustinus) diuidit inter filios regni & filios carceris.

Si Deus pater vester esset diligeretis vtique me.

Ioan. 8.

Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. Charitas ergo est, qua filij Dei atque adeo iusti simus, cuius rei potestatem, nullis præcedentibus meritis, sed fidei tantum priuilegio accepimus: neque quicquam aliud verba Ioannis Euangelistæ significant. Locis igitur istis quæ citantur à Philippo (ne per omnia nunc euagetur oratio) addenda sunt alia, vt, vt risq; collatis, facilius intelligantur alterutra. Nos non omnia hic sed quædam ex multis subiiciemus. De peccatorum remissione.

Matt. 5.

Dimissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum

Luc. 7.

Quæ superest date elemosynā, & ecce oīa mūda sunt vobis.

Luc. 11.

Charitas operit multitudinem peccatorum.

1. Pet. 4.

Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiāt vos in æterna tabernacula.

Luc. 16.

Peccata tua elemosynis redime.

Dan. 4.

Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna resistit peccatū.

Eccli. 3.

Elemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam.

Tob. 12.

De iustificatione quod non sola fide, sed etiam legis obseruatione, hoc est charitate, à qua lex pendet & propheta, homini contingat.

Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

Matth. 19. Lex domini immaculata conuertens animas.

Psal. 118. Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum.

Eodem. Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem in humilitate mea, In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me.

Rom. 2. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.

Eodem. Si igitur præpucium iustitias legis custodiat, nonne præpucium illius in circuncisionem reputabitur, & iudicabit id quod ex natura est præpucium legem consummans. te qui per litteram & circuncisionem præuaricator es legis?

Rom. 3. Legem non destruimus per fidem, sed magis statuimus: Quomodo?

Gol. 5. Quia fides per dilectionem operatur. Nempe iustificationem.

Rom. 8. Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem. deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato dānauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis: qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.

Rom. 2. Gloria honor & pax omni operanti bonum.

1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

Iac. 2. Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum?

Eodem. Fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa.

Eodem. Ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum.

Eodem. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est.

I. Ioan. 3. Qui facit iustitiam iustus est.

Quamquam Ioannes non contentus iustitiā facienti tribuere, credit,

deni, si nihil habeat nisi fidem, negare, usque adeo charitatem extollit ut in illā solam salutis humanæ summā videatur contulisse: quippe quod sicut Iudæi de sola diuina lege, ita Christianorum quidam iam cepissent inter voluptates & facinora de sola sibi fide blādiri: quos Iacobus Petrus & Ioannes quasi ex condicōto integris epistolis insectantur: Nam Petrus etiam apostolus epistola præsertim secunda multus est in amouendo hoc errore, aduersus quem non suā rātum ait esse doctrinam, quod fides sine charitate hominē seruare non possit. verum & Paulū citat, cuius maxime verbis perperā intellectis (quod nunc Lutherus facit & Philippus) honorū operū contemptores videbantur abuti. Facturū me opere præcium existimo, si, quo minori negotio hæc omnia comprehendatur. epistolæ secundæ principium & finem ipsius apostoli verbis protulero. Declarat se primo ad eos scribere, qui fidem Christi apostolica cōmunionem susceperant, quos saluat, & admonet accepisse à Deo ingentia munera, sed esse maiora multo promissa, etiā usque ad naturæ diuinæ consortiū, ijs qui mundi huius cupiditates declinauerint. Atque hoc exordio fidelium animis erectis, mox ad exhortationes & præcepta se cōfert: Vos (inquit) curā omnem subinferetes ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatē, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatē. Hæc enim si vobiscum assint, & superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est, & manu tentans, obliuionem accipiēs purgationis veterum suorum delictorum. Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certā vestram vocationem & electionem faciatis &c. Hæc in epistolæ principio, ubi vacuā significat fructus, atque adeo inutilem cognitionem Christi, quæ fidei est, nisi, quas cōmēdauerat, virtutes assint, quibus superetur cupiditas: porro ut assint, fides, p̄culdubio est in causa quip-

pe quod primū gratiæ munus sit, ceterisq; virtutibus aditū
aperiat, cū quibus pfectō iustificat, sine eis verō iustitiæ fru
ctus expers omnino remanet. Nā charitati ac ceterarū virtu
tū operibus tātū apostolus tribuit, vt p ea nō fidei vocatio
nē modō, verū & electionē nostrā (quæ vocatis ad fidē suffi
cere videretur) robur & certitudinē adipisci p̄nunciet. Sara
gite, inquit, vt per bona opera certā vestrā vocationē & ele
ctionē faciatis: Iā postrema eiuldē epistolę verba videamus:
Cū igitur hæc oīa dissoluēda sint, quales oportet vos esse in
sanctis cōuersationibus & pietatibus expectātes & p̄perātes
in aduētū diei domini, p quē celi ardēter soluētur, & elemen
ta ignis ardore tabescent: nouos verō celos & nouā terrā &
p̄missa ipsius expectam⁹, in quibus iustitia habitat. Propter
quod charissimi hæc expectantes, satagite immaculati & in
uiolati ei inueniri in pace: & domini nostri Iesu Christi lōga
nimitatē salutē arbitramini: sicut & charissim⁹ frater noster
Paulus secundū datā sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in
oib⁹ epistolis, loquēs in ijs de his, in quibus sunt quædā diffi
cilia intellectu, q̄ indocti & instabiles deprauāt, sicut & ceteras
scripturas, ad suā ipsorū p̄ditionē. Vos igitur fratres p̄sciētes
custodite, ne insipientiā errore traducti, excidatis à p̄pria fir
mitate. Crescite verō in gratia & in cognitiōe domini nostri
& saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nūc & in diē eternitatis
Amē. Vsq; adeo Petrus vehemēter increpauerat vicia, vsq;
adeo virtutes extulerat, vt veritus sit demum, ne (vt egre se
hoīes in medio sistūt) esēt, qui eius doctrina crederēt suis se
meritis, suis virib⁹ esse seruādos, quod quidē & si virtutibus,
fidei p̄sertim & charitati sit mercedis noīe p̄missū, gratiæ tñ
p̄rogatiua (quā Christi lōganimitatē Petr⁹ appellat) credēdū
est hoī cōtingere. Nūq; em̄ ita separāda est ab operib⁹ gratia
vt sine illis, saltē iteriorib⁹, hominē seruare possit, aut quenq;
facere beatū, quē pri⁹ nō reddiderit bonū, & iustū. Porro vt
beatitudo nō solius est intellectu, sed etiā volūtatē, ita bo
nitas & iustitia non solius est fidei, sed etiam charitatis quas

virtutes

ADVERSVS LVTH. DOGMATA 95
virtutes apostolica doctrina nō Petri solū verū & Pauli ep̄i
stolis semp̄ cōiungit. Etenim q̄ Paulus quædā p̄ fidei v̄tute
magnificētius disserit aduersus iudeos, necessitatis fuit illorū
tēporū, in quib⁹ iudei carnales & crassi vana legis nec obser
uatē nec intellectuē p̄sumptione Christi gratiā & fidē, vt rē mi
nime necessariā, aspernabātur. Dū igitur in eorū stolidā p̄fi
diā Paulus inuehitur, q̄ dā admiscet aduersus opera, quo fidei
necessitatē ostēdat: q̄ sunt, vt Petrus ait, difficilia intellectu,
& q̄ indocti & instabiles deprauāt, sicut & ceteras scripturas
ad suā ipsorū perditionē. Prædicat certē nō minus verē q̄ cō
fidēter, neminē iustificari posse, nisi p̄ fidē Iesu Christi, nō q̄
sola iustificet fides, qua etiā si maxima fuerit, nihil esse homi
nē sine charitate p̄nūciat: sed q̄ fidei sit, nō meritorū nostro
rū, aptos nos reddere, ad hoc vt iustificatio legis impleat in
ijs, qui nō secundū carnē ambulāt, sed secundū spiritū. Iustifica
tio ergo, legis est: fidei verō, q̄ legē p̄stare possimus, vt iu
stificemur. Deniq; nihil est in sacris literis frequētī, q̄ iustos
appellari eos, qui p̄ gratiā mediatoris adiuti, legē decalogi ser
uauerūt. Huiusmodi iusti ex fide, aut in fide sua dicūtur vi
uere nō q̄ sola fides cōferat vitā, quam sola nō habet: sed q̄
nulla possit inueniri via, ad benē beateq; viuēdū, licet multo
ties multisq; sit laboribus quæsitā, p̄ter fidē, cuius est ad cha
ritatis vitā p̄ducere, alioquin qui nō diligit, etiā si credat, ma
net in morte. Est huius expositionis autor Augustinus de ci
uitate dei ad Marcelinū li. 19. ca. 4. his verbis: Si ergo quæri
tur à nobis, quid ciuitas dei de his singulis interrogata respō
deat, ac primū de finib⁹ bonorū malorūq; quid sentiat, respō
debit æternā vitā esse summū bonū: eternā verō mortē sum
mū malū, propter illā proinde adipiscēdā istāq; vitādā recte
nobis esse viuēdū: propter quod scriptū est: Iustus ex fide
viuit. Quoniā neq; bonū nostrū iā videmus, vnde oportet
vt credēdo quæramus, neq; ipsum recte viuere nobis ex no
bis est, nisi credentes adiuuet & orantes, qui & ipsam fidem
dedit, qua nos ab illo adiuuandos esse credamus, & cetera.

Illu-

Cur Paulus mul
tus sit in cōmen
danda fide.

Rom. 8.

Iac. 2.

1. Ioan. 3.

Augustinus.

Illuminat igitur fides quo peruenire possimus ad vitam, nō
 ipsa est vita: neq; ea sola viuimus, tamen ex ea p̄ficiscamur
 ad vitā charitatis, vt à charitate p̄ficiscimur ad vitā æterni-
 tatis, quos profectiois nostræ gradus à litera legis incipiens
 Ambrosius describit ad Irēneū . Lex p̄dagogus est (inquit)
 P̄dagogus ad magistrū ducit, magister noster solus est Chri-
 stus. P̄dagogus timetur, magister viā salutis ostēdit. Timor
 ergo ad libertatē perducit, libertas ad fidē, fides ad charitatē,
 charitas acquirit adoptionē, adoptio hæreditatē . Possunt &
 illa p̄phetę verba, quę citātur ab apostolo, eundē sensum ha-
 bere, quę habēt alia eiusdē Pauli. Quod aut viuo in carne, in
 fide filij dei viuo. Alioquin in tantis versabatur laboribus su-
 pra modū, vt ait, grauatus supra virtutē, vt rēderet illum vi-
 uere. Collatis igitur, vt iā proferēdi testimonia finē faciam⁹,
 vtriusq; locis, facilē cōstat hanc esse totius scripturæ sententiā,
 q̄ nō fide sola, vt Philippus vellet, nec solis operibus, vt cre-
 debāt iudēi, homo iustificetur, aut illi peccata remittātur, sed
 vtraq; fide scilicet, & charitate, per quā fides operatur, hoc
 in nobis fiat, idq; per Christū, cuius dona sunt fides & chari-
 tas, & vniuersa bonorū operū proles, quę oritur ex eis, cuius
 etiā meritis hæc oīa pacē nobis & veniā à patre cōciliāt, qui
 ad hoc filiū proposuit propiciatorem pro nobis in sanguine
 ipsius, cū alioqui non iustificaretur in conspectu eius omnis
 viuens. Porro quoties apostolus Paulus de fide loquens, illa
 nos iustificari sine operibus, ait, semper addit legis, vt nō cha-
 ritatis opera excludat, quę potius libertas videtur esse, q̄ lex,
 sed vel opera quędam externa, quibus humana præsumptio
 decalogi literam seruare se credit, vel Mosaycas illas obser-
 uationes sabbathismos & sacrificia, sine quibus procul dubio
 iustificabitur homo fidelis, infidelis verò nec cum illis quidē
 Id minime dubium existimo fore cuius, vel mediocriter in
 apostolica doctrina versato. Bis enim hanc exclusionē addi-
 dit Paulus: vbi de lege Mosayca differit inquam Galathę à
 pseudapostolis seducti reciderāt, cui⁹ etiā extimā obseruatio-
 nem

Gal. 2.

2. Cor. 1.

Collectio ex collatione locorum.

Paulina cautio in excludendis operibus.

Gal. 2.

nem in ciborum delectu & cæteris huiuscemodi eodē capite
 Petro se exprobrasse cōmemorat, Et ad Ro. iij. vbi qua de le-
 ge fuerit loquutus verbis immediatē sequentibus exponit
 dicens. An Iudęorū tantum Deus? id quod & superius latius
 exposuimus: Quāq; hominem sine operibus iustificari non
 negamus. Si de præcedentibus intelligatur, quibus iustifica-
 ri meruerit. hoc enim, vt aliās dictū est, nullis operibus nec
 fide quidē mereri vsq; quaq; potuimus: sed gratis vt fide ita
 & iustitia donamur: Iustificamur autē fide simul & operibus,
 quia hoc est homini iustū esse, fidē habere, & charitatis ope-
 ra saltē interna. Iam ad patrū testimonia priusq; accedamus,
 est operaprecium animaduertere Philippicā æquitatem in
 disputando. Non vult humanæ sapientiæ præscriptione ten-
 neri: mox vt illi patrum aut conciliorū etiam testimonia op-
 ponuntur, clamat homines esse, prouocat ad verbum Dei, al-
 terutris testamenti testimoniū requirit: eo demū insanīa in
 libello de locis theologis prorumpit, vt omnes veterū sen-
 tentias quibus recentiores vtūtur, irrideat, doctrinas explo-
 dat: Luterana nimirū blasphemia frētus, qui ecclesiā à tēpo-
 re concilij Niceni lapsam, à veritate semper aberrasse, ausus
 est pronunciare. Nunc verò suæ causse diffusus Philippus, ad
 patres qui Nicenā Sinodum sequuti sunt, atq; adeo cum illi
 tum Luthero toties dānati, confugit. Inter hos tamen, cum
 permulti sint, multaq; de hac materia, vtpote qua nulla est
 maiore studio in ecclesia discussa, pertractauerint, duos tan-
 tū citat, horumq; singula tantum loca producit, cætera reie-
 cturus (vt credo) nam & Augustinū in opere dūtaxat de spi-
 ritu & litera regnare aliās dixerat: cæteris in libris vbiq; fri-
 gere: Ambrosius vsq; adeo nihil iuuat Philippū, vt sententiā
 nostram luculēter exponat. Declarauit in cōmentarijs non
 vno loco, quā legem & quæ opera excludat à iustificatione
 Paulus, legē vtiq; Sabbathi & Neomeniæ & ceterorū huius-
 cemodi: addimus etiā nos lege decalogi, quatinus literis est
 deformata lapideis, non quatinus spiritu reformatur in cor-
 dibus,

Ad Ambrosium.

dibus, quo modo sacramentū diuinitatis cōtinere dicit Ambrosius. Eandem igitur legē & eadem opera ipse nunc excludit, & nos plusculū (vt videri possemus) ausi, omnia à merito iustificationis exclusimus: quod verò per legē etiam moralem peccatū agnoscatur, sed culpa non relaxetur, millies sumus cōfessi: non enim lex iustificat, sed legis obseruatio, nec obseruatio quidē sine Christo, si fingatur posse contingere: solius est Christi auferre peccata, relaxare debita, iustitiā donare. Hæc quis neget? Quid verò aliud continet locus Ambrosij: Quid igitur discriminis est (dixerit quispiam) inter Ambrosium & Philippū? Hoc nimirum, quod Philippus iustitiā, qua donamur à Christo, quaq; ex iniustis iusti sumus, soli contendit inesse fidei, aut solam esse fidē. nam cetera donat iustificatis fide, non vt per illa iustificet, quando nihil est aliud iustū esse, quàm credere: Ambrosius verò id minimè ferret, qui charitati adoptionis priuilegiū atq; ad eō iustificationis summā tribuit. An est aliud esse iustū quàm esse filiū? aut est aliud iustitiæ munus, quàm ius adoptionis? Fides (inquit) perducit ad charitatē, charitas acquirit adoptionē, adoptio hæreditatē: Rogo vos, o Germani, an fides illa quæ perducit ad charitatē sola sine charitate iustificet. Annuitis (vt credo) ne doctorib' vestris deesse videamini. Erit igitur homo iustus, priusquàm sit adoptione filius: erit iustus, cui hæreditatis aternæ ius nondum est acquisitum. Hæc non modo impossibilia factū sunt, verum & cogitatu difficillima: nam intelligi nō magis possunt, quàm fieri. Quid igitur est quod fidei toties in iustificatione celebratæ relinquamus, si hæc omnia charitati tribuimus? aut cur eius mentio tam frequens erit Paulo & interpretibus eius: Rectè interrogas. Fidei relinquitur, ducere ad charitatem, ad iustitiam, ad adoptionem, atque dare (quod Ioannes ait) credentibus potestatem vt filij Dei fiant, quod charitatis est. Est autem frequens fidei prædicatio, vt omnis gloriandi nobis occasio adimatur: dum consideramus, nullis nos præcedētib; meritis, nullis

Cur fidei mentio
tam frequens.

nullis nostris operibus: sed sola Christi gratia per fidem, addo etiam, per solam fidem ad iustitiam esse per ductos. Iustitia verò non sola est fides, nec ei soli inest, alioquin iustitia perduceremur ad iustitiam: sed est pietas, quæ fidem precipuè continet & charitatem. Harum virtutum prior est fides, maior charitas fidei vita, virtus, & energia: ideo Ambrosius fidem dixit ducere ad charitatem: siquidem ita comparatum est hominis naturæ, vt ab imperfecto (quod quidem sapienter animaduersum est etiam à philosophis) progrediatur ad perfectius: Perfectionis autem vinculum est charitas. Coloss. 3. vsque adeo vt & ipsam perficiat fidem, vt vnà cum illa iustificet: Nullum est Dei donum, Augustinus inquit, dilectionis dono excellentius: Solum est quod diuidit inter filios regni aterni, & filios perditionis aternæ. Et hæc ad Ambrosium. Iam Augustinus haud minus noster est, quàm Ambrosius, in ipso etiam opere, quod nunc citat, & aliàs vnice commendat Philippus: nam cetera, metuens illorum infinitis penè locis vrgeri: tempestiuus reiecerat criminationibus. Nos verò, quo victoria lit illustrior, eius operis, dumtaxat, verbis vtetur, cuius testimonio Philippus doctrinam suam visus est confirmare. Primò totius libri argumentum & scopus, est legis literæ, vt mortuæ, negare iustificationem: spiritui verò, hoc est, charitati tribuere, idcirco de spiritu & litera titulum fecit, quo intelligamus Pauli verba, Litera occidit. Spiritus autem viuificat: ad legis decalogi literā & spiritū debere referri: vt cuius legis litera dannauerat humanum genus, & occiderat: eiusdem spiritum saluare, viuificare, & iustificare declarer. Hæc est geminè charitatis lex, lapideæ illius & crasse legis, qua sola gloriabantur Iudei, velut animus & vita, quam spiritum viuificatē appellat Apostolus. Hæc de totius operis materia generatim: eadē verò aliquot singularibus eiusdē libri dictis sunt confirmanda. Declarat primū se nō aduersus illos disputare, qui huma-

Ad Augustinum.

Argumentū operis de spiritu & litera.

2. Cor. 3.

O ij ne vo-

na voluntati tribuunt iustificationis nostræ opus, sed aduersus eos, qui hoc humanarū esse virium, gratia contēpta, presumunt. Illis (inquit) acerrimè ac vehementissimè resistendū est, qui putant, sine adiutorio Dei per se ipsam vim voluntatis humanæ vel iustitiā posse perficere, vel ad eam tenēdam proficere: Et paulò inferius. Aiunt, ideo ista sine ope diuina non fieri, quia & hominē Deus creauit cum libero voluntatis arbitrio, & dando præcepta ipse docet quæadmodum homini sit viuendū, & in eo vtiq; adiuuat, quod docēdo aufert ignorantiam, vt sciat homo in operibus suis, quid euitare, & quid appetere debeat: quo per liberum arbitriū naturaliter inuitū viam demonstratā ingrediens, continenter & iustè & piè viuendo, ad beatā eandemq; eternā vitam peruenire mereatur. Hæc secundi capituli sunt, quibus ostēdit non se velle operibus nostris iustificationē adimere, vt tribuat soli fidei: sed viribus negare, vt asserat gratiæ: Interim dum resistendū censet ijs, qui humanæ volūtati sine speciali Dei ope vim iustificandi tribuunt, significat eandē voluntatem posse per diuinam opē iustificare: sed apertius infra cap. 5. Hoc (inquit) frustrā dici satis elucebit (proposuerat aduersæ partis objectionem) cum & ipsam humanā iustitiam operationi Dei tribuendā esse claruerit, quāuis non fiat sine hominis voluntate, & ideo eius perfectionē etiam in hac vita esse possibilem, negare non possumus: quia omniaabilia sunt Deo, siue quæ facit sola sua voluntate, siue quæ, cooperantibus creaturæ suæ volūtatibus, à se fieri posse cōstituit. ¶ Et cap. 7. Pretendit misericordiā suam scientibus eum, & iustitiā suam his qui recto sunt corde: Neq; enim quia sciunt, sed etiā vt sciāt eum, pretendit misericordiā suam, neq; quia recti sunt, corde, sed etiā vt recti sint corde, pretendit iustitiā suam, quia iustificat impiū. Hæc cogitatio non affert superbiā, quod viciū oritur, cum sibi quisq; præfidit, seq; sibi ad viuendam caput facit: Quo motu recedit ab illo fonte vite, cuius solius haustu iustitia bibitur, bona scilicet vita. ¶ Et cap. 9. Iustificati

Qui iustitia Augustino nēpe non sola fides sed bona vitæ.

gratis per gratiam ipsius: Non itaq; iustificati per legē, non iustificati per propriam volūtatem, sed iustificati gratis per gratiam ipsius: non quod sine voluntate nostra fiat, sed voluntas ostenditur infirma per legem, vt sanet gratia voluntatem: & sana voluntas impleat legem, non cōstituta sub lege, nec indigens lege. ¶ Et cap. 10. Iustificati gratis per gratiā ipsius. Iniustus ergo legitimè lege vtitur, vt iustus fiat, quod cum factus fuerit ea iam non vtatur tanq; vehiculo, cū peruenit: vel potius, vt supradicta similitudine Apostoli vtar, tanq; pedagogo, cum eruditus fuerit. ¶ Et cap. 13. Declarat eundē decalogum legē esse factorum, quæ reū fecerat hominē: & legē fidei, quæ seruat atq; iustificat. Sed alterum fuit Iudæis, litera dumtaxat sequētibus, alterum est fidelibus spiritus sancti gratiā assequutus. Quod operum lex (inquit) mandando imperat: hoc fidei lex credēdo impetrat. Et infra. His igitur consideratis pertractatisq; pro viribus quas dominus donare dignatur: colligimus non iustificari hominē præceptis bonæ vitæ, nisi per fidem Iesu Christi: hoc est non lege operū, sed lege fidei, non litera sed spiritu: non factorū meritis, sed gratuita gratia. ¶ Et cap. 16. Litera prohibens peccatum non iustificat hominē, sed potius occidit, augendo concupiscentiā & iniquitatem, præuaricationē cumulando: nisi liberet gratia per legem fidei, quæ est in Christo Iesu. cū diffunditur charitas in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. ¶ Et cap. 17. Ibi ergo lex (nempe in veteri testamento) extrinsecus posita est, qua iniusti terrentur. Hic (in nouo scilicet) intrinsecus data est qua iustificantur. Nam non adulterabis: non homicidiū facies: non concupisces: & si quod est aliud mandatū, quod vtiq; in illis tabulis scriptū est, in hoc, inquit, sermone recapitulatur, in eo quod diliges proximū tuum tanq; teipsum. Dilectio proximi malum non operatur: Plenitudo autē legis charitas. Hæc nō in tabulis cōscripta lapideis, sed diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū, qui datus est nobis. Lex ergo Dei est charitas.

Homo fit iustus legitimè vtiendo lege.

O iustitias.

ritas. Huic prudentia carnis non est subiecta, neq; enim potest, sed ad hanc prudentiam carnis terrendā, cum in tabulis scribuntur opera charitatis, lex est operum, & litera occidēs prauaricatorē. Cū aut ipsa charitas diffunditur in cordibus credentiū, lex est fidei & spiritus, iustificans dilectorem.

¶ Et cap. 18. Proinde quia lex, sicut alibi dicit, prauaricationis gratia posita est, idest, litera ista extra hominē scripta: propterea eam & ministrationē mortis & ministrationem dānationis appellat: Hanc autē, idest noui testamenti, ministrationem spiritus & ministrationē iustitiæ dicit: qua per donum spiritus operamur iustitiā, & à prauaricationis dānatione liberamur. Videor mihi, non ad confirmāda quę superius dicta sunt à nobis contra Philippū, aliena testimonia producere, sed nostra ipsius verba quali recapitulatiōe colligere. Proposuerat Philippus, sola nos fide iustificari: declarauit solius fidei iustificationē esse: ex iniustis iustos fieri, vt sola sit fides nostra iustitia: execratus est eos, qui per legē per opera sua iustificari se credunt. Opposuimus illi charitatem, quæ vnā cum fide iustificat, non iustitiā merendo, sed per Christi gratiam, cuius donū ipsa est, secū afferendo. Legē etiam illi opposuimus, non crassam illā veterem atq; lapideā, cui soli fidebant Iudæi, sed legē spiritus nouam: qua, iniquitate in peccatorū remissiōe depulsa, iustitiā amplectimur, vt iusti simus. Si hæc eadem non productis locis confirmat Augustinus: si non pro his ostendendis, suadēdis, defendēdis, summis ingenij viribus, vberrima scripturarum sanctarum copia, aptissima earundē intelligentia & expositione contendit, fateor me causa excidisse. Ante hac iustitiā nostram charitatis legi tribuerat: opera legis ita sine fide iustificare negauerat, vt cum fide concederet: peccatorū remissionem, quanq̄ idem sit, proprio nomine nondū attigerat: hoc verò loco, quē modo citauimus, operari iustitiā, & à prauaricationis dānatione liberare, quod remissio peccatorum est, charitatis legi tribuit, non tabulis inscriptę lapideis, sed cordibus spiritu sancto diffusę.

Charitatis est
à dānatione liberare.

fuse. Videamus tamen & alia quędā his non dissimilia, ne dicam apertiora. ¶ Cap. 20. agens de discrimine vtriusq; testamenti ex Hieremia. Vnde igitur illud vetus (inquit) hoc nouū, cum lex eadē impleatur per testamentū nouū: qua dixit in veteri, Non concupisces. Quia ipsi (inquit) non perseuerauerūt in testamēto nouo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Non ergo rerum est hæc nouitas, sed animorū: quos vetus testamentū non innouabat: nouū verò per gratiam noui hominis Christi Iesu vsq; adeo immutat, & afficit: vt eandem legem à lapidibus transferat in corda: quæ translatio iustificatio nostra est per fidē inchoata, sed lege charitatis, cuius est ipsa iustitia, consummata. Hoc est enim quod paulo antè dixerat cap. 9. iustitiam esse bonā vitam. Et hoc eodē cap. 20. Dabo leges meas in mente eorū, & in cordibus eorū scribam eas. Vnde significauit, eos non forinsecus terrentem legem formidaturos, sed intrinsecus habitantē ipsam legis iustitiā dilecturos. ¶ Et cap. 25. Cum igitur hæc appareat distantia veteris & noui testamenti, quod lex ibi in tabulis, hic in cordibus scribitur, vt quod ibi forinsecus terret, hic delectet intrinsecus: ibiq; fiat prauaricator per occidentē literā, hic dilector per viuificantē spiritum, non ideo dicendū est, quod deus adiuuet nos ad operandā iustitiam, atq; operetur in nobis & velle & operari pro bona voluntate: quia præceptis iustitię forinsecus insonat sensibus nostris: sed quia intrinsecus incrementum dat, diffundendo charitatem in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. ¶ Et cap. 29. Declarat eandē esse iustificationē legis & fidei his verbis. Sic enim gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam. Iustitiam autem quæ ex fide est, impetrando eam ex Deo, non ex seipsis præsumendo: Israel verò persequens legem iustitiæ, in legem non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed tanquā ex operibus: idest, tanquā eam per semetipsos operantes: non in se credentes operari Deum: Et mox pauculis interiectis: & adhuc

& adhuc dubitam⁹, inquit, quæ sint opera legis, quibus homo non iustificatur, si ea tanq̄ sua crediderit sine adiutorio & dono dei, quod est ex fide Iesu Christi. ¶ Quid ego frustratim hac aut illa verba quasi vellicando, p̄duco: nihil est in hoc toto opere frequentius Augustino, q̄ charitatē & eius opera fidei in iustificatione nostra cōiungere: tātūq; abest ab eius intentione hoc Lutheri dogma, quo iustitiæ summā refert in solā fidē, vt etiā in earū rerū collectione, quibus homo quasi per gradus ad verā iustitiā ascendit: fidē nō iustitię proximā sed quartam à iustitiæ dilectione posuerit. ¶ Cap. 30. Neq; enim lex impletur nisi libero arbitrio: sed per legē cognitio peccati: per fidē impetratio gratiæ cōtra peccatū: per gratiā sanatio animæ à vitio peccati: per animæ sanitatē libertas arbitrii: per liberū arbitriū iustitiæ dilectio: per iustitiæ dilectionē legis operatio. ¶ Si sola fides, quod Philippus adstruit iustificare potest, cur nō Augustinus in exquirenda iustitia ad fidei gradū inuestigationis suę cursum sistit? quid illi opus erat vsq; ad liberū arbitriū & iustitiæ dilectionem progredi? quo in loco nō ita distinguit iustitię dilectionē à legis opere vt intelligat, eandē iustitię dilectionē nō esse legis opus & obseruationē. Quid est enim quod ipsa lex demū velit, atq; præcipiat, nisi vt iustitiā diligamus? Sed hæc iustitię dilectio quasi generalis quædā affectio est, ex qua velut ex fonte, iustitiæ singularia opera iusta tēporis necessitatis aut decoris opportunitate procedunt: Quod quidē obseruandū est in verbis Augustini, ne illū temere inconstantia arguamus. Alioquin dixerat superius, iniustum lege legitimè vti, vt iustus fiat, & mox eodē ferme periodo eius esse dixit legitimè vti lege, qui iustus iā fuerit, quæ duo dicta vidētur in specie pugnare. Sed soluitur nodus intelligēdo (quod loco quē modo citauimus dictum est) legis dilectionē esse verā iustitiā, eandēq; totius iustitiæ radicē, quo supposito, nulla est pugnantia. Nam legitimus legis vsus, qui iustū facit, dilectio iustitiæ est, qua concepta facessit ipsa quodā modo lex, cuius coercitione non est iam

iam opus diligenti iustitiā, atq; adeo huiusmodi dilectione iusto: sed rursus cum hac iustitiæ dilectione seruat legē, iam iustus legitimè vtitur lege, & ita fit, quod postremo loco citauimus, vt per iustitiæ dilectionē fiat legis operatio. Neque hac solum nominis varietate vtitur Augustinus in exponenda iustitia, vt nunc charitatem, nunc omnia bona opera iustitiā appellet, verū & gratiam aliquando vocat iustitiā: cum tamen dixerit non semel, iustitiā ita fieri à Deo in nobis, vt tamen sine volūrate nostra non fiat. Est autē locus omnium manifestissimus quo gratiā vocauit iustitiā cap. 27. id quod tam diserte animaduertendū esse duximus: quod ab hoc iustitiæ nomine proficiatur, quod alicubi dicit, bona opera non fieri nisi à iustificato. Iā enim ad locū accedimus, quem citauit Philippus, cuius non video quid illū iuuare queat, nisi hoc, ex quo videtur sibi posse colligere: bona opera nō iustificare: sed ab hijs, qui iam iustificata sunt, fieri. Non dubito tamen, quin prudens lector & integer iam dudū intellexerit, quā multa respondere possimus: fiunt enim bona opera ab eo qui iam charitate ac iustitiæ dilectione, quod legis summa est, fuerit iustificatus: aut ab eo, qui gratia præuēctus, vim perficiendæ legis acceperit: Quod si Philippus hac sententia, qua dictū est, bona opera à iustificatis fieri, suā doctrinam confirmari credebat, miror, quod illam ab altero apertiore loco non petierit, in quo non perfunctorie attingitur, sed plusculis verbis explanatur: nisi fortē hoc ipsum veritum est, ne quo facilius Augustini perciperetur intentio, eo difficilius ipse suam doctrinā Augustini roboraret autoritate id quod productis verbis facilè quisq; deprehendet. Sic intelligendū est (inquit) factores legis iustificabūtur: vt sciamus, aliter eos nō esse factores legis, nisi iustificētur: vt non iustificatio factoribus accedat, sed factores legis iustificatio præcedat. Quid est enim aliud iustificati, quā iusti facti: ab illo, scilicet, qui iustificat impium, vt ex impio fiat iustus. Si enim ita loqueremur, vt diceremus, homines liberabuntur,

P hoc vtiq;

Exponit sententiam suam Augustinus.

hoc vtiq; intelligeretur, eis qui iam homines essent, accedere liberationē. Si autem diceremus, homines creabuntur: non vtiq; intelligeretur eos creari, qui iam homines erant: sed ipsa creatione homines fieri. Ita si dictū esset, factores legis honorabūtur: rectē non acciperemus, nisi honorē illis, qui iam essent factores legis, accedere: cum verò dictum est: factores legis iustificabuntur: quid aliud dictū est, quā iusti iustificabuntur, factores enim legis vtiq; iusti sunt. Ac per hoc tantundem est, ac si diceretur, factores legis creabūtur: non quia erant, sed vt sint, vt sic intelligerent etiā Iudæi legis auditores, indigere se gratia iusti iustificatoris, vt possint esse factores. Hæc Augustinus cap. 26. quo in loco hoc agit, vt exponat quomodo gratis iustificemur, cum aliās dixerit Paulus, factores legis esse iustificandos: idcirco Augustinus præcedenti periodo questionē exorsus ait. Neq; enim contra se ipsum diceret (nempe Paulus) quod ait, factores legis iustificabuntur, tanq̄ per opera, non per gratiam iustificetur, cum dicat, gratis iustificari hominē per fidem sine operibus legis: nihilq; aliud velit, intelligi, in eo quod dicit gratis, nisi quia iustificationē opera non præcedunt &c. Vtriusq; igitur loci intelligentiā ita attemperat Augustinus, vt in summa dicat: ita homines operibus iustificari, vt non tamen propter opera iustificentur, sed gratis: quæ expositio non adimit iustificationi opera nostra, sed merita, hoc est, præcessionē, quod est causæ efficientis, non comitationē, quod est causæ formalis. Si enim propter opera legis iustificarentur, iam iustificatio accederet operantibus, essetq; quasi merces operis retributa, non immeritis gratuito data, quod verbis Apostoli posterioribus aduersaretur. Si verò sine nostris prorsus operibus iustificaremur, quomodo verū esset, quod priora verba habēt, factores legis iustificari? Hæc vtriusq; loci cōtēpationē exēplo exponit, & cōfirmat, ad apostolicā doctrinā per quā appposito. Ita em̄ dicūtur factores legis iustificari, nō vt dicerētur honorari, quod esset conferre meritis præmia, sed vt ho

Conciliat Augustinus verba Pauli: quæ pugnare viderētur minus attentis.

vt hoīes dicuntur creari, quia vt homo nō potest esse homo sine creatione, ita iustus nō potest esse iustus sine legis obseruatione, saltē illa quā appellauit iustitię dilectionē, charitatē spiritū legis viuificantē, & si quæ sunt alia id genus nomina. Hoc est, quod diximus, nō opera nostra, aut vlla merita, præcedere iustificationē, vt propter ea iustificemur, quod esset causæ efficiētis, sed comitari, quod est causæ formalis. Ab hac aut iustificatione, quæ legis opere, nempe charitate ac dilectione iustitię fit, proueniunt cetera opera, quæ dicūtur accedere iustificatis. Tolle hæc Augustini expositionē, & iā iustificatio nostra sine nobis, sine voluntate nostra, sine libero arbitrio fier, quæ toties negauit Augustinus. Non igitur vno loco, vt Philippus citat: sed toto opere de spiritu & litera hoc agit Augustinus, vt doceat ex Paulo, ita nos nō ppter opera nostra iustificari, vt per ea tamē iustificemur, solius aut fidei iustificationē nec attingit quidē, nec meminit vnq̄, nec inter tam multas iustitię acceptiones, quibus gratiā, legem, charitatem opera bona iustitiam appellauit, obrepserit illi, vt fidē appelleret iustitiā. Nempe quod illa in sacris literis inueniebatur: hoc nunquam inuenerat.

PHILIPPICA OCTAVA.

qua solutiones argumentorū, quibus Philippus respondet catholicis, confutantur.



Osteaq; Philippus conatus est nequicq; fidei solius iustificationē scripturę testimonijs stabilisse, nostrorū etiā argumentis responderet, illorū quoq; responsiones interdū refellit, idq; multis adeo verbis, vt si omnia essent recensenda, sola transcriptio volumē huius disputationis in immensum augetet, sed nos assumpti operis modū sequētes ad cribū (quod aiunt) oīa discernemus, ne pulueris sui copia sanctarū scripturarū luci tenebras offundat Philippus. Primò quasi breuiter ac simplicibus verbis sit singulis argumētis & locis responsurus hoc statuit, quod am



bigue & periculose cause multas & varias solutiones gignunt & addit poetę testimonium. ¶ Sed in bonis, inquit, & firmis causis vna atq; altera solutio sumpta ex fontibus corrigit omnia, que videntur offendere. Nos quidem hanc Philippi regulam seruauimus, qui omnibus locis ab eo productis, simplicissimę respondimus, iustificari quidem hominem fide, eidemque peccata remitti, quod illa testimonia dicunt, non tamen sola fide quia illa non dicunt. Duobus vero locis, quę opera legis excludunt a iustificatione, copiosius cum Ambrosij tum Augustini autoritate & expositione respondimus, responsionisque veritatem ipsius apostoli verbis perspicuam fecimus. Atqui Philippus qui hanc respondendi regulam nobis tradit, postquam de solius fidei iustificatione iusto penę libro differuerat, aggressus nostrorum refellere argumenta, plusquam duodecim chartis de dilectione & legis implerione differit, huc semper intentus, ut charitatem & legis opera a iustificatione secludat, atque hinc viam sibi maximę aperit, ad respondendum omnibus, quę potuerint obijci. Singulis tamen postea scripturę locis per multa capita, nisi mauult paragraphos appellari, respondet. Et quomodo respondet? Non per tropos aut distinctiones, ut sophistę, sed lucidissimę ostendendo, in quo argumenta deficiant, vel si testimonia sint, quę sensum habeant loca, vnde petuntur. Vnum exemplum proponam, ut ex eo ceterorum possit fieri coniectura. Proponit sibi hoc argumentum. Iustitię necesse est in voluntate esse, ergo cum fides sit in intellectu, non iustificat. Certę non sola iustificat, ut argumentum optimę probat, si luculentius aliquando proponatur, sed noluit, credo, homo suavis & elegans in scholastico (quod ipse vocat) argumento scholasticum seruare ordinem, ne aliqua barbarie latinum contaminaret candorem. At solutionem videamus. Hoc argumentum (inquit) ideo recitamus, ut tota res magis fiat perspicua. Prius tamen quam de tota re, plixius differat propter morosos quosdam technologicos (ut ipse verbulo gręco nos vocat) dicit, argumento respondere se velle. Hic quis non aliquam argutam & prorsus irrefragabilem respon-

Argumentum catholicum.

responsionem expectet, qua dialecticorum technę vnico prosternantur ariete? Constat ex Ethicis, inquit, iustitiam obedientiam appellari erga superiorem, quam is approbat, quare fides rectę dicitur iustitia, nam obedientia erga euangelium imputatur pro iustitia a deo, ut obedientia erga legem tantum propterea placeat, quia credimus nobis deum gratis propitium esse propter Christum. Neque enim legi satisfacimus. Quanquam hæc fides est in voluntate, est enim velle, & accipere promissionem &c. Obsecro bone vir, quo ruis, quo temeripsum tanto verborum profluuio precipitas? Statueras velle te respondere technologicis, quare non dialecticę negasti, aut concelsisti premissas, quas illi vocant, quare non probasti, aut improbasti collectionem? Dicis fidem esse in voluntate, falsa ergo erat minor in argumento, vide quam facile posses respondere, si respondere velles, & non verborum turbine omnia confundere, ne veritatis splendor queat in tanta densa fumi caligine dignosci. Quid quod in causa euangelicę iustitię philosophorum Ethica citas: Vbi est verbum dei, præ quo cetera omnia fastidire soles, & contemnere? si nos rerum diuinarum perscrutationem a philosophis ordiremur, quid tui nobis occineres? quibus nominibus nos ornares? Nunquid iustitię diuinę, toties in sacris literis prædicatę, defunt testimonia, vnde queat sciri quid sit, & intelligi? Quale verum est, quod diuinę legis obedientiam ita distinguis ab obedientia euangelij, quasi euangelium non præcipiat nisi fidem, lex charitatem & opera charitatis, in quo tibi euangelium ipsum nihil obscure contradicit. Hoc est præceptum meum (ait Christus) ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. Meminit huius præcepti tam multoties Ioannes, ut hoc vnum videatur fuisse eius epistolę argumentum. Hoc est mandatum, inquit, eius, nempe dei, ut credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatam, filius scilicet, nobis. Euangelio igitur, non credendo solam, verum & diligendo obeditur, quia

Responso Philippi.

Altera solutio argumenti.

Philippus destitutus uerbo dei, confugit ad philosophos.

Confutatio prioris solutionis.



ita charitas finis est legis, vt Christi nihilominus sit peculiare
 præceptū. Probas præterea per philosophū (si diuis placet) fide
 rectè dici iustitiā: fac tibi esse concessum à nobis, quid ad
 summā nostrę disputationis, quę erat, an ipsa sola esset nostra
 iustitia? Intellectus rectè dicitur vita: Solus ergo viuet aut so-
 lus viuificauit intellectus? Ad hæc obedientiā erga legē dicis
 tantū placere propter fidē, fatemur: & teipso, etiā si nolis, au-
 thore addimus, iustificare propter fidē. Audebis ex hoc tuo
 axiome colligere. Ergo nō placet? Ergo nō iustificat? Tantū
 colliges nō solā iustificare, nō solā placere, q̄ iudēi credebāt.
 At nos vicissim ex tuis verbis colligemus, fidē non solā per
 se placere, sed per obedientiā legis, non se sola iustificare: sed
 per charitatē, per quam operatur. Vides q̄ multa peccaueris,
 dū peccare nos in scholastico (quod appellas) argumento co-
 naris ostendere. Iam fides, vt ad alterā argumēti solutionem
 descendamus, qui potest inesse voluntati, cū sit notitia certa
 nō tamē euidēs rerū diuinarū, vt à theologis omnib⁹ descri-
 bitur, & ab apostolo, quod quē sequuti sunt, significatur: id
 & tu nō potes inficias ire, qui nō semel dixeris fidem esse no-
 titiam, motus Isaię verbis, quibus ait: notitia Christi multos
 esse iustificādos: nunc argumētatione coactus negas illā esse
 in intellectu, cui oēs notitię insunt. Haud enim minoris est
 demētię, spirituales cognitiones cuiuscūq; sint gradus & or-
 dinis, intellectui negare, q̄ oculis visiones: si res tibi esset cū
 technologicis, obijcerent tibi metā contradictionis (vt illi lo-
 quuntur) aut saltē cōtenti essent, adduxisse te in tā apertum
 incōueniēs, vt cōtra omniū cū philosophorū tū theologorū
 sententiā dicas, fidē esse in voluntate. Quid obsecro reliquū
 facis intellectui, vnde perfici queat, si fidē illi adimis? Vbi est
 illud Pauli: de ecclesia captiuante omnē intellectū in obse-
 quiū Christi: fide nimirū cogēte credere quod nō videtur?
 Et illud: de incredulis quod tenebris obscuratū habeāt intel-
 lectū? An est aliud fides, q̄ sapientia illa, quę toties in scriptu-
 ris sanctis appellatur panis intellectus, panis verbi, aqua sa-
 pientię

Confutatio po-
sterioris.

Heb. 11.

Isa. 55.

2. Cor. 10.

Eph. 4.

pientię, lumen, veritas, & id genus alia, q̄ intellectu duntaxat
 percipiuntur? Hic est mentis oculus, quo videmus nunc per
 speculum in enigmate, qui ex parte cognoscimus & ex parte
 prophetamus. Et aduersus hæc & alia huiuscemodi notiora,
 q̄ vt oporteat cōfirmari, audet Philippus dicere, fidē esse in
 voluntate, idq; nō semel. Quid iā nō tribuet fidei? Quid mi-
 ramur, q̄ iustificationē & peccatorū remissionē illi tribuerit
 facile est ei, etiā bonorū operū remissionē tribuere. Quis illū
 argumento compescet, qui nihil moratur asserere, quod oēs
 negant: negare, quod oēs aiunt. Negat enim (vt ad aliam eius
 respōsionē iam accedamus) bona opera vtilia esse faciētibus.
 Responderant (vt dicit) theologi, qui Augustę causam eccle-
 się sustinebant, illud quod Luca Christus ait: Cum feceritis
 oia quę præcepta sunt vobis, dicite serui sumus inutiles, in-
 telligendū esse per psalmographi verba. Dixi domino deus
 meus es tu, quoniā bonorū meorū nō eges: & ita nos, cū be-
 nefacimus, inutiles esse deo, cui nihil cōmodi, nihil vtilitatis,
 de nostris operibus potest accedere: eadē tamē opera vtilia
 esse nobis, quibus secundū opera se Christus retributurum
 esse p̄mittit. Addiderunt etiā, in fidē quoq; posse cōpetere,
 quod inutiles sit deo, vtilis vero nobis. Quid simplicius? quid
 breuius, quid verius dici potuit, q̄ bona opera inutiles esse
 deo, facientibus vtilima? Et tamen hic exclamat Philippus:
 Videte (inquit) q̄ delectet aduersarios puerile studiū sophisti-
 ces. Vbinā latet sophisma? Non est sophisma sacras literas in-
 tercipere, euertere, atq; peruertere, & sophisma videtur ex-
 positio, per locorū collationē ab eadē scriptura sumpta? Vos
 o Germani, vestrumq; appello candorē, vt conferatis hanc
 nostrorū respōsionē cum ea, quā paulō antē Philippus pri-
 mo dedit argumento, & iudicetis vtra simplicior, vtra bre-
 uior, vtra dilucidior sit, & à tergiuersandi studio omnino re-
 motior. Est etiā operapreciū audire, quomodo ceteris respō-
 deat argumētis, qui respōsionē nostrā queritur esse sophisti-
 cā. Cū videret se locis apertissimis vrgeri, cūq; multis ver-
 borū

Luc. 17.

borū inuolucris vsus, nō sibi visus esset satisfacisse, ad grāma
 ticales tropos cōfugit, & dicit quēdā esse accipiēda per sy-
 necdochen, illud scilicet quod habetur Luc. 7. Dimissa sunt
 ei peccata multa, quoniā dilexit multū. Et illud: Si vis ad vi-
 tā ingredi, serua mandata. Item illud: Factores legis iustifica-
 buntur. Quēdā verò per hyperbolem, vt est illud Tobia. 4.
 Eleemosina ab omni peccato & à morte liberat. Quanq̄ diffi-
 sus huic responsioni addit: eleemosinā prodesse, sed non sine
 Christo, quasi nos quæ sine Christo fiant, eleemosinas à pec-
 catis liberare dicamus. Quòd si serio hęc & huiuscemodi alia
 respondet Philippus, & nō eò potius vt fucū faciat imperi-
 tis: miror hominē eruditū & imprimis rhetoricū non obser-
 uare, quid illi cū aduersario in causa cōueniat, quid sit quod
 in litis siue disputationis veniat cōtrouersiā. Erat enim opti-
 mi oratoris & peracuti dialectici, primū statuere, qua de re,
 aut quibus de rebus sibi suscipiendū esset certamen: vt pro-
 eis tantū vel aduersus eas suos conatus, argumenta, rationes
 verba etiam, si fieri posset, omnia dirigeret: alioquin fieri nō
 potest, quin more andabatarum cecus irruens, nunc pectus
 nudum exponat hosti, nūc ictus q̄ plures in cassum iaciat, &
 interdum se suo gladio iugulet, id quod frequenter vsu ve-
 nit Philippo. Nam synecdoche tropus, quid habet cū his lo-
 cis, nisi dicere velit, euangelicæ iustitiæ partem pro tota acci-
 pi, vt nō sola charitate & obseruatione mandatorū dei iusti-
 ficemur, sed etiam fide, quæ pars est iustitiæ christianæ, & ad
 vitæ aternæ cōsequutionem apprime necessaria. Id nos libe-
 ter accipimus, & vtrò fatemur: atq; vtrinam tam facile Phi-
 lippus nobiscum in veritatis inuestigatione cōueniret, q̄ spō-
 te nos illi vbi pro veritate loquitur cederemus: fatemur em̄
 neminē iustificari sine fide, charitatemq; & eius opera nō to-
 tam esse iustitiam, sed partem tamen præcipuam, fateatur
 idem & ipse nobiscum, & nollit tam insolenter, nō modo no-
 bis, verum & sibi ipsi contradicere, iustitię summā soli fidei
 tribuēdo, quod synecdoche tropus nō finit. Significat enim
 aut

aut totum à parte, aut partē à toto. Itaq; respondere, verba il-
 la per synecdochem esse dicta: est nihil obscure, charitatē iu-
 stitiæ partē esse, fateri. Hęc autem expositio quomodo con-
 stare possit ei, qui totā iustitiam tribuit fidei, & charitatem à
 iustificatione & peccatorū remissione prorsus excludit, vide-
 rit Philippus: iam cum quarto quoq; verbo tā multipliciter
 peccet, quis tamē enumeret, quæ crimina, quas blasphemias,
 quas hæreses, nobis inter respondendū impingat, quòd sine
 fide, sine gratia, sine Christo velimus hominem iustificare,
 quod ad hoc abutamur testimonijs: quæ nō modo nos non
 iuuant, verū pro suo dogmate maximè faciūt. Quod genus
 est illud Iacobi. 5. Videtis igitur quòd ex operib' iustificetur *Iac. 5.*
 homo & non ex fide tantū, Huius loci responsionē miro ver-
 sat artificio: primo (quod facillimū est) paruifacit argumen-
 tum: concilio ac ratione destitutis cōmune præsidium occu-
 pat, nēpe contumelias & maledicta, à quibus exorditur. Sed
 est facilis (inquit) & plana responsio: si non assuant aduersarij
 suas opiniones de meritis operum. Iacobi verba nihil habēt *Philippi respon-*
 incōmodi. Sed vbi fit mentio operum, aduersarij affingunt *sio ad Iacobum*
 suas impias opiniones, quòd per bona opera mereamur re-
 missionē peccatorum, quòd bona opera sint propiciatio, ac
 præciū, propter quod Deus nobis reconcilietur, q̄ bona ope-
 ra vincant terrores peccati, & mortis: quòd opera corā Deo
 propter suam bonitatē sint accepta, nec egeāt misericordia,
 & propiciatore Christo. Horū nihil venit in mentē Iacobo,
 quæ tamen omnia nunc defendunt aduersarij prætextu sen-
 tentiæ Iacobi. Primū igitur hoc expendendum est, quòd hic
 locus magis cōtra aduersarios facit, q̄ contra nos & c. Imma-
 ne, quantā impietatem ostentat Philippus, q̄ hæctenus nescie-
 bamus, latere inter Christianos. At quid interim respondet
 ad Iacobi verba, vt illa in aduersarios vibret: longū esset nūc
 omnia transcribere quæ cōminiscitur, sic tamen interdiferen-
 dum colligit. Non igitur sentit Iacobus, nos per bona opera
 mereri remissionē peccatorū & gratiam. Præclarā verò col-
 lectionem,

Q

lectionem,

lectionē: quasi nos ad hoc citemus Iacobum, vt eius auctoritate credatur, posse homines mereri peccatorum remissionem & gratiam. De iustificatione & peccatorum remissione ita agimus, vt non operibus nostris aut meritis contingere nobis asseramus, neq; nostrorum quisquā asseruit: gratis iustificari nos credimus a deo propter Christum, iustificationem verò non sola fide, sed etiam charitate & operibus bonis contineri defendimus, ita vt quāuis nō propter charitatem & eius opera, charitate tamen & operibus eius, & nō fide tantum iustificari nos asseramus. Ad hoc citatus est Iacobus, ab hoc erat eius auctoritas auertenda, quod cum efficere non possit Philippus, ipse sibi comminiscitur, quod expugnet. Addit autē collectioni: Loquitur enim (Iacobus scilicet) de operibus iustificationum, qui iam sunt reconciliati, & accepti, & consequuti remissionem peccatorum. Quid ego audio? Iacobus dicit hominē operibus iustificari: Philippus opera illa non iustificare: sed ab eo qui iam dudum fuerat sola fide iustificatus fieri: vtri eorum credemus? nam hæc duo dicta procul dubio sibi vicissim aduersantur, neque possunt quoquomodo simul esse vera: eiusdē est farinae alia responsio quam paulò post comminiscitur, oblitus nempe respondendi legem, qua dixerat in bonis & firmis causis vnam & alteram sufficere solutionem ex fontibus sumptā: Ex quibus fontibus: ipsius nimirum causę. Atqui huic argumento plus res dat solutiones, quippe quòd nulla sit sufficiens, & omnes extra causam: Sed hanc, de qua diximus, nunc demū audire: Iustificari, inquit, significat hic non ex impio iustū effici, sed vsu forensi iustū pronunciarī, sicut hic: Factores legis iustificabuntur: Sicut igitur hæc verba nihil habēt incōmodi: Factores legis iustificabuntur, ita de Iacobi verbis sentimus: Iustificatur homo, non solum ex fide, sed etiam ex operibus, quia certe iusti pronunciantur homines, habentes fidem & bona opera: Quis nō videat Philippum tanta varietate solutionū

Rom. 10

lati.

latitanti, similem & lucem fugienti, huc atq; illuc discurre, quo veritatem effugiat? Sed à quibus obsecro aut in quo iudicio pronunciantur iusti factores legis quos Paulus & Iacobus iustificari, pronunciant? Ab hominibus fortasse. Atqui apostoli Christi non de iustitia differebant humana: quinimo Paulus confidenter clamat: Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, qui enim me iudicat, dominus est. A Christo ergo & in eius iudicio pronunciantur iusti legis factores, id quod locus ipse Pauli declarat, cuius verba sunt: Non enim auditores legis iusti sunt, apud Deū, sed factores legis iustificabuntur. Vides eodem loco iustificari non pro iustum pronunciarī, sed pro esse iustum accipi, idque apud Deum, ne interim ad humanam iustitiam cōfugas, vt soles, quando sola coniunctione aduersatiua interposita, quod negatur auditoribus legis, factoribus tribuitur nempe esse iustos: Apud Deum igitur & in diuino iudicio iusti pronunciantur & habentur, & sunt illi, qui non fidem habent solummodo, sed & opera, vt Iacobus contendit, quos factores legis Paulus appellat, quòd si verum est homines sola fide iustificari, quod Philippus asserit: falsum igitur erit aut iniquum dei iudicium, quod factores legis iustificat, vt Paulus ait: & nō sola fide iustificat hominē, hoc est, iustū pronunciat (donemus interim hoc Philippo) sine operib⁹: quod Iacobus, Philippo etiam inuito defendit. Tandem in quarto paragrapho postquā tentauit simplicia apostoli verba varijs commentis inuoluere, ad consuetam modestiam reuersus: ita (inquit) videmus in his sententijs nihil esse vicij, sed aduersarij deprauāt eas, qui de suo affingūt impias opiniones &c. Nobis nihil certius est, q̄ apostolicis sententijs nihil inesse vicij. Vtinā tā persuasum sit omnibus, qui Luthero credūt. Animaduertitis, reor viri germani, quid hic dissimulē. Eadē simplicitate qua ceteris locis & argumētis respondet quarto etiam capiti prioris epistolę diui Petri, vbi dicitur charitas operire

1. Cor. 4.

Q ij

operire

operire multitudinem peccatorū. Summa responsionis eius est quod peccata, quę charitas operit, non sunt illius, qui charitatē præstat. Sed alterius, cui per charitatem indulgetur, & ignoscitur. Non de proprijs (inquit) delictis, sed de alienis loquitur cum ait. Dilectio regit delicta, videlicet aliena, & quidem inter homines: id est, etiā si quę offensiones incidant, tamen dilectio dissimulat, ignoscit, cedit, non agit omnia summo iure &c. Hanc expositionē probat per dissidia Cæsaris & Pompei: confirmat vulgari sententia, Mores amici noueris, non oderis. Conciliat ei aliū locum ex Paulo ad Collossenses, quasi quia semel de charitatis officio erga proximum loquutus est Paulus, omnia quę de charitate dicuntur, de eisdem oporteat intelligi. Citat tamē, quod grauioris est auctoritatis, & proprius accedit ad rem, eadē penē verba ex decimo capite prouerbiorū. Veruntamen vndecunq; apostolus Petrus verba sumpserit, nihil refert ad sententiā, quę ex totius orationis apostolicę contextu est colligenda, præsertim cum prouerbia non citauerit, quod consueuerūt apostoli facere, vbi veteris testamenti opus est verba produci. Hoc igitur in loco perspicuū est, non hoc agere Petrū, vt tradat ciuiliū officiorū regulas & præcepta: sed vt ostendat quibus pietatis operibus deprecari possent ij, quibus scribebat, multa ac varia peccata, quę antehac admiserant. Attigerat ea in tertio capite, in cuius fine de consciētę puritate incipit differere, ostendens quā potissimū ratione queant illā adipisci, nimirum per baptismum, quod non modo extimē corpus intrinsecus, verum & intimē abluat mentem, ac mutet: addit Christi mortem & resurrectionem, quarum alteram familiare est apostolis peccatorum remissioni, alteram iustificationi & vitæ nouitati referre. De his differit cap. 4. recensens primò catalogum peccatorum, quibus obnoxia erat mens sine Christo: addit autem remedium per fidem & charitatem. Fidem doctrina & oratione significauit, quia fides exaudiri est, vt Paulus inquit: & oratio in fide postulat, vt postulata queat obtineri:

Rom. 10

obtinere: nec vllum est fidentis animi signum expressius oratione. Charitatem verò proprio nomine descripsit, excellentiæ quoque notam illi addēs. Ante omnia (inquit) mutuanam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Quorum peccatorum? Illorum profectò quorum reos ostenderat, ad quos scribebat. Alioquin non continuatiua coniunctione vtendum illi erat, quā posteriora referret superioribus, sed adiunctiua, quā viam sibi faceret ad inferiora, dicendumq;: vt charitate operiatis, siue vt charitas operiat multitudinem peccatorum: cum verò dicat. Quia charitas operit multitudinem peccatorum: quibus potuit verbis apertius ostendere, charitate nobis præterita peccata de quibus diserebat operiri? Vtus est autem operiendi verbo, ea phrasi quā propheta pronunciat, beatos quorum tecta sunt peccata, non hominum conuientia, sed condonatione diuina. Atque hic est verus & germanus apostoli sensus apostolorum principe dignus: non de Romanorum chronicis aut vulgi sententijs, sed ex ipsius Petri præcedentibus paulo ante verbis ipsaq; orationis cõtextura productus quem sequutos esse patres cum Græcos tum Latinos eorundem (quod inferius est videre) verba declarant. Plura alia loca refert, confessioni fuisse de scripturis obiecta: ad quę, cum hominem charitatis ac pietatis operibus iustificari, eidemque peccata dimitti, nihil obscure probent, vt probant ea quę nos citauimus, identidem respondet, verū esse, sed non sine Christo. Quā responsione ita nobis assentitur, vt tamen se victum fortiter dissimulet: quinimo quo vitare possit causæ pudorem amissæ: non illum pudet execrandę nos insimulare blasphemię. Hoc enim omnibus suis responsionibus agit, vt omnes credant, nos sine Christo & eius fide polliceri hominibus legis obseruationem, iustificationem, peccatorum remissionem, & ad genus alia, quę dona Dei esse nemo non credit. Ad has (inquit) sententias & similes de operibus primū hoc respō-

Philippica. 10.

Q. iij demus,



demus, quod supra dictū est, legē nō vere fieri sine fide, nec placere nisi per fidē in Christū, iuxta illud: Sine me nihil potestis facere. Item: sine fide impossibile est placere deo. Item: per Christū habemus accessū per fidē. Itaq; quoties requirūtur, & probantur opera, addendū est euāgeliū de Christo &c. Felix si sic omnia dixisset. Ego quidē nō pedibus modò, verū manibus, capite toto demū cū corpore tū animo in sententiā eius descenderē. Cū enim euāgeliū addit operibus, procul dubio fatetur euāgeliā promissionē nō apprehendi, nisi ab operantibus, ac perinde nō solā fidē euāgeliā, verū & euāgelica opera iustificare. Quando enim ignauis aut desidiosus se promitteret fore propiciū Christus, cū dicat arētā esse viā quæ ducit ad vitā, regnumq; celorū vim pati, & à violentis esse possidēdū: Verissimū itaq; fatemur esse quod Philippus dicit: legem nō vere fieri sine fide, nec placere nisi propter fidē & Christū, cui credentes fidimus, fidei tamē adiuncta legis observatio placet, placat, atq; adeo iustificat: Hoc est, facit ut non imputentur nobis peccata, quæ ante fidē per incredulitatē perpetrātur, vel post fidē humana fragilitate quotidie admittuntur, etiā ab ijs quibus nihil est prius virtute, nihil antiquius, q̄ diuinis se per oīa præceptis accommodare, quibus fides multipliciter prodest. Primū q̄ fide intercedēte, Christus cōfert illis vim, ut legē, ad quā humanæ vires nō attingebant, obseruent, ad hoc enim in similitudine carnis peccati venit, ut quod impossibile erat legi perficere, iustificatio legis impleretur in his, qui nō secundū carnē ambulant, sed secundū spiritū. Secundo q̄ ipsa legis observatio quantumlibet perfecta, qualis vix reperitur, inefficax esset ad æternā felicitatē, nisi per Christū, cuius mēbra nos facit fides, æternitatē quandā obtineret in merēdo. Hinc enim fit, ut quod momentaneū est & leue tribulationis nostræ, supra modū in sublimitate æternæ gloriæ pondus operetur in nobis. Terriō q̄ cum capeffentibus æternitatē hāc, in via, qua ambulamus (ut ait propheta) absconderint superbi laqueū nobis tā multiplicē, ut nemo

Rom. 8.

2. Cor. 4.

ut nemo queat euadere, quin aut corruat, aut cadat, aut hæreat, aut celsipitet, Christus semper credētibus adest, ut iacentes erigat, errātes dirigat, cadentes subleuet, labātes sustineat hærentes expediat. Nā dominus soluit cōpeditos, dominus illuminat cecos, erigit elisos, dominus diligit iustos. Quos iustos, nisi quos soluendo, illuminando, erigendo, dirigendo, trahēdo iustificat: Quartò q̄ eadē fides facit, ut cadētes, colliti, & obruti facinoribus, non desperemus de Christi misericordia, qui ut quotidie experimur, sanat cōtritos corde, & aligat cōtritiones eorū. Quiq; per pphetas suos quotidie clamat: Conuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos. Hæc gemina conuersio est quæ hominem iustificat, hoc est, quodam modo deo componit & æquat. Quòd si quæras, quomodo debeat fieri, in promptu est tibi forma, quam per Iohelē cap. 2. dominus tradit: Conuertimini, inquit, ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu, & planctu: Scindite corda vestra, & nō vestimenta vestra, & conuertimini ad dominū deum vestrū, quia benignus & misericors est, patiens & multum misericors, præstabilis super maliciam. Habemus gratuiam promissionem diuinæ erga nos propiciationis & clemētiæ, quæ sine vestium concisione, hoc est, veteris iudaismi ritibus hominem procul dubio semel apprehensa iustificat. Sed oportet animaduerrere quibus legibus apprehendatur, totius nimirum cordis conuersione, quam externa opera, si facultas asit & opportunitas, profiteantur. Fides itaq; promissioni credit, sed vera legis observatio charitas, quæ fidem perficit, promissionis fructum apprehendit, peccatorum nempe remissionem, iustificationem, & horum omniū mercedem, æternam felicitatem: Hæc est catholica totius ecclesię doctrina, quam quosdam, qui veniunt in vestimentis ouium, intrinsicus autem sunt lupi rapaces. Humanis interdum traditionibus, priuatim ad quæstus & lucrum excogitatis, obscurasse, haud inficias inuis, semper tamen pijs in libertatem,

Psal. 145.

Psal. 146.

Zach. 1.

tatem, citra hæreses & scandala, veram pietatem licuit asserere: quod nostra mediocritas est non semel experta. Quare non iniuria Lutheri & Philippi excusationem reiſimus, qua missarum nobis cauponationes, rosariorū, fraternitatū, imaguncularum, & cæterorū id genus præposteram vulgi fiduciam obijciunt, quā inuexit sanè quorūdam auaricia, qui quæstū existimant pietatē: ecclesia tamen minimè probante, licet episcopis plus iusto fortasse conuiuentibus. Reiſimus (inquam) huiusmodi excusationes, quia non decebat, bonis Christi & ecclesiæ legibus peruersos hominū obesse mores: nec erat præuolūtatis morbo intellectus deprauatione medendum. Maneat catholicis veritatibus sua fides: maneat suus honos ecclesiæ cum legibus tum antiquis consuetudinibus. His reuerēter prætermiſſis & intactis, inuehamur in vanos hominū abusus, exclamemus in vicia, excandescamus, etiam si placet, in scelera, quæ longa cōsuetudine peccantium, pastorū cessatione atq; socordia, quasi legū vim apud vtriusq; ordinis plerūq; proceres sunt adepta: euangelica tamen modestia seruata in primis, de qua Christū nos admonuisse reor cum dicit: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ: id quod hac potissimū ratione præstabitimus. Si cæterorū crimina cum verbis tū moribus nostris dānantes, nominibus, vbi correctiōis aut cōmunis totius ecclesiæ vtilitatis spes non affuerit, pepercerimus: fratres enim & conserui nostri sunt principes, pontifices, monachi, sacerdotes, & cæteri, quorum offendimur moribus. Domino stant aut cadunt, quin plures illorū credendi sunt stare, potens est enim Deus statuere illos. Iam si quis contendat, in hac doctrina de fide & operibus mihi & Philippo per omnia cōuenire rebus, verbis tantū abire diuersos: ego non video, qui possint cōuenire nobiscū illi, qui cum in responsionibus argumentorū iustificationis partem charitati concesserint, dissentienti tamen studio non modo charitatem à iustificatione diferendo secludunt, hominē sola fide iustificari dicūt: verum,

Rom. 14.

Quantū discrimi-
nis sit inter Phi-
lippicā dogmatā
& catholicā sen-
tentiam de iusti-
ficatione.

verū quo magis videamur illis aduersari, fingūt nos docere hominē solis operibus iustificari etiā sine fide, qua nulla potest esse vanitas impudentior. Veruntamen nihil ego grauius Philippo cedere, modo ingenuè, quod facillimū est, & in primis necessariū, deserat verborū nouitatem, qua hæcenus tot scandala sunt genita, tot hæresibus occasiones aperta. Ad hæc diuinæ legis præcepta nō cōtēnat, cuius finis est, nō fides sola, sed charitas (inquit Paulus) de corde puro, cōscientia bona, & fide nō ficta. Et addit: quod ab his quidā aberrantes cōuersi sunt in vaniloquiū, volētes esse legis doctores, nō intelligentes, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmāt. Quid verò est ab his aberrare, nisi aut legē, hoc est, charitatē à fide aut fidē à charitate in iustificatione seiungere, cū vtrāq; semper apostolus in operatione coniungat? Nam q; nuuc propētior est in hāc, nūc in illā, varietas morū, cōditionis affectuū aut errorū gentis ad quā scribebat, erat in causa. Cæterū cum vnū totius euangelicæ doctrinæ prædicatorem instituit, quid illi præcipiat audiamus. Formā habe, inquit, sanorū verborū quæ à me audisti in fide, & in dilectione in Christo Iesu: Hic ostendit apertè quid siue per epistolas siue per sermones (nā vtroq; modo perhibet se tradidisse præcepta) de fide & charitate docuerit, nec satis est ei, si bonā habeamus doctrinā, nisi & formā sanorū verborū in docendo seruemus, hoc est, iis vtamur verbis, quæ nullū errorē, nullū scandalū, nullā deceptionē gignere possint in animis audientiū. Hāc formā si Lutherus, si Philippus, si cæteri eiusdē classis seruare voluissent viri germani, minimè vobis nunc opus esset nostra monitio qui cæteros cū verbis tū exemplis olim verè atq; catholicæ pietatis admonere cōsueuistis. Vnde enim tanta pietas, tāta probitas, tanta religio, quāta ex Germania, priusq; Lutherus illā fascinaret, multis à suscepta Christi fide seculis pderat? Nunc verò: At præstat verbū nullū addere, quando decreui quos causa vinco, superare modestia: Apostolicis duntaxat verbis disputationē claudamus. Pax dei quæ exuperat omnē sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in

1. Tim. 1.

Cur apostolus uē
deatur uariis in
doctrina de fide
& operibus.

Phil. 4.

R

Christo

Christo Iesu. De cætero fratres quęcunq; sunt vera, quęcunq; pudica, quęcunq; iusta, quęcunq; sancta, quęcunq; diligēda, quęcunq; bonę famę, si qua virtus, si laus disciplinę hęc cogitate, & deus pacis erit vobiscum.

PHILIPPICA NONA. ¶

De pœnitentia & absolutione.



Is quę hactenus de iustificatione diximus, maximè connexa sunt oĩa, quę de pœnitentia & absolutione differuntur, idcirco quę articulis vndecimo & duodecimo cōfessionis vestrę germani tradantur, mihi visum est hic de pœnitētia disputare, alioquin multa eorū quę modo diximus, essent nobis denuo repetēda. Hac de re vestra cōfessio ita sententiā explicat, vt nostrā damnet: & si Christo placet, hæreticorū sententijs annumeret. Damnat is anabaptistas, qui negāt semel iustificatos posse amittere spiritū sanctū. Dānat is nouatianos, qui nolebāt absoluerē lapsos post baptisma redeūtes ad pœnitētiā, post hos subiicit is eos qui nō docent remissionē peccatorū per fidē cōtingere, sed docēt remissionē peccatorū contingere propter nostrā dilectionē & opera. Si qui sunt, qui à remissione peccatorū fidē excludant, tanq̄ nō necessariā aut inefficacē, meritō reiiciunt à vobis, nullos tamē credo hactenus ita desipuisse, sed doctores vestri, vt ingenuè dicā, in hoc & alijs huiuscemodi vobis imponūt, falsa dogmata ex vera theologorū doctrina cōfingentes, quo nos vobis reddant suspectos & inuisos, & ipsi habeant aduersus quos insurrexisse videantur, dū infictas opiniones maximo conatu, vt somniātes in propria simulachra inuehantur, & fingentes sibi mōstra quę vincāt, meras umbras ducūt in triumphū. Fuerūt hactenus nostri fateor propēiores in charitatē & charitatis opera cōmēdāda, q̄ in fidē. Sed hoc nō eō fiebat, q̄ ignorarēt fidē ante oĩa necessariā esse sine qua impossibile est placere deo, sed quod viderēt adesse

tempo

tempora, de quibus Christus ait futurū: vt iniquitate superabundante multorum charitas refrigeret. Id quod experientia non pauca docent, totus enim mundus iniquitatibus abundat, à quo charitas propemodū exulauit. Quam ob rem hoc opus hic labor est, huc totis viribus adnitendum, ac velis remissq; (quod aiunt) incumbendum, vt homines ab iniquitatibus arceantur, studeant charitati. Fidem enim, quatinus vulgus eam intelligit, & assequi potest, omnes sese credunt habere, quicunque sunt Christo per baptismum initiati priuatas theologorum subtilitates de fide non intelligunt, tantum abest, vt Lutheri hyperboles, & paradoxa queant animo comprehendere, Siquidē (quod Cicero verissimè dixit) alia est illa, cum veritas ipsa limatur, in disputatione subtilitas, alia cum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio: in qua & si nihil debeat erroris inesse, veritatem tamen oportet vulgaris intelligentiæ captui adaptari. Quare de fide differentibus non est opus Lutheranas aut Philippicas admiscere hyperboles, quę vix in disputationibus explicantur, sed ex ipsa vulgari sententia genus quodam infidelitatis, quod hodie fidelibus maxime nocet, exprobrare. Horum vtrumq; facillimum est, quando videmus fidem semel in baptismo susceptam non amitti, nisi aut incredulitate, aut hæresi: remitti tamē, & velut extingui, si charitas desit. *Iac. 2.*
 Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum. *1. Cor. 13.*
 Et si habuero omnem fidem, ita vt montes transferā charitatem autem non habuero, nihil sum. Fidei ergo virtus & energia cum sit charitas, quia fides per dilectionem operatur, certissimum est, eatenus fidem in nobis augeri, quatinus charitatis operibus excitatur, & accenditur. Ex his colligitur nostrorum doctrinam non modo piam verum & utilem hactenus fuisse. Non de ijs loquor, qui superstitiones præculas aut inanes peregrinationes maximo interfit, confiden-
 pro eis regnum cœlorum, modo pecuniola interfit, confiden-

R ij

tissimè



Lutheranorū sententia de pœnitētia.

Matt. 24.

Vulgi fides.

Iac. 2.

1. Cor. 13.

Ad Galis.

tissimè pollicentur, pseudologi cauponatores, non theologi
 doctores. Sed de ijs qui cum Paulo excellentiorem charita-
 ris viam nobis demonstrant, beneficiæ & communicatio-
 nis nos admonent, talibus enim hostijs promeretur Deus.
 At vestrorū doctrina, vt impia non sit, certè utilis esse non
 potest: quia maximè sibi vulgus per eā de nomine christia-
 no blanditur, cum audit, pœnitentiæ vim sitā esse in fide, qua
 sola peccatorū remissionem cōsequantur: modo firmissimè
 credant, prolata dūtaxat absolutione, etiā si cetera omnia ne-
 glexerint, se cōsequutos. Et hac doctrina vsq; adeo insolescit
 Philippus, vt dicat se & ceteros, qui Lutherū sunt sequuti,
 beneficium absolutionis & potestātē clauium ita illustrasse,
 & ornasse, vt multæ afflictæ cōscientiæ ex doctrina eorū con-
 solationē conceperint: postq̄ audierunt (inquit) mandatum
 Dei esse: immò propriā Euangelij vocem, vt absolutioni cre-
 damus: & certò statuamus, nobis gratis donari remissionem
 peccatorū propter Christū, & sentiamus verè nos hac fide
 reconciliari Deo. Et addit: Hęc sententia multas pias mentes
 erexit, & initio cōmendationem maximam apud omnes bo-
 nos viros attulit Luthero, cum ostendit certā & firmā con-
 solationem cōscientijs: quia antea tota vis absolutionis erat
 oppressa doctrinis operū, cum de fide & gratuita remissione
 nihil docerent sophistæ, & monachi. Liceat mihi, viri Ger-
 mani, vestra omnium & eius obsecro pace id respōdere Phi-
 lippo, quòd veteri prouerbio vulgo iactatur. Oportet men-
 dacem esse memorem: Nam vt hic non fuerit studio men-
 titus, quod facillè credam, certè memoria lapsus est, in com-
 memorando primam Lutheri doctrinam de pœnitentia:
 Primam dixi, quia variè hac de re, sicut & de cæteris, quas
 nouo dogmate conuulsit, loquutus est aliquoties: Primò
 nanque non fidei, sed charitati pœnitentiæ summam vimq;
 tribuerat, theologorum contritiones explodebat, irridebat
 attritiones, timores damnabat, nec à terroribus istis, quos
 modo dō incutit, sed à dilectione existimabat, inchoandam esse
 pœni-

Philippus de pœ-
 nitentia

Primum Lutheri
 dogma de pœni-
 tentia.

pœnitentiam: Hęc constant, tum ex conclusionibus quas
 tunc temporis cum à germanis theologis vrgeretur misit
 ad Leonem pontificem summum: tum ex lucubrationibus,
 quibus mox, non proponendo iam vt prius, sed afferendo
 cœpit ea contentè defendere. Damnata verò sunt ab eodem
 pontifice, & à Luthero, non modo non mutata, aut commo-
 da quapiam expositione lenita, verum nouis aucta blasphe-
 mijs, procacius defensa. Nunc vestra confessio & Philippi
 apologia contritionem & timorem, tametsi mutato in terro-
 res nomine, exigit ad pœnitentiam, theologos & communē
 ecclesiæ doctrinam in hoc etiam si nollit sequuta, charita-
 tem vero ab ea prorsus excludit. Reijcitis enim, & inter hæ-
 reticos adnumeratis eos, qui docent remissionem peccato-
 rum contingere propter nostram dilectionem, aut crasse ni-
 mis obliui, aut impiè damnantes, quod Christus ait: Luc. 7. Luc. 7.
 Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.
 Sed de his hætenus satis superque diximus. Reliquum est,
 quæ specialius de pœnitentia continet vestra cōfessio, in me-
 dium producere. Non satis est vobis, confessionem simpli-
 citer proferre, verum & doctrinam additis de partibus pœ-
 nitentiæ, quasi necessarium sit, vt qua de re, nec firmam qui-
 dem & communem omnibus opinionem sapientes sunt as-
 sequuti, de eadem vulgus fidem habeat explicitam, quam
 conceptis verbis profiteatur. Pœnitentiam omnes catholici
 credunt, de partibus eius non perinde conueniunt, quod
 multa sint ad pœnitentiam necessaria, quæ tamen non sunt
 ipsius pœnitentiæ partes: Sicut multa sunt ad politicam iusti-
 tiam necessaria, quæ iustitiæ partes non sunt. Quam ob rem
 sicut satis est vulgo vitare libidinem, absque eo quod eius
 omnes partes & species intelligat distincte, aut possit enun-
 ciare disertè, ita satis est ei, si sacramenta suscipiat à Christo,
 vt symbola essent gratiæ instituta, absq; eo quod distincte in-
 telligat vniuscuiusq; sacramenti diffinitiones & partes: quādo
 R. iij enim

enim agricolarū & opilionū vulgus hoc assequetur? An omnes hos & id genus alios ab aeternae vitae iure secludemus, quā non valēt Lutheranae fidei argutias, & sacramentorū partes, de quibus inter eruditos minimè conuenit, intelligere? Ceterum vt necessario ista (quod nunquā cōcesserim) in vestra cōfessione sint posita, despiciamus an verè, cōfessionis verba sic habent: Constat autē pœnitentia propriè his duabus partibus, altera est cōtritio, seu terroris inculsi cōscientiæ agnito peccato: altera est fides, quæ concipitur ex Euangelio seu absolute, & credit, propter Christū remitti peccata, & consolatur cōscientiā, & ex terroribus liberat. Istā pœnitentiæ vestræ consolationem Philippus auget in apologia, præscindēs (vt dicit) à cōtritione illas ociosas & infinitas disputationes: quādo ex dilectione Dei, quādo ex timore pœnæ doleamus. Sed dicimus (inquit) contritionē esse veros terrores cōscientiæ, quæ Deū sentit irasci peccato, & dolet, se peccasse. Quā vellem, vt Philippus istos veros terrores, quibus seriò cōscientia (sic enim illos exponit) dolere consuevit, à falsis mihi distingueret, quibus iocò dolere possit: vt, sublatis disputationibus nostris ociosis de duplici contritionis origine, aliquid lucidius ipse, quod nulla indigeret questione, pro nostris disputationibus substitueret. Nobis vera contritio verus timor est, qui iure dicitur filialis, etiā si non sit vsq; quaq; perfectus, cum animus nollet Deū offendisse, quem se tamē offendisse recolit. Nā tristitiā ita diffinit Augustinus: vt sit animi cōmotio de ijs rebus, quæ nobis nolentibus accidunt: idcirco qualis fuerit res ipsa, propter quā tristitia afficimur aut timore, talis erit timor noster & tristitia, siue vera siue falsa. Hoc discrimen non potest dignosci per affectus ipsos, quatinus sunt qualitates animū immutātes, quoniā hoc modo æquè vera est vna tristitia, sicut alia, etiā si non sint æquales: sed dignoscitur ipsa radice perturbationis, quam appellamus obiectū: ita vt tristitia quæ oritur ex vero malo, vera tristitia sit, quæ verò ex malo apparenti, dicatur appa-

rens au

rens aut falsa tristitia, tamen si quandiu obiectū animo apprehenditur vt malum, æque verè contristat & merore afficit animū, vt si vero malo esset cōmotus. Ita, quod ad ipsas affectiones attinet, nulla tristitia nō est vera tristitia, atq; adeo nullus dolor, nullus terror nō est verus: nec vnq; anima non seriò dolet, q̄diu quoquomodo dolet. Idem iudicandū est de timore: vtriusq; enim affectus radix & obiectū est malū, sed tristitiæ, re aut recordatiōe præsens, timoris verò, re aut opinionione saltē futurū. Tristitia ergo si sit de peccato præterito, quod quisq; nolet admisisse, vera tristitia est dicenda: quoniā de vero malo adeoq; digno quòd merore animum afficiat, oritur: si verò ita sit de futura pœnæ, cuius reus iam tenetur animus, consideratione, vt secluso reatu nihil alioqui moraretur ipsa peccata, non vera tristitia est, aut saltē non est vera pœnitentia, quando non illū pœnitet, offendisse Deū, sed se ipsum reatus incōmodo lesisse: & hæc pœnitentia atq; tristitia est quæ propriè ex timore seruili oritur: seruorum est enim, non dominorū suorum offensiones, sed proprias time re pœnas. Philippus hæc omnia velut ociosas disputationes floccipēdens, tantū exigit à nobis veros terrores, quibus anima seriò doleat, quos tamē terrores qui possit à falsis discernere sine his disputationibus, non video. Et sunt, qui specie duntaxat verborum cōmoti, re vero minimè intellecta, nec animaduersa quidem, pecudum instar sequantur voces, quæ ipsis etiā à quib; excogitate sunt, nihil nisi classicū celestium significant. Nos verò verbis prætermisissis, rē persequamur. His veris terroribus præcipit Philippus succedere fidē, quæ conscientia terroribus contrita ad consolationē erigatur. Et hæc dicit esse doctrinā, qua illustrauit & ornauit beneficium absolute & potestati clauium, & quæ multas pias mētes erexit, & initio cōmēdationem maximā apud omnes bonos viros attulit Luthero. Quid Lutherus initio sui dogmatis de pœnitentia docuerit, attigimus modo, quod valde diuersum fuit ab hac doctrina, qua piæ mentes erectæ, maximam

cepisse



Rom. 2.

cepisse consolationē, iactantur. Ceterum cōsolari conscientias facillimū esset etiam nobis, nisi esset pax quēdā & consolatio animę pernicioſa, quę concipitur erroris persuasione ſemel ſuſcepta, de qua Here. 6. Curabant (ait dominus) contritionē filię populi mei cū ignominia, dicentes pax pax, & nō erat pax. Vera cōſciētię pax & ſecuritas, & ſi nō poſſit eſſe ſine fide, nō tamē poſſidet per ſolā fidē, niſi adſit charitas, per quā operatur. Gloria honor & pax omni operanti bonum. Nam quę, per Deū, pax poterit eſſe animę, quę ita credit ſe per verbū Dei à peccatis præter ita ſoluti: vt tamen futura non habeat in animo vitare? Dicetis, (ſcio) hoc eſſe impoſſibile: immo nihil frequentius vulgo veſtratum. Ita enim ſibi peruaſerunt, nihil opus eſſe ad perfectā veniē conſequutionem, niſi vt firmiſſimē credant ſe abſolutos, cum audiūt abſolutionē, quę innitur Euangelio. Rurſum dicetis, iſtā fidem perſeuerationē in peccatis minimē ferre: quia cum præceſſerint veri terrores, ſerio doler ſe peccaſſe, quod eſt impoſſibile ei, qui adhuc peccare decreuit. At cum veros terrores exigatis, tacitē fatemini eſſe falſos, quibus poſſet anima decipi: qui poterit ergo noſſe pœnitens veros ſe habere terrores, & ſerio dolere: vt fide ſuccedēte pacationē & ſecuritatē accipiat? præſertim cum hos terrores ita depingant Lutherus & Philippus, vt dicant non illos poſſe animam ſuſtinere, quin rueret in deſperationē, niſi ſuſtētaretur verbo Dei: atq; hinc colligunt diſcrimen inter pœnitentiā Petri & Iudę, quorum vtrunq; volunt habuiſſe veros terrores. Sed alter, hoc eſt Petrus, erectus eſt verbo Dei, alter verò deſperauit: quia veri terrores ſuſtineri non poſſunt ſine verbo Dei. Cum ergo tales deſcribantur à veſtris doctoribus veri terrores, ſine quibus mens non erigitur fide, quosq; partē faciunt verę penitentię, quis poterit ſcire ſe veros habuiſſe terrores, aut vnde dignoſcet illos à falſis, ne illudatur? Dicent hos terrores concipi verbo Dei, cum per illud arguuntur peccata. Audio, ſed interim nullam video notam diſcriminis, qua poſſim veros terrores

terrores diſtinguere à falſis, nā præter hoc quod Iudas, quos dicitur habuiſſe, veros terrores non videtur concepiſſe verbo Dei. Idem verbum Dei audiunt, qui verē conuertuntur. & quos falſo pœnitet, nec oēs qui verbi Dei cōminationes audiunt, dolēt: q̄ peccauerint, ſed q̄ æternę mortis reos ſe fieri peccando vident. Et ſentiunt quidem vehementes atq; terribiles animi cruciatus, qui tamen non huc animum inducūt, vt doleat, q̄ ipſe tā iniquus fuerit, ſed q̄ Deus tā æquus ſit, aut quod ipſi iudicāt, ſeuerus. Fac huiuſmodi hominem, quod genus multi ſunt, vrgentibus hiſce animi terroribus, audita Philippi doctrina, miſericordię fiducia erigi, leuamen abſolutionis quęrere, ita tamen, vt ſibi (quādo nihil ab eo niſi fides exigitur) peruaſerit, cum primū abſoluentis verba audierit, & abſolui ſe etiā non conſeſſum crediderit, abſolutum eſſe, hoc eſt, pœnas illas, quas timuerat, euafiſſe: etenim talē quęrebat miſericordiā, quale de ſua miſeria iudiciū habuerat exiſtimans ſe miſerū, nō q̄ peccauerat, ſed q̄ vltionis ſe fecerat reū, & ideo eius cōcepit ſecuritatē ex abſolutiōe, cuius pœperat merū in cōminatiōe. Dicetis ne hūc hominē veros habuiſſe terrores, ſerio doluiſſe, verā adhibuiſſe abſolutioni fidē, poſtremo veram pacē & ſecuritatē animi conſequutū? Quod ſi dixeritis (vt dicturos vos eſſe reor) nihil eorū, quæ huiuſcemodi homines aut agunt, aut patiuntur, vera eſſe: ſuper eſt nobis integra quęſtio, vt quo veram animi ſecuritatē poſſidere valeamus, ostendatis nobis modū, quo poſſimus dignoſcere veros terrores & ceteros affectus, & à falſis diſcernere, quādoquidē vtriq; cōcipiuntur externa verbi Dei perceptione. Eadē eſt nobis quæſtio de fide, quoniā ſi quācunq; probatis, & ſufficere dicitis in pœnitētia, ad peccatorū remiſſionē obtinendā, quid iudicabimus de iſis, qui ira credunt ſe à præteritis peccatis abſolui, vt à futuris tamē abſtinere nolint imò qui fiducia iſta, quā de remiſſionis facilitate, ſimul atq; abſoluentis verbo crediderint, conceperunt: proniores fiunt ad flagitia. Dicetis ne hanc fidē illis ſufficere ad iuſtitia & abſolutio.

Solutio.

solutionem à peccatis, qua fide (quod ad certitudinē attinet) ita firmissimè credunt absolutioni, vt nulli firmissimè: Quod si respōderitis, haud quancunq; sufficere fidē, sed viuidā quamdam ac minimè ociosam, qualē etiā ante charitatē doctores vestri cōminiscūtur, vt pote quę sine charitate iustificat: quā obsecro, securitatem concipient illi, qui post conscientiaē terrores, quos misericordiaē fiducia atq; fides excipit, absoluti, nihilo minus experiuntur sese affectibus impugnari, interdū & expugnari, q̄ antea? Etenim perpauca sunt, in quibus tanta fiat repentē mutatio, vt per eā possint cognoscere praterita sibi peccata dimissa: vnde ergo ceteri tā multi scient se habuisse fidē illā veram & efficacem, quā opus est, & sufficit absolutioni? Quid quod terrores isti, quos oportet p̄cedere fidē tā graues, vt nequeat illos anima sustinere, quin desperet, & caliginis barathro obruatur: nemo est vnquā nec in vobis expertus, nec Lutherus quidē ipse, nec Philippus. Quid igitur opus est magnificis verbis fumos offundere, in re quam maximè oportet esse perspicuā? Cum itaq; tantas tanq; difficiles habeat doctrina vestra quęstiones, in quibus herere, ac cespitare possit conscientia, & scrupulis inextricabilibus implicari, quam consolationē potest pijs mētibus afferre? Obijciētis mihi fortassis experimentū, quo plurimorū conscientiaē videntur erectā ad Lutheri doctrinā, qua (vt Philippus ait) illustrauit, & ornavit beneficiū absolutionis. Obsecro bone vir, qui potest misellus homūtio Dei beneficiū ornare & illustrare? quis nisi prorsus impius & impudens sibi audeat, arrogare: aut hominum cuiq; tribuere ista, quā vos Lutheranis tribuiris adiuuentis? At vitabit scio Philippus (quā est eius ad omnia dexteritas) hanc inuidiā dicens, non esse illustrare & ornare quicq; ipsi rei cōtulisse virtutis, aut addidisse decoris, sed sapientiaē Lutheranaē splendorē, quo facilius hęc possent intelligi, admouisse. De verbis nihil moror, neq; nūc volo, quid significant ea, neq; quāmodō modesta sint, discutere, quibus post tot ecclesiaē cōcilia, post tot orthodoxos patres, post tot

post tot pontificum decreta, quasi cornicum oculi configuntur. Tantum per cōmunem salutē de qua differimus vos cōtestor, & admoneo, viri Germani: vt animaduertatis quantas & quales potius tenebras offundat pijs mentibus dogmata Lutheri, modo non perfunctoriē, vt vulgo periculosissimè fit, sed pressius ac diligentius excutiantur. Nam vt ad experimenta reuertar, facilē mihi erit, multis aliorū atq; certioribus experimentis refellere. Deprehendi, cū essem in Germania, omnes fermè qui Luthero credunt, nihil aliud intelligere de verbis eius, quā fidē illam vulgarē, qua sese Christianos existimāt, sufficere eis ad iustitiā, & peccatorū remissionē, modo firmissimè credant: sese quales quales fuerint, mox vt absolutionis verba proferuntur, ab vniuersis peccatis absolutos euadere: quē vulgi errorē, nisi cōmunis esset, & quasi populariter receptus, nunq; Erasmus vir doctus & probus, sed Lutheranis dogmatibus non perinde infensus atq; furor, in colloquijs, quā vulgo scripsit, irrisione peracuta damnaret. Porro huic persuasioni cum adiuncta sit alia, qua Lutherus docet, non esse opus, peccata sacerdotibus confiteri, mirum ni maximā ex vtraq; consolationē conceperit vulgus: cuius semper fuit, iugū Christi detrectare, & veram cordis mortificationem exhorrescere. Nam apud eos, qui in vobis sunt doctiores & cordatiores, nihil aliud fecit Lutheri doctrina, quā vt vtrinq; perplexi & ancipites, nec illi, nec nobis credant. Equidē animaduertunt nostrorū mores, & sacrosanctorū (quod negādum non est) quosdā abusus, ex quibus, occasione accepta, Lutherus catholicā doctrinam vehementer sit insectatus, & omnibus propter quorundā crimina negocium exhibuerit. Rursus vident vestrorū mores nostris (vt modestè loquar) nihilo meliores: quibus adiungūt, q̄ vana, quā perplexē sua dogmata prodat Lutherus, q̄ frigidē probet, q̄ multa magnificis verbis pollicatur, quā nulla solidis argumentationibus praestet, qui fit, vt ita nobis aduersentur exterius, vt tamen interius Luthero minus quā no

bis credant. Nihil inexpertū loquor, multis congressibus, varis colloquijs explorata mihi sunt, quæ scribo. Sed interim, ne istorū claudicationē probare videar, identidē mihi repetendū est: nō debere, sacras & pias ecclesię doctrinas ac leges, propter iniquitatē eorū qui abutūtur illis, in ius vocari, aut quoquo modo cotemni. Haud ergo, vt ad Philippi verba reuertar, apud bonos & sapientes viros noua doctrina cōmendationē attulit Lutherō. Sed apud ineptas mulierculas, apud rudis & vulgaris ingenij homines, animales, nō percipiētes, quæ sunt spiritus Dei, quos peccare iuuat, coniteri pudet, emendari tēdet, & aduersus hæc omnia vnico se clipeo protexerūt, Lutherana fide, qua in medijs sibi facinoribus blandiūtur: quippe quod credūt (quid ni cū sit facillimū) audito verbo absolutionis, & se à peccatis omnibus absolui recepto, hac sola fide iustificari. Hi sunt, quibus Lutheri doctrina probatur: quod illorū libidini tam indecorē seruiat, vt non sit veritus, primam sententiam, quo vulgi cederet affectibus, identidem, quod superius ostensum est, mutare. Hactenus de vestra confessione, Germani, & philippica defensione: nūc quibus eam fundamentis cōfirmet audiamus. Primò, quam vocamus sacramentalem confessionem reiicit, tanquam pœnitentię minimē necessariam, tametsi quādam speciem eius permittit arbitrio sacerdotū, quò facilius possint doceri rudes. Hanc doctrinam, qua verustissimam ecclesię consuetudinem (vt nihil aliud addam) conuellit, nulla firmat autoritate: tantū irridet nostros theologos, qui vestrę confessioni obiecerūt caput cuius initiū. Omnis vtriusq; sexus quod habetur. Tit. de pœni. & remis. lib. 5. dec. de quo iudicat sicut de cæteris humanis constitutionibus, quod non sint cultus ad iustificationem necessarij. Probat verò iudiciū, ne temerè pronūtiasse videatur, per Panormitanū & alios iuris consultos, qui modo sunt illi eruditi, cum aliàs sint Lutherō ac Lutheranis omnibus prorsus graculi ad fides. At tamen si probatio nostrorū per commune totius ecclesię decretū visa est

sa est. vobis imbecilla, qualis erit Philippi probatio per Panormitanū & Canonistas, qui tantam humana iura profitentur: diuinū aut ignorant omnino, aut perfunctoriè, dū taxat, attingūt. Hoccine est ornasse beneficiū absolutionis, & potestatem clauū illustrasse, in re q̄ tota pēdet ab arcanis literis Panormitani testimoniū afferre? Nos verò potestatem clauū nec illustrare, nec ornare, pollicemur: qualis tamen & quanta sit hæc potestas, in lucem ex sacris literis dare conabimur, nihil nouū afferentes, sed quod patres orthodoxi tradiderūt, & ecclesia sequuta est, comprobantes. Quāta sit hæc potestas attingemus inferius, cū fuerit de ecclesia differendū: qualis sit, declarant Christi verba cū dicit Petro: Tibi dabo claves regni cœlorū: & quodcūque ligaueris super terram, erit ligatū & in celis: & quodcūque solueris super terram, erit solutū & in cœlis. Generalius verò omnibus simul apostolis. Accipite spiritū sanctū, quorū remiseritis peccata, remittūtur eis: & quorū retinueritis, retenta erūt. Vt etq; locus præ se fert, potestatem hanc, de qua loquimur, esse iudicialē: aut, quod elegantius expressit Maximus, esse iudicandi potestatem, ad iudices enim expectat, reū aut absoluere, aut damnare, q̄ scriptura propria phrasi dixit soluere, & ligare, remittere, & retinere. Remittūtur peccata, cū peccator absoluitur, retinentur cū ei nō confertur absolutio, nō enim vt remittere est absoluere, ita retinere est damnare. Potest sacerdos auctoritate clauū absoluere reū à peccatis: dānare nō potest, nisi quatenus absolutione iudicat indignū: idcirco non dixit Christ' apostolis. Quos absolueritis erūt absoluti, quos damnaueritis dānati, sed loco absolutionis posita est remissio, que idē facit, pro dānatione verò posita est retentio, q̄ nō est dānatio, sed iudiciū, quo peccator pronūciatur indignus absolutione: Hoc sensum verba Christi, vt dixi, simplicissimè accepta faciūt, neq; quisquā est illi hæctenus refragatus, quā ob rem nulla coactione aut humano commento, sed simpliciter ac perspicua collectione ex verbis Christi deducitur,

Qualis sit clauū potestas. Matt. 16.

1048.29.

necessariā esse cōfessionē pœnitentię, sicut causę cognitio necessaria est iudici, ad absoluendū aut dānandū reū. Nec propterea quod nomē cōfessionis, vt nūc accipimus, non est expressum in euangelio, est negandū, cōfessionē esse iure diuino necessariā: quando nulla sermonis cōsuetudo habet, nec intelligentię ordo exigit, vt cui cōmissum fuerit, sententiā in causa ferre: eidē causę cognitio apertioribus verbis cōmittatur. Etenim satis est si princeps magistratui dicat: Esto iudex huius vel illius causę, aut penes te sit potestas in alterutram huius causę partem pronuntiandi, absq; eo quod superstitio se pœcipiat, audiri reos adhiberi testes: interrogari, examinari, & cetera fieri, quę iudicialis processus (vt vocāt) requirit, nam cuius principis potestate de totius rei summa sententiā est prolaturus, eiusdē authoritate faciet omnia illa, etiā si pœcepta nō fuerint, sine quibus legitime pronūciare nō potest. Et vt iuribus vtamur aduersus iuriscōsultos, p̄ter hoc quod nihil diximus, cui cōmunis animi cōceptio, modō libera sit, nō assentiatur, nihil est in iure cōpertius q̄ cui maiora cōmittuntur, eidē & minora, quę cōmissis inseruiant, esse mādāta, Est iuris regula hoc expresse cōtinens in digestis: & Paulus antiquorū omniū celeberrimus iuriscōsultus, notat in prima lege tituli de officio eius cui mandata est iurisdīctio. Negat nihil ominis Philippus, potestātē qua sacerdos absoluit, esse iudiciālē, qui tamen improbat, quod ipsa verborū facies ostendat: nō hic habet Panormitanū & Canonistas illos doctissimos quib⁹ iuuari possit. At quod testimonijs & auctoritate nequit aliorū, sua ratiocinatione confirmat. Quia non est (inquit) nisi potestas alieni beneficii: Ego vt sum parum latinus, vix intelligo quid sibi velit, potestas alieni beneficii. Quicquid tamē sit, vnde probat? Nusq̄ est: sed vt donemus ei, esse verū, quid tū postea? num statim sequitur, q̄ nō sit iudicādi potestas? Imō omnis potestas iudicandi, & discernēdi iustos ab iniustis ab altero accepta est potestas alieni beneficii, nempe principis, cuius vices in iudicando geruntur, qui princeps,

princeps, & per eū is qui principis fungitur officio, non illis modō, qui absoluuntur, est beneficium, verū toti reipublicę, in qua æquis legibus & legitimis magistratibus indignos discernit à dignis, iustos ab iniustis. Haud ergo etiā si alieni beneficii potestas dicatur absoluendi facultas, cōsequens est, vt nō sit iudicialis, p̄sertim cum nō remittendi tantū peccata verū & retinendi vim habeat, quod nō est solūmodo beneficii conferentis, sed & seuerissimē indignantis fungi potestate. Intellexerunt hæc & prodiderunt literis sanctissimi iuxta atq; doctissimi proceres ecclesię, ne quis causetur neothericorū hoc esse cōmentū: Nam diuus Maximus, perinde maximus atq; vetustus, catholicę pietatis antistes, vt ceteros pratermitteram, quos nostri citarunt: ita exponit Christi verba illa: Tibi dabo claves regni celorum & c. Ne qua nos fratres, de creditis Petro clauibus regni, more nostrarū clauium cogitatio terrena permoueat. Claves enim cœli lingua est Petri: quia singulorum merita censendo apostolus, vniciq; regnum cœlorū aut claudit, aut aperit. Nō est ergo clavis ista mortalis artificis aptata manu, sed data à Christo potestas est iudicandi. Deniq; ait eis, Quorum remiseritis peccata, remissa erunt, & quorū detinueritis detenta erunt. Non igitur recentiorū cōmentum, sed cum antiquorū patrum tum ecclesię totius sententia est, potestātē clauium esse iudicādi facultatem. Ex quo perspicuū fit, quo iure necessaria est absolutio salutis: eodē iure, nempe diuino, necessariā esse cōfessionē absolutioni. Siquidē peccatoris causę iudicandę cognitio est: quando nullis alijs agendū est testibus, nisi singulorū conscientijs. Testimoniū illis reddente consciētia ipsorum, & inter se inuicē cogitationibus accusantibus, aut etiā defendentibus in die cum iudicabit Deus occulta hominum & c. Illic sufficet cogitatio accusatio aut defensio: vbi is erit iudex cui perspecta est hominis cogitatio, nēpe Christus: hic autem opus est etiam verbis: sine quibus non potest (quod Maximus clauibus tribuit) homo hominis merita censere.

Sanctus Maximus
de potestate clauium.

Rom. 2.

Neminē

Neminē existimo vsq; adeo proteruū, aut impudentem fore, qui ambigere audeat, vter melius intellexerit verba Christi diuus Maximus, an Panormitanus, etiam si Philippus illi accedat, cum ille iuris humani, hic diuini fuerit professor, & interpres: nepe theologus & theologorū omniū etate, sapientia, pietate, tantū nō maximus: Alioquin dicāt mihi obsecro, Canonistæ illi eruditi, quorū auctoritate fretus Philippus, negat confessionē esse iure diuino necessariā, ante confessionē institutā à pontificibus illis, quos primo volūt eā induxisse. Vnde Petrus censere potuit singulorū merita, vt ait Maximus, si nō erant illi prius quoquo modo nota. Quod si dixerint illum vt apostolū, potuisse arcana hominū nō facta modo, verū & cogitata cognoscere: hoc certē vt aliquando datū sit apostolis, generatim solius est dei, quod sibi potissimū in sacris literis consuevit sumere: sed omittamus apostolos, neq; enim cū illis extincta est hæc censendi singulorū merita & iudicandi potestas, quando non tā illorū, q̄ totius est ecclesiæ. Vnde rogo sacerdos ante confessionē institutā à pontificibus, aut nūc sine confessione sumere potest censuræ rationem atq; delectus, quo ex peccatoribus quibusdā aperiat, quibusdā claudat regna celorū? hoc est, quosdā absoluat, quosdā vero sine absolutione prætereat: vtrunq; est enim illi à Christo commissū, cū dicit: Quorū remisistis peccata, remittentur, & quorū retinueritis, retenta erūt. Qui potest scire sacerdos duobus sibi peccatoribus propositis, vtri illorū sit absolutio conferenda, vtri negāda, nili vtriusq; cōscientias fuerit diligenter per confessionē perscrutatus? Dicetis mihi fortasse, nō hic agi de confessionis vtilitate, quā vestrorū multi fatentur, sed an fuerit à Christo præcepta, quod si asseramus, statim, vt præceptū ex sacris literis proferatur, exigitis. Atqui nos (ne præcepti vox offendiculo sit inueniendæ veritati) nō tantum vtilē esse monstrauius, verū & necessariā absolutioni, q̄ est præcipua potestas clauū, idq; eiusdē potestatis naturā per sacras literas perscrutati, eruimus in lucē: Quis aut vel medio

criter

criter in illis versatus nescit esse quedam, quæ se scripturarū verba legentibus simplici apprehensione nō offerūt, eadē tamen penitus indagata in eisdē scripturis retrusa inueniūtur: nec possunt simplici testimonio literali, vt vocāt, probari: ea tamen facile est in eisdē literis ostendere, modo cōtentionis affectū ad scripturarū intelligentiam, aut dogmatis alicuius affectationē nō afferas. Huius theorematis exempla prætermitto, tū q̄ multa sint ab alijs producta, qui hoc idē, vel docendi vel redarguendi hæreticos gratia: & nunc demū aduersus Lutherū confirmauerūt: tū q̄ sapientib' scribens nolim simplicib', qui mordicus verba sectātur, offendiculū in fide præbere: scitis enim quales tragedias & q̄ ingēs negociū exhibuerint cuidā primi nominis theologo hæc voces: Hoc nō habetur expresse: illud apertē scriptura nō dicit: illud iterū aut tertio dūtaxat inuenies, & id genus alię, quæ minus essent intolerabiles, si de hisce rebus quas nunc perscrutamur, & non de totius fidei nostrę summa, essent plateę. Sed de quacunq; re suscepta sit controuersia, hoc certē nullā habet, quod bifariā possit per scripturā sacrā finiri, aut testimoniū producendo quod formaliter (vt dici solet) & expresse alterutrā partē cōtineat, aut ex contentis necessaria collectione deducendo (quod dicitur virtualis cōtinētia) id quod modo de confessione fecimus: Hęc negare haud christianę sapientię est, sed iudaicę superstitionis. Quod si dubitetur, vtro sit potius assentiendū, cōtento ne formaliter, an ex cōtenti legitima collectione deducto: mihi superuacanea videt huiusmodi questio: ea est enim sanctarū scripturarū cōstantia, veritas, cōuenientia, vt non sibi magis illa duo, q̄ veritati veritas aduersari queant, vtcunq; tamen cōferantur, hoc citra difficultatē est in cōfesso, quod omnibus illis quæ necessaria deductione colliguntur est firmissimē asseriendū, nec possūt nisi impiē dubitari, q̄ diu apertius testimonium aduersus ea nō profertur: Hęc cū ita sint, ego vicissim à vobis & Philippo requiro testimonium de scripturis, quo valeatis improbare, quod nos ex

T

eisdem

eisdem ratiotinando probauimus, & multis alijs locis est à
 doctioribus cōfirmatum. Si non literalibus & expressis, cer-
 te talibus, quales vos nunq̄ aduersus cōfessionē produxistis.
 Nam q̄ Christus sine cōfessione quibusdā peccata remisit,
 nō magis facit aduersus confessionem, q̄ aduersus baptisma,
 quod nōnullos saluos fecerit si ne baptismo. Rē ergo vtilem
 vt vestrorū plurimi fatentur, necessariam, vt nostri probāt,
 quorum argumentationes grauioribus non refellit, diutur-
 na consuetudine & totius ecclesiæ consensu firmatā, temere
 proculdubio (ne quid acerbius dicā) abstulistis, aut merastis,
 sola canonistarum quorundam auctoritate, qui vt citat Phi-
 lippus, dicunt non esse iure diuino necessariam. Iam quod
 Philippus addit, impossibile esse omnia peccata confiteri,
 propter illud ex propheta: Delicta quis intelligit? Nihil ob-
 stat ecclesiæ decreto, quod omnia peccata quotannis confite-
 ri, quod aliās necessarium erat absoluentis (vt probauimus)
 præcipit: ea videlicet quæ possunt mente recoli: possunt ve-
 ro etiam ab obliuiosissimo quoq; quæ fatis sunt, ad hoc vt
 (quod præcipit sapiens) pastor pecoris sui vultū diligenter
 agnoscat, & ita dignū aut indignū iudicet absolute. Cate-
 rū qui præcepti huius occasione anxiam singulorum operū,
 verborum, cogitationum, locorum, temporum, vicissitudi-
 num, innumerabilium, deniq; circumstantiarū, in quibus per-
 scrutandis, computandis, recensendis, & velut fabulis enar-
 randis, conscientia cruciantur, interdum & refractione me-
 moriæ nouo vulnere sauciantur, inuexerunt: etiam si sint ex
 nostris, mihi nō possunt p̄bari: quinimō maximè ab illorū
 sententia discedo, qui pusillorum & imbecillium cōscientias
 huiusmodi sarcinis onerare, nō verentur: quibus tū publicè
 tum priuatim pro mea virili populum christianum semper
 leuauit. Theologi verò illi, qui confutationem Augustæ con-
 scripserunt, cum dicunt necessariam esse integram confes-
 sionē, non intelligunt omniū peccatorū, etiā illorū quæ memo-
 riæ nō succurrūt enumerationē. Sed integra cōfessio illis &
 omnibus

omnib' catholicis rectè iudicātibus est, in qua pœnitēs nullū
 peccatū saltē mortale data opera aut crassa nimis negligētia
 vel potius neglectu prætermisit: quia impiū est, vt ait Augu-
 stinus, dimidiā a Deo expectare veniā: Hęc viris sapiētibus
 ac liberis de confessione, quā reiecit Philippus Sufficiant: nā
 ceteris quid sufficiet? nūc ad pœnitētię partes quas vos de-
 scripistis & Philippus cōfirmat accedamus. De cōtritione,
 quā veros terrores & serios dolores Philippus appellat, nulla
 vt ex verbis eius apparet, fuit cōtrouersia inter illum & no-
 stros theologos. Fidē esse pœnitētię partē, nostri negauerūt,
 quod id ipsum tā abominādū visum est Philippo, vt quæru-
 lus & indignans Cæsaris pietatē aduersus nos inuidiosis ver-
 bis implorer. Quid hic Carole Cæsar inuidiosissime, faciamus.
 Hęc est propria euangeliū vox, q̄ fide cōsequamur remissio-
 nē peccatorū. Hanc vocē euangeliū damnant isti scriptores
 cōfutationis. Nos igitur nullo modo assentiri confutationi
 possumus. Non possumus saluberrimā vocem euangeliū &
 plenā consolationis damnare. Quid est aliud, negare quod fi-
 de consequamur remissionem peccatorum, quā contume-
 lia afficere sanguinem & mortem Christi? Rogamus igitur
 te Carole Cæsar inuidiosissime, vt nos de hac re maxima, quæ
 præcipuum euangeliū locum, quæ veram Christi cognitio-
 nem, quæ verum cultum Dei continet, patienter ac diligen-
 ter audias, & cognoscas. Comperient enim omnes boni viri,
 nos in hac re præcipuè docuisse vera, pia, salubria, & necessa-
 ria vniuersę ecclesiæ Christi. Comperient ex scriptis nostro-
 rum plurimum lucis accessisse euāgelio, & multos pernicio-
 sos errores emendatos esse, quibus antea obruta fuit doctri-
 na de penitentia per scholasticorum & canonistarum opini-
 ones. Hęc Philippus in primo paragrapho: sed hoc exerdio
 non contentus, quasi parum inuidię nobis, parum sibi glorię
 comparasset, addit in secundo. Omnes boni viri, omnium
 ac theologicis ordinis etiā, haud dubiè fatentur ante Lutheri
 scripta confusissimam fuisse doctrinam penitenti & cetera.

Philippi quere
 monia ad Cæsare

Pœnitentiæ doctrinā (videte Germani, q̄ facile veritati cedamus) per se quidē, vt à Christo & eius apostolis est tradita, lucidā & aperrā, nō negamus cōfusam fuisse hætenus, & aliquot inuolutā scrupulis p̄ quosdā, quibus aut zelus dei, sed nō secundū scienciā, aut glorię affectus imposuit, quādo nulla imbecillitatis humanæ habita ratione, de alienis cruciatib⁹ ingeniu ostentare voluerunt, à philicis qualitatibus ad animi affectiones & opera calculationes transferentes, & imponentes pusillorū cōscientijs onera grauiā, quæ tamen ipsi nec digito quidē attingere valuerunt: Sed quòd has tenebras Lutherus discussit, & pro eis lucē inuexerit veritatis, hoc negam⁹. Tū q̄ veritas nunq̄ ecclesię Christi defuit, quā & ante Lutherū natū multi boni viri literis & verbis profelsi sunt, & operibus executi, tū q̄ Lutheri doctrina de pœnitentiā, vt superius demonstrauimus, cōfusissima est, & illa: quā in sophistis & canonistis dānat, obscurior. Nec Philippus est in hac re dilucidior, qui præter ceteras incōstātiās, quos modo eruditionis cōmendatione citauerat canonistas aduersus theologos, nunc cū eis vt pœnitentię euerfores & cōtaminatores cōdemnat. Et quanq̄ de partibus pœnitentię variē licuit hætenus opinari sapientibus, qui tamē nunq̄ ab ea cōfessionē excluderunt, quapropter ego nihil grauate cecissem Luthero, ponēri fidē esse pœnitentię partē: tamen vt appareat nostros theologos id iure nō admisisse, paucis Philippo respōdendū duxi: Cogor autē in eo desiderare rursus, quod superius illi deesse monstraui, nempe rei, siue rerū de quibus cū aduersario disputat, tranquillā cōsiderationē, & lucidā suppositionē, imprimis rhetori necessariā, dialectico vero nō magis præmittendā, q̄ ipsa dialectica. Nō de fidei necessitate nostris aduersus Philippū erat suscepta cōtrouersia, nō querebatur, an fide nobis dimittantur peccata, nō ambigebatur, fidē esse vocē euangelicā cōsolationis & salutis plenā. Hoc tantū vertebatur in quæstionē, an fides sit pars pœnitentię, quod nullū euāgeliū dicit, nihil ad salutē, nihil ad cōsolationē refert: Nā

Vanitas querelarum Philippi

non est

nō est idē, aliquid esse necessariū virtuti, & esse partē virtutis. Prudētia necessaria est, ad habendā fortitudinē, nō tamē est pars fortitudinis. Fides similiter necessaria est ad charitatē, nō tamē est pars charitatis. Eadē est ratio in sacramentis, quib⁹ quædā sunt necessaria, quæ tamē nō sunt illorū partes, vt sacerdotiū necessariū est ad Eucharistiā, cū nō sit pars eius voluntas cōsecrandi, necessaria est ad sacramentū, cuius nō est pars: Ad eundē modū nostri nō negāt fidē necessariā esse ad pœnitentiā, quod eis tragicis ac plane odiosis verbis obijcit Philippus, negant tamen partē esse pœnitentię. Et quanq̄ Philippus nunc ostendet, nunc despiciat, & exosam videatur habere dialecticā, haud verebor illi ignorantiā eius exprobare. Vnde enim valet consequentia ista, qua millies ita colligit: Fides necessaria est ad pœnitentiā. Sine fide nō remittuntur peccata, fides ergo est pœnitentię pars? Aut vnde valet ea, quæ in theologos nostros inuehitur? Theologi negauerūt, fidem esse pœnitentię partē: negāt igitur fidē esse necessariā ad peccatorū remissionē, negāt ppriā euangeliij vocē, quæ peccatorū remissionē fidei pollicetur? Nō equidē plus valet prior collectio, q̄ si dicas: cognitio est necessaria ad diligendū, est igitur pars dilectionis: Posterior verò, haud plus valet, q̄ si dixeris: Theologi negāt, fidē esse partē beatitudinis, negāt ergo fidē esse necessariā ad beatitudinē, negāt ppriā euangeliij vocē, quæ credētibus in Christū beatitudinē pollicentur. Quanto aptius nos colligere possemus aduersus Philippū ita: Philippus negat nobis per dilectionē peccata dimitti, negat igitur propriā euangeliij vocem: Dimissa sunt ei peccata multa quoniā dilexit multū, negat vocē cōsolationis & salutis plenā. Quod superest dare eleemosinā & ecce oīa mūda sunt vobis. Et: Facite vobis amicos de māmōna iniquitatis, vt cum defeceritis in via, recipiant vos in aterna tabernacula: Quibus vocibus, quid potest esse dulcius? quid salubrius? dū intelligit animus, q̄ primū respiscēdo dilexerit, quæ antea peccando neglexerat, quicquid æternū amissum est, tēporalibus

T iij

officijs



officijs posse pensari: Sed hæc aliàs suo sunt loco discussa, hu-
 ius hoc est, quod vt fidem, quæ necessariam ad peccatorum
 remissionem, non facimus pœnitentię partem, ita nec charitatē.
 Urgebit nos tamen Philippus testimonijs illis, quæ superius
 adduxit pro fide, ex quibus ita poterit colligere: Fructus pœ-
 nitentię est peccatorum remissio: & peccatorum remissionem
 consequimur sola fide: ergo vis pœnitentię sita est in sola fi-
 de, atq; adeo fides pars erit pœnitentię præcipua. Nihil huic
 argumentationi respondeo, ne videar studio non bene ad-
 uersarij causam probasse, quo facile mihi esset improbare,
 tamen nunc nulla se mihi offert ratio firmior, qua posset vti
 aduersus nostros: huius autem multa sunt, quę non concede-
 rentur. Vnum est quod non præteribo. Minus aberrasset
 (mea quidem sententia) Philippus, si partes pœnitentię abso-
 lutionem & fidem posuisset, quàm contritionem & fidem
 ponendo: Est enim pœnitentia sacramentum. Porro Luthe-
 rum & lutheranos omnes, si cõstare sibi velint in doctrina,
 oportet sacramenti cuiuslibet partes distribuere in verba &
 fidem. Pœnitentię verba sunt absolutio, quibus verbis adiun-
 cta fides efficit sacramentum, nam terrores & contritio non tã
 sacramenti pars esse videntur, atq; conditio aut dispositio
 quædam sacramentum suscepturi. Sed de his viderint ipsi
 nobis enim fides necessaria quidem est ad pœnitentiam, non
 tamen est pars eius, magis quàm alterius sacramenti, aut quàm
 cuiusvis officij christiani, quibus tamen omnibus est neces-
 saria, quia sine ea impossibile est placere Deo, Heb. ii. Testi-
 monijs verò quibus Philippus probat, sola fide remitti no-
 bis peccata, & si superius sit responsum, ne pernitiōsa tamen
 confidentia (quando multa eorum nunc repetit) illis innixi
 simplices christiani, cætera ad pœnitentiam necessaria negli-
 gant, denuo mihi sunt recensenda: si tamen prius nonnulla
 scitu necessaria de pœnitentię ipsius ratione monstrauero:
 sed ea alterius disputationis principio reseruemus.

PHI.

PHILIPPICA DECIMA.

De veræ pœnitentię ratione, & sacramento.



Pœnitentia, cuius nomen frequens est in sa-
 cris literis, præsertim in nouo testamento,
 vt nominis tantum rationem nunc explicem, dis-
 plicentiã incepti operis aut cõsummati cum
 resipiscentiã significat, id quod gręcè scienti-
 bus verbum μετανοειν, quo Christus & eius
 apostoli semper vtuntur, præ se fert, pro quo vulgata editio
 habet: pœnitentini & pœnitentiã agite, hoc est, resipiscite, tamen
 si pœnitentiã aliquid videtur addere ad resipiscentiã. Resipit enim
 aut resipiscit, qui cum desipuerit, hoc est, quoquomodo à recti-
 tudinis regula aberrauerit, tandem redit in viam. Pœnitent autem eum
 qui dolens dānat opus quod cęperat, aut patrarat. Non erit
 absurdum, si in vera nominis latini ratione perscrutanda latinis
 simi poetę, tamen ethnici, verbis vtamur: Scelerum si bene pœ-
 nitent (ait Flaccus) eradenda cupidinis prauis sunt elementa: Sed
 sacris literis, quod securius est, insistamus. Scriptura sacra de
 diuinis operibus humana verba fabricans, quippe quod ho-
 minibus loqueretur, pœnitentis animi speciẽ in Deo ipso, cui ho-
 mines displicebant, luculenter adumbravit. Videns, inquit, deus
 quod multa malicia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cor-
 dis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod homi-
 nes fecisset in terra, & præcauens in futurum, tactus dolore cor-
 dis intrinsecus. Delebo, inquit, hominem, quem creavi à facie
 terrę: pœnitent enim me fecisse eos. His verbis proprius & ex-
 pressius, quàm vllis alijs pœnitentis animi affectiones expli-
 cantur, & ob hoc (vt omittamus nunc recõditiora misteria)
 tã accuratè, credo, à legis latore fuisse descripta, vt quãdo ho-
 mines legis transgressione identidem pœnitenda designant.
 Sciant quid pari, quid cauere, quid præstare debeat verè pœni-
 tens: ac per hoc, pœniteat ne illum animo an verbis solū modo
 diligenter explorat. Etenim quem rei alicuius pœnitent, primū
 res ipsa

Gen 6. Pœnitentis animi tropus in Deo.



res ipsa displicet, mox displicentiā proximo loco sequitur animi dolor, vt cōplacētia voluptas, post hęc cui vere displicet opus, cessat ab eo, quod latinis est resipiscere: neq; hoc tantum, sed apud semetipsum dānans quod fecerat, quātum in se est, vellet infectum, q; si nō potest, prae cauet in posterum, ne fiat vltterius. Oēs hos gradus cōplexa sunt verba Moſis, quos penitētię ratio & nomē includit, & res ipsa debet, si modo vera sit, cōtinere. Alioquin cui horū aliquid deest, hāud se existimet animo penitere, sed specie quadā & vmbra pœnitentię cerebro cōficta decipitur. Id quod Saulo primo iudæorū regi cōtingit, & christianorum multis hodie cōtingit. Pœnitentia deniq; nihil aliud est, q̄ intima animi ad Deum cōuersio, quę nemini potest cōtingere, nisi se simul auerterit à creaturis, ad quas conuersus peccauerat. Hanc auersionē à creaturis Paulus familiari sibi tropo mortē & mortificationē appellat, cōuersionē verò ad Deum vitā & resurrectionē. Ad hęc omnia fides operatur, qua sumus insiti Christo, sicut & ad vniuersa pietatis officia, nā cōuersio animæ ad Deum non fit nisi amicitiaę fœdere, quo anima, quæ per peccatum Deo displicuerat, per nouā gratiā incipit illi placere, & esse grata: id quod nemini datum est, nisi per Christum: quoniā gratificauit nos pater, ait Paulus, in dilecto filio suo in gratia in quo habemus redemptionē per sanguinē eius in remissionē peccatorum. In vno itaq; Christo Iesu patri cōplacēt, qui cunq; displicuerāt extra illum. Hoc gratificationis opus bonum illud est, quod iuxta prophetam nemo est qui faciat, ne mo vsq; ad vnum, scilicet Christum. Cateri oēs declinauerunt & inutiles facti sunt. Psal. 13. Itē Isa. 42. Ecce seruus meus suscipiā eum, electus meus, cōplacuit sibi in illo anima mea. Matt. 3. & 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Quid ego scripturę sanctę loca enumerem, quibus hęc acceptionis gratia vni Christo tribuitur, & refertur accepta: cum tota ferme clamet, & palā faciat hominibus legis aut philosophię doctrina cōfisis, nō se magis posse reſicere, postquam

1. Reg. 15.

Eph. 1.

postq̄ semel peccando defecerint, q̄ se potuerāt facere anteq̄ essēt, quin quēadmodū omnia per Christū facta sunt semel ita per eundē quoties opus est, vniuersa reficiuntur, per quē nō modo tūc cū seipsum moriēs obtulit patri, verū & quoties fuerit opus, habemus accessū per fidē in gratia. Rom. 5. Item. 1. Ioan. 2: Filioli mei hęc scribo vobis, vt non peccetis, sed & si quis peccauerit aduocatū habemus apud patrē Iesum Christū iustū, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, nō pro nostris aut tantū, sed etiā pro totius mundi. Huius fidei professio suscipitur in baptismo, fructus verò est, nō modò gratia illa prima, quā in illo sacramento accipimus, verū quæ cunq; alia gratia, quę nobis vel pœnitētib; restituitur, cuius symbolū est absolutio, vel augetur proficiētibus. Haud tñ ex hoc sequit, fidē esse pœnitētię partē, tametsi verissimū sit, q; sine fide pœnitētia esset inefficax, quæ madmodū & oratio inefficax est sine fide, quia nihil promissū est nobis, nisi q; credentes petierimus: fides etiā diffinitur ab apostolo q; sit sperandarum substantia rerū: nō tamē propterea fides est pars orationis nec spei, quīs vtriq; vim conferat & fœcunditatē. Hęc obiter. Sed iam ad scripturarum loca, quorum occasio ne pœnitentię nomen & virtutem exposuimus.

Duo sunt hominum genera, quos Christus, propheta & apostoli ad pœnitētiā inuitant, quibusq; peccatorū condonationē, si pœnitentiā egerint pollicentur. Alteri erant infideles & impij, vtpote qui pro deo vero fictis numinibus inserviebant, & demōiorū colebāt simulachra, quibus adnumerādi sunt etiam Iudęi, qui Christū non suscipientes nec deū verū eius filius erat, de cætero habuerūt, sed pro eo propriū quoddam simulachrū dei cuiusdā inertis & infecūdi, qui nusq; est, nisi in illorū opinione. Nullus est enim alius Deus, nisi pater domini nostri Iesu Christi, cuius deitatis essentiali cōmunione isdē filius verus est Deus, ita vt nō duo aut tres sint dii, sed vnus deus pater & filius & spiritus sanctus, essētię simplicitate idē, subsistēdi verò ratione discretus. Quāobrē Iudæi

Pœnitentia variē predicata iuxta varietatē scelerū à quibus erat resipiscendum.

ex quo Christū dominū abiecerūt, desierūt etiā verū habere Deū. 1. Ioā. 2. Omnis qui negat filiū, nec patrē habet. Prou. 30. Quis suscitauit oēs terminos terræ? Quod nomē est eius, & quod nomen filij eius, si nosti? Alterū genus hominū, quibus pœnitentia prædicabatur, erant piij quidē, quod ad veri Dei cultū & fidei professionē attinet, sed moribus flagiciosi, atq; scelesti. Horū utrosq; prophete & apostoli admonēt, suadēt, obsecrāt, obtestantur, & tantū nō cogūt, vt pœnitentiā agentes resipiscāt, præcedentiū omniū delictorū veniā promittentes pœnitentibus, & ad Christū cōuersis: Erat tamē iuxta de linquētiū varietatē diuersa pr omisso, nam infideles, quorū maximū peccatū & ceterorū omniū caput esse videbatur in credulitas, tantū admonētur, vt ab ea resipiscāt per fidē, futurūq; promittitur eis, vt simulatq; ab infidelitate sua & impietate cōuersi crediderint in Christum, omnium peccatorū remissionē accipiant. Hinc illę voces apostolorum in Actis & epistolis. Credite & baptizamini. Et illud Isa. 28. quod Petrus & Paulus apostoli citant: Omnis qui credit in illū nō cōfundetur. Et oīs fere apostolica prædicatio circa fidei locū præcipuē versatur, quia cōmune erat tūc tēporis toto orbi peccatum infidelitatis, nō modò gentibus, verū & Iudeis veri Dei quondā cultoribus. Porro credentibus cū pœnitentiā prædicatur, tantū præcipitur, vt resipiscāt à peccatis, nec sibi de fidei nomine blandiātur, cū sint quodāmodo infidelibus deteriores. Melius em̄ erat illis viā iustitię nō cognouisse, q̄ post agnitionē retrorsum auerti ab eo, quod illis traditū est sancto mandato. 2. Per. 2. Hinc illę prophetarū voces: Cōuertimini ad me in toto corde vestro &c. Item: Reuertatur vnusquisq; à via sua praua. Item: In quacunq; hora peccator ingemuerit, omniū iniquitatū eius nō recordabor. Et illud Hier. 18. Si pœnitentiā egerit gens illa à malo suo, quod loquutus sum aduersus eā, agā & ego pœnitentiā super malo, quod cogitavi vt facerē ei. In his & id genus propheticis obiurgationibus & pmissiōibus nulla sit mētio fidei, quia illis fiebat, qui veri

Quid fidei libus.

Quid credentibus sed flagiciosi prædicatur.

2. Pet. 2.

1. Ioel. 2.

Hier. 18.

Ezech. 18.

qui veri dei cultū, & fidē profitebātur, quinimò admonētur ne huiusmodi professioni fidentes, præcipuā pietatis partē, quæ in charitate sita est, negligerēt. Hinc illud Hier. 7. Noli te cōfidere in verbis mēdaci, dicētes: Templū domini, templum domini est &c. Et illud Ioannis Baptistę: Facite fructus dignos pœnitentię & ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraā. Mat. 3. Sunt & in apostolica doctrina aliquot huiusmodi loca, tametsi rara, quia vt diximus, vniuersum orbē eo tēporis obruerat infidelitatis obducta caligo, quā necesse erat, primū lucis euangelicæ splendore depelli. Petrus tamē apostolus cū Simonē, qui iā crediderat, & baptisma suscepserat, dura obiurgatione corripere, & ad iniquitatis suę pœnitentiā hortaretur, nō ab eo denuo fidē exigit, sed vt à scelere suo resipiscat, & veniā precetur à Deo. Pœnitentiā, inquit, age ab hac nequitia tua, & roga Deū, si fortē remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Act. 8. Paulus etiā credentiū corinthiorū, quos in priori epistola obiurgauerat, pœnitentiā probans, & pœnitentis affectus singulos quasi membratim distinguens nullam fidei admiscuit mentionē: Gaudeo, inquit, nō quia cōtristati estis sed quia cōtristati estis ad pœnitentiā: Contristati enim estis secundū Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex vobis. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiā in salutem stabilem operatur, seculi autē tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum Deū contristari vos quantā in vobis operatur sollicitudinē, sed defensionē, sed indignationē, sed timorē, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictā & cætera. 2. Cor. 7. Hinc vt & hoc attingam, habemus discrimen tristitię in pœnitentiā (quod Philippus damnauerat) haud esse omnino inepte & sine scripturarum auctoritate à theologis obseruatum. Habemus præterea varias pœnitentię partes, quarum præcipuē sunt tristitia, & resipiscentia: has theologo contritionem & satisfactionem appellant. Fidem tamen Apostolus cum tam copiose, atque distinctè de pœnitentiā dissereret,

Tristitia duplex à theologis obseruata, quā Philippus irridet.

Contritio et satisfactio Paulo inter penitentiae partes adnumerantur, si des uero nusquam

Biblioteca

nō cōnumerauit. Quare hoc? Quia nō cū infidelibus agebat, nec incredulitatis sed incōtinentiā & pratermissā charitatis crimina illis exprobrabat. Alioqui cū Iudeos aut ceteros infideles hortatur ad penitentiā, ad fidē eos tanq̄ ad ianuā pietatis & asilum inuitat, atq; ex huiusmodi cōtionibus sumpta sunt omnia loca, quę Philippus pro suo dogmate citat, pia quidē illa, & ab ipsis uerę pietatis fontibus hausta, sed ad causam, qua de nunc agimus, aut minimē pertinentia, aut inconsideratius accommodata: pertinent enim nō ad penitentiā, sed ad baptismatis sacramētū, cui' virt' est fides, quā ipsa prima fides nō suscipitur, nisi ab ijs, quos prioris penitentiā infidelitatis & uitę, vnde & penitentiā simul & fides illis proponitur ad cōuersionē. Nunc autē de penitentię sacramento disquirimus, quod sacramētū nō suscipitur nisi à fidelibus, nec adhibetur nisi peccatis, post fidei professiōem admissis, de quibus Philippica testimonia nō loquuntur, sed illa quę nos in alio ordine produximus: At Philippus in omnibus his ostendit subesse fidē, licet nō explicetur, cum intercedat promissio, & propterea negat penitentiā inueniri posse sine fide, præsertim si penitentię affectui accedat absolutiōnis, qua sacramētū perficitur, effectus. Hęc nobis maximē probantur, & ultro fatemur penitentiā esse nullā sine fide, quinimō addimus nullum pietatis opus à nobis fieri posse, absq; fide. Sunt omnino vires humane ad quodcunq; opus bonū prorsus inualidē, nisi illis diffusi fidamus Christi meritis & promissioni: quis tamen ex hoc theoremate colligat, fidē esse cuiusuis boni operis partē? Hęc satis per se quidē sunt plana atq; perspicua, sed quo fieri queant apertiora, repetēda nobis est illa collatio dilectionis ad cognitionē, sine qua nō potest esse cū tamē nō sit pars eius. Quod si Philippus dixerit dilectionē & cognitionē esse diuersi generis affectiones, propterea nō posse alterā alterius esse partē: hoc idē respondebimus ei de fide & penitentiā, quarū fides est in intellectu: penitentiā uero in uolūtate. tristitia enim uoluntatis est affectio, respiciē

tiam

tiā autē seu cessationē à peccato oportet etiā esse in uolūtate, cui peccatū inerat, gratię, q̄ in absolutiōne cōfertur, aut quomodo iustificat, subiectū est uolūtas. Quāq; ut illustrior sit uictoria, etiā si donem' in ea potētia & eiusdē generis esse penitentiā & fidē, & hęc illi esse necessariā, ut pcul dubio est, nō tamē sequitur esse partē eius, quod sequēs exemplū demonstrat. Species intelligibilis necessariā est ad intellectiōnē, & eiusdē generis affectio, puta cognitiui, cuius est & intellectio, nec tamē species ipsa, nec actus, quo intellectū immutat & memoriā secū dā format, est pars intellectiōnis. Hic uideor mihi uidere uos o germani quotquot Lutheranę causę fauetis, aut per cōtētū porrecto naso superciliū obducere, & hęc omnia fastidire, aut præ animi indignatione clamare: Philosophica sunt ista, Sophistica sunt, indigna quę fidei causę admisceantur. Euangelica doctrina uerbis simplicibus & planis non philosophorū est argutijs ex sacris literis expromēda. Vera sunt isthec uniuersa, nō diffiteor, insipiens factus sum sed uos me coegistis in tā scrupulosam disputatiōnē descendere, qui in cōfessione uestra, nō cōtēti penitentię sacramētū pbasse, quę huic sacramento uiderētur indigna reiecisse, quod satis erat, ijs qui simplicē cōfessionē nō methodicas præceptiones instituebāt penitentię partes ad uiuū (quod aiūt) reserare uolulistis. Ad hęc Philippus theologis nostris inuidiā cōflare conatus est, quasi totius euāgelij euerforibus, quod partitiōnē uestrā nō pbauerint. Rē ergo inutile, aut certē nō necessariā à uobis susceptā, coactus sum persequi: tamen, ut superius dixi, ego haud grauate cessisē uobis & Philippo, asserentibus fidē esse penitentię partē, nō q̄ uerū sit, sed q̄ illę salis pietate præteriri, modò sola fide cōtenti, nō excludere cōfessionē illā possibilē & modestā, sine qua penitentiā altera pars nēpe absolutio uobis cōstare nō potest, quāq; ecclesia sanctarū scripturarū auctoritate præcepit, nec satisfactiōnē, q̄ nihil aliud est, atq; quatinus fieri ualet, infectū redere quod factū est perperā, et præcedētis uitę studia in di

V in

uersum



uersum mutare. Eph. 4. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatē patienti. Non furari eum qui fuerat antea furatus, sed honestis se operibus alere, respicientiā est, suis vero laboribus etiam indigenti victum parare, satisfactionis, non illius, qua dominis ablata redduntur, nam hac restitutio specialius appellari consuevit, sed huius quam diximus verā penitentiaē esse partem. Vtramq; complexus est & professus Zachęus ille verē penitens. Domine inquit, ecce dimidium bonorum meorū do pauperibus, & si quid aliquē defraudaui reddo quadruplū. Luc. 19. Et quando Philippus sibi videatur in hac materia regnare, ita ut aduersus theologos, qui confutationem scripserunt, indignis christiana modestia verbis insolescat, haud tamē omnia quae theologi dicunt, sunt perinde leuiter & citra scripturarū auctoritatem, atque videntur illi, prolata: Sunt quidem catholici nonnulli viri boni, qui tamen nihil prāter summas confessionum & aniles fabulas didicerunt, à quibus nullus est circumstantiarum, nullus scrupulorum modus est obseruatus, atque ecclesiae catholice fides, & instituta in nullius horum verba iurarunt, nec illos in hoc certamine, quo receptas ab vniuerso populo christiano satisfactiones dānare pręsumit Philippus, pponere sibi debuit ut antagonistas, sed egregios viros Augustinum, Hieronymum, Chrysostomum, Cyprianum, Hilariū, Gregorium, Ambrosium, & ceteros eiusdem classis quos christianorum grex in vniuersum sequitur, quosq; suae penitentiae & satisfactionū habet authores. Nam cetera, quae Philippus infectatur, priuatae sunt quorundā superstitiones aut certe opiniones, quibus fateor christianorum conscientias, quarum salus non ab humanis traditionibus, sed à diuinis legibus pender, obligandas non esse. Porro humanae traditiones nobis sunt, non omnia quae nobis homines tradiderunt, nihil est enim firmē, quod non per homines Deus hominibus tradiderit: sed ritus quidam lustrationes, & expiationes, non

ADVERSVS LVTH. DOGMATA 171
ones, non ad Dei gloriā sed ad propriā aut gloriolā aut cōmodū excogitata, aut quod non raro accidit, vanā pietatis opinionē cōmentā. Ceterū quae sancti viri, illi quorum modō meminimus, ad Dei gloriā & animarū vtilitatē ex sacris literis deprompta, nobis tradiderunt: nō humanae sunt adinventiones existimanda, sed vt diuina oracula, aut certē illis finitima suscipienda, vt suscepta sunt ab ecclesia. Quantūvis em̄ Lutherus & Philippus illos quasi homines contemnant, ac prę se fastidiant, nunq̄ tamē obtinebūt, vt ab vniuerso populo christiano nō suscipiātur vt diui, vtpote qui sanctarū scripturarū arcana sanctissimē simul & religiosissimē tractauerunt nō ex eis sua cōmoda & vtilitates, non errorū latebras aut nouorum dogmatum praesidia, sed solius Dei gloriā aucupantes. Oēs omnino illorum conatus, vniuersa studia horum spectabāt, vt Deus à cunctis hominib⁹ et agnosceretur per fidē et per charitatē amaretur, quā ob rē verisimile est. quinimō pro verissimo haberi debet, purius illos atq; simplicius scripturas sanctas intellexisse, q̄ isti, qui ad propriā gloriā & susceptas cōtentiones illis abutētes, cum omnia susq; deq; habeāt, cōuellāt, euertāt, se solos diuini verbi spiritū adeptos nunq̄ nō p̄strepūt, nobisq; quod huiusmodi spiritus expertes omnino simus, quoties eis noua docentibus nō assentimur, exprobrāt. Nos verō tātorū virorū pręiudicio freti, fidēter audemus Lutheranos spiritus & Philippicos contēnere, vni totī ecclesiae spiritui credere, & secūdū illū asserere satisfactiones, nō quidē illas canonicas, quae iādudū insolescere desierunt, sed tū solēnes & cōmunes tū priuatas & peculiāres quibus etiā nūc ecclesia vtitur, esse diuina auctoritate p̄bandas & amplectēdas: Superest nūc vt quādo christiane satisfactionis autores veteres ecclesiae sapiētes esse diximus, aliquot eorū testimonia p̄feram⁹ ea tamē lege, ne quis à me satisfactionis nomē sup̄stitiose velit exigere, satis erit si peccatorū remissionē satisfactionē, redēptiōē, ablutiōē, placatiōē, solutiōē ac ceteris huiusmodi vocib⁹ aut locutionib⁹ p̄ nīa bona opera ostēda

ra ostēderimus, nobis posse cōtingere. Siquidē Philippus sola cōtētus fide, nullis nostris operibus, nec religionis quidē aut charitatis, locū in peccatorū remissione relinquit. Hęc est doctrina quā à catholica veritate diuersam ostēdere nituntur idq; patrū, vt polliciti sumus, testimonijs, paucis quidem (ne crescat in immēsum opus) sed proprijs, & ad quā differimus causam omninō pertinētibus: neq; enim omnia, quę antiqui sancti de eleemosynis ieiunijs vigilijs lachrymis & precibus præceperūt, quę innumerabilia penē sunt, ad satisfactionem pertinēt aut pœnitentiā, quādoquidē illorū multa aut officij causa, aut pietatis debito, aut cohibendæ libidinis necessitate præstatur: quę, etiā si satisfactionis fructu nō careāt, discernenda tamen sunt ab ijs locis, quibus præcipuē eisdē operibus satisfacere & pœnitere docemur, ne incidamus in viciū peculiare Philippo, parerga pertinētibus admiscere, & specie tantū verborū mordicus arrepta, nullum discrimen causę tēporis rationis, qua prolata sunt, obseruare. Hieronymus igitur latinorū omnium (quod ceterorū pace dixerim) in sacris literis eruditissimus, in cōmentarijs Isa. cap. 40. Et hoc notandū est (inquit) q̄ nō soluātur peccata nostra, nisi de manu domini receperimus ea: Nec idē est solui peccata, atq; dimitti. Cui enim dimittūtur, solutione non indiget, audiēs in euāgelio: Cōfide filia, dimittūtur tibi peccata tua. Cui enim soluūtur, propterea soluuntur, quia purgata sunt, & soluta per pœnas. Huius discriminis, quod in remissione peccatorū obseruatū est à Hieronymo, ignorācia (ne quid seuerius iudicemus) Philippū auertit à cōsideratione verborū: tametsi multa sint in scripturis sanctis, quę nos peccata, nō solū futura vitare, verū & præterita luere pietatis operibus & corporis castigatione, docēt, de quibus inferius: nūc rursus Hieronymū audiamus. Si rex, inquit, nesciēs Deū, hoc facit pro altero (nēpe ieiunare) quanto magis nos pro peccatis proprijs inedia & vigilijs debemus Deū ad clemētiā flectere? Locus est in cōmentarijs Danielis cap. 6: Nec docuisse tantū hęc, verū & se fecisse de-

Hieronymus.

clarat

clarat Hieronymus ad Pammachium scribens, sed Ioannem Hierosolimitanū episcopū cōueniēs his verbis. Ob id & ego Antiochiā, & ille (Innocentius videlicet presbiter) Constantinopolim vrbes celeberrimas deseruimus, nō vt te in populis prædicatē laudaremus, sed vt in agris & in solitudine adoleſcētiæ peccata desicētes, Christi in nos misericordiā deflecteremus, &c. Stulte quidē Hieronymus, si Philippus verus est autor, nā inter popinarū eructationes & puellares amplexus potuisset nullo labore, nullo negotio, sola tantummodo fide Christi misericordiā obtinere. Verū præstat, ne patribus qui semel loqui ceperunt obstrepamus. Succedat ergo Hieronymo Cyprianus loco, tametsi tempore dignitate atq; adeo auctoritate illum antecesserit. Dominus orandus est (inquit Cyprianus in sermone de lapsis) dominus nostra satisfactione placandus, qui negantē negare se dixit, qui omne iudiciū de patre solus accepit &c. Est quidē Christus Iesus propiciatio nostra, qui solus pro peccatis electorū patri satisfecit, eundemq; placauit in cruce, quē tamē satisfactione nostra nobis esse placādū, admonet Cyprianus, ita tamē vt hęc satisfactio nostra sit opere, eius vero cui sit, & qui placatur, virtute. Quia sine me, inquit, nihil potestis facere. Rursus in eodem sermone Cyprianus: Cōfiteantur singuli, quęso vos fratres delictū suū dum adhuc qui deliquit in seculo est, dū admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud dominum grata est. &c. Et paulo inferius: Ad dominū toto corde redeamus, irā & offensam eius ieiunijs flectibus, plāctibus, sicut admonet ipse, placemus. Apertissima quidē oia hęc, sed instituto nostro proxima sunt, quę ad Corneliū cōtra hæreticos iā tūc suborientes scribit, & queritur: Datur, inquit, opera ne satisfactionibus & lamentationibus iustis delicta redimātur, ne vulnera lachrymis abluantur pax vera falsę pacis mendacio tollitur, salutaris sinus matris nouerca intercedēte, præcluditur, ne de pectore atq; ore lapsorū flectus & gemitus audiatur: Quibus obsecro coleribus

Cyprianus

X

Philippi

Philippi temeritas proprius posset adumbrari: Iam Cypriano proximus sit Augustinus. Afer Afro. Episcopus episcopo: cuius multa sunt hac de re testimonia, sed nos ut in ceteris pauca referemus. Enchiridij ad Laurētiū cap. septuagesimi verba sunt hæc: Sane cauendū est, ne quisquē existimet infanda illa crimina, qualia qui agunt, regnū dei nō possidebunt, quotidie perpetrāda, & eleemosinis quotidie redimēda. In melius quippe est vita mutanda, & per eleemosinas de peccatis præteritis est propiciandus deus, nō ad hoc emendus quodāmodo, ut ea semper liceat impune cōmittere. Nemini enim dedit laxamentū peccandi, quāuis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio cōgrua negligatur. De quotidianis autē brebibus leuibusque peccatis, sine quibus hæc vita nō ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Item contra Cresconiū grāmaticum lib. 2. cap. 12. oēs in eo donatistas alloquēs. Ideo vobis nō videntur (inquit) mundari, cū ad nos à vobis transeunt, quia nō denuo baptizantur, quasi solo baptismo, quē repeti nō oportet, cum idē atque vnus est, homines ab errore mundentur. Mundantur & verbo veritatis ab illo, qui ait: Iam vos mundi estis, propter verbum quod loquutus sum vobis: mundantur & sacrificio cōtriti cordis ab illo de quo dictum est: Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus, cor contritū & humiliatū deus nō spernit. Mundantur & eleemosinis, ab illo qui ait: Date eleemosinā & ecce omnia mūda sunt vobis. Mundatū ipsa quæ supereminet omnibus charitate ab illo qui per apostolum Petrum dixit: Charitas cooperit multitudinē peccatorū &c. Quid? charitatem potest habere is cui opus est, emūdari peccata? Viderit Philippus cuiusmodi peccata sint, quæ, parta charitate, supersunt eadē charitate mundanda, nam Augustinus nō asserit modo, verū & probat, in rerdū peccata charitate mundari. Sed de hoc paulo inferius differemus. Id ipsum quod nūc eleemosinæ, aliās tribuere solet ieiunio & orationi, quas in iustificationis nostræ societate cōiungit. Hac, inquit, iustitia hominis in hac vita, ieiunium, eleemo-

3. Pet. 4.

eleemosina, oratio. Vis orationē tuā volare ad Deū? fac illi duas alas, ieiuniū & eleemosinā &c. Iure quidem ieiunio orationi & eleemosinæ iustitia nostra tribuitur, cū eisdē rebus & peccata remittātur, & peccatores iustificentur, nec valet hic Philippus iustitiā quandā inualidā, & quæ solo nomine iustitia sit, cōminisci, cū præter hoc quod omnia hæc ad Deū quem respicit vera iustitia, retulit Augustinus, dixerit paulo superior. Ergo ex animo fac, ut ille qui intus videt, adhuc loquēte te dicat ecce assū. Non igitur extimā & politicā, sed spirituale & intimā docet iustitiā, cū illā orationi ieiunio & eleemosinæ tribuit. Appellat vero iustitiā huius vitæ, hoc est, gratiæ iustitiā, ut discernat ab alterius vitæ iustitia, de qua Petrus apostolus epistola secunda. Nouos, inquit, celos & nouā terrā & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Hæc est iustitia gloriæ, cui non opus erunt ieiunia, preces, & eleemosinæ, quæ hominis iustitiā in hac vita esse dicit Augustinus locus est in enarratione psalmi quadragesimi secūdi: Contra Iulianū verō Pelagianū testimonio etiā vtitur magni Basiliij ad cōmendationem ieiunij, id quod nō cōmunis interpretis sed eiusdē Augustini verbis adscribā, ut in vno testimonio duorū clarissimorū hominū cōplectar autoritatē. Sed audi (Augustinus ait) quod ad rem præsentē spectat, quid de peccato primi hominis ad nos etiā pertinente dicat iste sanctus sine vlla ambiguitate Basilius, quod etsi reperi interpretatū. tamen propter diligentiorē veri fidē verbū è verbo malui, transferre de græco: In sermone de ieiunio: Ieiuniū, inquit, in paradiso lege cōstitutū est, primū enim mandatū accepit Adā. A ligno sciendi bonū & malū nō manducabis. Nō manducabis autē, ieiuniū est & legis constitutionis initium: Si ieiunasset à ligno Eua, nō isto indigeremus ieiunio. Non enim opus habent valentes medico, sed male habentes. Aegrotamus per peccatū, sanemur per pœnitentiā. Pœnitentiā verō sine ieiunio vacua est &c. Si ieiuniū pœnitentiæ nō adiūxisset Basilius posset ambigi vtro de ieiunio loqueretur, de illo ne

Basilius.

quo vitare peccata futura, an de illo quo praterita luere cō-
 ſueuimus: verū cum pœnitentiā, pœnitentia esse peccatorū
 nemo ſcit, qui neſciat: quē niſi ſatiſfactionis locum poteſt in
 pœnitētia habere ieiuniū? qui pœnitētiæ virtus aſſeritur, &
 de quo Baſilius in eodē ſermone dixerat paulo ſuperius. Sa-
 tietas corporis habet hilaritatē, ieiuniū verò animæ lucrum
 atq; ſalutē. Gaude, ſi ſapis, q̄ tibi à medico pharmacū necans
 peccatū pœbetur. Porro aut̄ cum Auguſtinus à latinis nos
 tranſulerit ad gręcos, iure Chriſoſtomus periclitanti pœni-
 tētiæ nunc ferret ſuppētiās, niſi tanta ſe copia verborū effun-
 deret, vt periculū ſit, ne ſemel admiſſus, omnia occupet, neq;
 vnq̄ eleemoſinas & ieiunia cōmendādi finē faciat. Idcirco
 aliquot loca carptim attingamus potius q̄ pducamus. Scri-
 pſit de pœnitētia cuiusq; partibus & virtute multoties, decem
 pœfertim homelias, in quarū prima ſic ait: Ieiunium ſeruos
 exiſtentes nos (peccati ſcilicet) atq; ligatos inueniens, vincula
 remittit, & tyrānide liberat, priſtinamq; in libertatē reducit.
 Et paulo inferius: Quemadmodū ieiunio ſpreto, mortē ſper-
 nenti addidit. Sic iterum eodem honorato, de morte reuo-
 cat. Nam & volens tibi oſtendere rei virtutem, poteſtatem
 ipſi dedit, poſt ſententiam, poſt abductionem, abductos me-
 dia de via rapere, atq; reducere ad vitam, &c. Commemora-
 toq; Niniuitarū exemplo, quos poſt ſententiā damnationis
 dicit ieiunio reductos ad vitam, aliſq; exēplis adiunctis ita
 colligit. Igitur ieiuniū mirare, proniſq; manibus ſuſcipe, quo
 niam quidē & in camino fert opem, atq; in leonum cuſtodit
 lacu, dēmonesq; fugat, & Dei reuocat ſententiā &c. Faſtidiat
 quātū velit Philippus noſtrorū ieiuniorū ſatiſfactiones nos
 de voce nunq̄ cōtēdemus, rē verò dicimus eſſe placare deū,
 eiusq; pro peccatis noſtris meritā mutare ſententiam. Rur-
 ſum Chriſoſtomus ſermone de confeſſione ſuper illud pſal-
 mi: Conſitemini domino quoniā bonus &c. Spiritus ſanctus
 medelā purgandi facinoris & curam admiſſi delicti obtulit,
 dum qualiter irā Dei placaremus oſtendit. Non vult pecca-

toribus inferre vindictam: qui dare quærit, cōſitentibus ve-
 niā. Et paulo inferius. Confeſſio enim pœnitentiā monſtrat,
 Satiſfactio veniam ſibi diuina pietate conciliat: Et in fine ſer-
 monis. Confeſſio reddat, quod peccatū detraxerat: curet pœ-
 nitētia, quod delictorū macula ſordiderat: ſerpentinū virus
 ſatiſfactionis antidoto recuretur: peccatorū venena pœcum
 iſtantia depellātur, vt dominū, quem nobis delicta fecerāt
 iracundū, reddant obſequia digna placatū: & qui à nobis fue-
 rat peccatis offenſus, confeſſione nobis reddatur miſericors
 & pius. Quæ vero aut cuiuſmodi ſint hæc obſequia, innume-
 rabilibus penē locis declarat iſdē Chriſoſtomus: ſed nos bre-
 uitati ſtudemus. Contione tamen quarta de Lazaro ſic ait:
 Vt igitur neq; puniamur, neq; pœnas demus in alio ſeculo,
 in ſuam quiſq; conſcientiā ingrediatur, vitamq; explicet, cum
 diſq; cōmiſſis diligēter excuſſis, condēnet animam, quæ hæc
 patrauit: puniatq; cogitationē, affligat crucietq; ſuam ipſius
 mentē, ſupplicium à ſeipſo exigat pro peccatis, per condemna-
 tionē, per diligenter actā pœnitentiā, per lachrymas, per cō-
 feſſionem, per ieiuniū, per eleemoſynā, per continētiam, per
 charitatē, vt poſſimus omnes, omni modo hic depoſitis pec-
 catis, multa cum fiducia illuc proficiſci. Et in opere de pœni-
 tētia, quod modo citauimus, homelia quinta. Illic (nempe in
 vniuerſali & poſtremo iudicio) magnū iudicem ars rhetoris
 nulla decipiet, & nullius potētia mitigatur, dignitati non cō-
 descendit, non veneratur perſonā, ſed tremendū & implaca-
 bile iuſti iudiciū. Hic vero iudicem exorabimus, & placabi-
 mus, non pecunia: magis autē (ſi verū dicere oportet) clemēs
 ipſe piusq; pecunia ſuadetur, non ipſe manu, ſed per inopem
 accipiēs. Da inopi pecuniā, & iudicē mitigaueris. Hęc autem
 dico, fratres, alliciens vos, quoniam quidem pœnitentia ſine
 eleemoſyna mortua eſt: & ſine plumis nequit volare pœni-
 tentia, pœnas eleemoſynę non habens. Et paulo inferius alio
 tropo, Num negociationis alia eſt ratio, q̄ quod minori em-
 pta maiori pœcio vendat, atq; duplicatā ſibi ſummam inue-
 niat?

niat: Tales igitur nobis Deus nūdas proposuit: modico iustitias eme, quo multo vendas in seculo futuro &c. Quā ergo satisfacit emptor venditori in legitima mercatura, tam si deles eleemosynę & ieiunia satisfaciūt Deo, sed meritis Christi, à quo nos eleemosynas dandi atq; ieiunandi virtutē: ieiunia vero & eleemosynę vim satisfaciendi gratis accipiunt. Haud secus intelligēda sunt verba Cyrilli, quibus in *Leuit. lib. 15.* ait, pœnitentię & bonorū operum p̄cio redimēdam esse conscientię domū, si nobis peccantibus venundari contingat. Citat illud Pauli. Domū habemus non manu factam æternā in cœlis, & addit: Hęc ergo est domus, quā ædificare nemo potest, nisi in simplicitate mētis & puritate cordis. Sed quoniā accidere solet, vt etiam qui bene ædificauerit, & domum sibi cœlestē bene agendo & bene viuendo ac recte credendo contruxerit, incurrat alicuius peccati debitū, & hanc à crudelissimo fœneratore venū dare cogatur, ac labores suos transfundere in aliū: pietas & clementia legis latoris occurrat, vt intra certū tempus redimi possit. Si tamen inuenierit (inquit) manus tua p̄ciū, quod restituat. Quale p̄cium? Pœnitentię sine dubio lachrymis cōgregatum, & manibus, id est, labore boni operis inuentū &c. Hęc *lib. 15.* Libro vero secundo eiusdē operis ita dixerat. Audisti quanta sint in lege sacrificia pro peccatis: audi nunc quāta sint remissiones peccatorum in Euangelio. Est ista prima, qua baptizamur in remissionē peccatorū. Secunda remissio est in passione martyrii. Tertia est quę per eleemosynam datur. Dicit enim saluator. Veruntamē date, quę habetis, & ecce omnia munda sunt vobis. Quarta nobis fit remissio peccatorum, quando & nos remittimus peccata fratribus nostris. Sic enim dicit ipse dominus & saluator. Quia si remiseritis fratribus vestris ex corde peccata, & vobis remittet peccata vestra pater vester. Quod si non remiseritis fratribus vestris ex corde, nec vobis remittet pater vester. Et ipse in oratione nos dicere docuit. Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus

ADVERSVS LVTH. DOGMATA 159
 bitoribus nostris. Quinta peccatorū remissio, cum conuerterit quis peccatorē ab errore vię suę. Ita enim dicit scriptura diuina. Quia qui conuerterit fecerit peccatorē ab errore vię suę, saluat animā eius à morte, & cooperit multitudinē peccatorum. Sexta quoq; fit remissio, per abundantiam charitatis: sicut & ipse dominus dicit. Amē dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniā dilexit multum. Et apostolus dicit. Quo *1. Pet. 4.* niam charitas operit multitudinē peccatorum. Est adhuc & septima, licet dura & laboriosa, per pœnitentiā remissio peccatorū: cum lauat peccator lachrymis stratum suū, & fiūt ei lachrymę suę panes die ac nocte: cum nō erubescit sacerdoti domini indicare peccatū & quærere medicinā, secundum eū qui ait. Dixi pronuntiabo aduersum me iniustitiā meam & tu remisisti impietate cordis mei. Longū esset nunc, transcribere distributionē, qua Cyrilus omnes has peccatorū remissiones refert ad legis veteris sacrificia: satis sit, eius autoritate probasse, nostris eleemosynis ac cæteris operibus bonis peccata remitti, cōdonari: & cum debita sint, quę nos diuine iustitię reddunt obnoxios, pœnitentię & bonorū operum satisfactione solui. Quod id ipsum Ireneus etiā declarat *Ireneus* dicens: Docebat (nēpe Christus) vt facerēt p̄cepta, quę ab initio p̄cepit Deus, & vt veterem cupiditatē per opera bona soluerēt, & sequerētur Christum. Quoniā autem ea, quę possidētur, pauperibus diuisa, solutionē faciunt p̄terite cupiditatis. Zacheus facit manifestū. Ecce (dicens) dimidiū bonorū meorū do pauperibus, & si cuius quid defraudaui, reddo quadruplū. Locus Irenei est *lib. 4.* aduersus hærese Valentiniani *cap. 26.* Sed iam ad Latinos reuertamur, nēpe ad Ambrosiū, nam Augustini à quo digressi sumus testimonia vniuersa trāscribere, res esset iusti voluminis. Ambrosius vero de pœnitētia *lib. 2. cap. 8.* sic ait. Plura soluēdi habet subsidia, qui Deo, q̄ is qui homini debet. Homo pecuniā pro pecunia reposcit, quę nō semper debitori p̄sto est, Deus affectum exigat, qui i tua potestate est. Nemo pauper est, qui Deo debet, nisi

Ambrosius



ber, nisi qui seipsum pauperē fecerit. Et si non habet, quę ven-
dat, habet quę soluat. Oratio, lachrymę, ieiunia, debitoris bo-
ni census est, multoq; vberior, q̄ si quis ex precij fundorum
pecuniā sine fide deferat. Deniq; pauper erat Ananias, cum
vendito agro pecuniā deferret ad apostolos, vnde nec solue-
re se potuit, sed implicauit. Diues illa vidua, quę duo ėra mi-
nuta in gazophilatiū misit, de qua dictū est. Hęc vidua pau-
percula plus omnibus misit. Non enim pecuniā Deus sed fi-
dē querit. Nec ego abnuo, liberalitatibus in pauperes factis
posse minui peccata: sed si fides commendet expensas. Quid
enim prodest collatio patrimonij sine gratia charitatis? &c.
Quid? Soluunt Deo, qui precantur, qui ieiunant, qui lachry-
mas fundunt, & non satisfaciunt? An potest quisq; creditori
soluere, cui non satisfecerit? Hęc in vocabulis Philippus,
mordicus verba teneat, nos rem ipsam quocunq; vocabulo
signetur (nā multis potest explicari) disquirimus. Iam quod
Ambrosius iniquior est eleemosynę, & parū illi videtur tri-
buere, propter eos facit, quos Augustinus (vt superius cita-
uimus) dicit quotidie ppetrare crimina, & quotidie eleemo-
synis redimere: hi enim sine gratia charitatis, quā in eleemo-
synis requirit Ambrosius, conferunt patrimonia. Alioquin
plures habet eleemosyna promissiones, q̄ reliqua siue religio-
nis siue pietatis opera, de qua vide, quid alibi dicat Ambro-
sius. Si tam graue peccatum fuerit vt minimē solis flectibus
abluatur: addamus misericordię oleū, acrimoniamq; ieiunij.
Nullū enim tam graue delictū est, quod non purgetur absti-
nētia, eleemosynis extingatur. Ait enim sanctus propheta.
Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit pecca-
tum. Magna ergo est eleemosyna, quę ardentū criminū glo-
bos beneuolentię suę fonte refrigerat: & quodā irriguo largi-
tatis obruit incendia delictorū. Vt quis offensus Deus, quā-
uis criminib' prouocatus: cogatur liberare eleemosynis, quę
disposuerat punire peccatis. Cogitur enim à nobis quodam
modo, dum cōpellitur pro actibus nostris mutare sententiā:
& in

& in vno eodem homine nūc seueritate iudicis promoueri,
nunc patris pietate blandiri: Pater enim nobis deus est, cum
bene agimus: iudex noster est, cū peccamus: locus est in ser-
mone de natiuitate domini. Et enarrans illud Christi, quod
habetur Luc. ii. ca. Date eleemosynā, & ecce oīa munda sunt
vobis. Vides, inquit, quāta remedia? Mundat nos misericor-
dia, mundat nos Dei sermo, iuxta quod scriptū est: Iam vos
mundi estis, propter sermonē quē loquutus sum vobis. Nec
hoc loco solū, sed etiā alijs quanta gratia fit, expressum tenes
Eleemosyna enim à morte liberat. Et cōclude eleemosynā in
corde pauperis, & hęc, p te exorabit in die malo &c. Similis
est Augustino & Ambrosio Hilarius in improbanda vana ie-
iuniorū & eleemosinarū fiducia, quo legitima cōmendat vti-
lius. Nos, inquit, si semel ieiunamus, satisfecisse nos arbitra-
mur: Si aliquid ex horreo domesticarū facultati inopi da-
mus, impleuisse nos iustitiā credimus, ieiunantes vt aut pla-
ceamus hominibus, aut corpora cibus fessa releuamus, & in-
ter ipsa ieiunia stupra, iniurias, odia cogitantes: donātes autē
exiguū nescio quid dū pulsantē fores nostras inopē nō susti-
nemus: aut dū bonitatis famā inani & ociosa hominū opinio-
ne sectamur, & deberi nobis vt audiamur, existimamur. En
opera, quibus meriti fiduciā detraxerunt pietatis antistites:
quorū verbis abusa lutherana temeritas vniuersis negare co-
natur. Obsecro per Deū, si nulla ieiunia, nullę satisfaciunt ele-
emosinæ, aut quicq; merentur, quid opus erat illis duntaxat
tū ieiunij, tū eleemosinis satisfaciēdi vim adimere, quę par-
cē, quę malignē, quę inaniter & humanis tātū affectibus assu-
muntur? Quanto simplicius erat & facilius quod Philippus
facit vnico verbo cunctis operibus nostris optimis etiā me-
ritū & satisfactionē detrudere? Sed hoc nemo sanctorū ausus
est patrū. Prauos hominū corrigebant affectus, quo facilius
bona opera merendi fructum assequerentur, inanē præterea
cōfidentiā cohibebant, bona verò opera nunq; dānabāt, neq;
ausi sunt illis satisfaciendi vsum, & Christi gratiæ pmerēdæ
virtutē

virtutē negare. Fidei quidē salutis nostræ summā vt pietatis
 basi & fundamēta tribuunt, quia sine fide impossibile est pla
 cere Deo, nemo tamē eorum hoc asserit, q̄ sola sit fides quæ
 placeat, atq; adeo sola placet & mereatur, quin fidenter pro
 nunciant nostris bonis operibus (vocāt autē bona opera ieiu
 nia, preces, elemosinas) satisfieri Deo, atq; adeo placari nobis
 Deū & promereri, eiusq; mutari sententiā, nam his omnibus
 verbis vtūtur & alijs huiusmodi. Iam vt oīa hæc hominū
 cōmēta fingat esse Philippus, & velut humanas contemnat
 adinventiones, quid dicturus est ad scripturarū testimonia,
 quibus luce clarius apparet, vtiles esse, ne dicā necessarias, ad
 placandū Deū, & peccatorū veniā promerendā, huiusmodi
 satisfactiones? Luc. 11. Quod superest, date elemosinā, & ecce
 oīa munda sunt vobis. Mat. 6. Tu autem cum ieiunas, unge
 caput tuum, & faciē tuā laua, ne videaris hominibus ieiunās
 sed patri tuo, qui videt in abscondito, & pater tuus, qui videt
 in abscondito, reddet tibi. Quid obsecro reddet pro ieiunio? bo
 na fortassis tēporalia, quæ nequissimis quibusq; nepotibus &
 heluonibus interdū largius cōcedūtur? Præclarū scilicet mu
 nus, pro quo Christus ieiuniū cōmēdarit, & ieiunādi modū
 tātōpere nobis tradiderit. Quid ergo dabit, nisi peccatorum
 veniā viuentibus, & gloriā decedentibus? nā gratiā & gloriā
 vt ait p̄pheta, dabit dominus. Hęc nimirū sunt dona quibus
 nos inuitat Christus, & allicit, quæ per se ipsum & in abscon
 dito reddit pater, nā cetera per homines & elemēta largitur,
 aut potius pene citra discriminē, euulgat, qui facit oriri solem
 suū super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.
 Porro gratia delictorū veniā cōtinet, sine qua nemo potest
 gratus effici Deo. Quod per semetipsum Christus hic de ie
 iunio docet, per p̄phetas suos ante docuerat, ieiuniorū faciēs
 delectū, quorū legitima probat, notha cōdēnat. Ion. 3. Nini
 uite ad prædicationē Ionæ credentes prædicauerunt solenne
 ieiuniū, vestiti sacco à maiori vsq; ad minimū, & dicētes: Cō
 uertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate, q̄ est in manibus
 eorū

eorū. Quis scit, si cōuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur
 à furore ira sua? & addit scriptura: Et vidit deus opera illorū
 quia cōuersi sunt de via sua mala &c. Quod Niniuite credi
 derunt, in deū q̄ cōuersi sunt à via sua mala, & ab iniquitate,
 quæ erat in manibus eorū, nec siritatis fuit, oportet enim, vt
 superius diximus, quæ verè pœnitet, vt ab opere cesset, & re
 sipiscat, & quod peccatum vsq; adeo illi displiceat, vt noller
 omnino peccasse, ex quo affectu, quando nō potest, quod se
 mel factū est, infectū reddi p̄cedit, vt ieiunijs & lachrymis
 & afflictionibus vltionē de suis facinoribus sumat, quod spō
 taneum quidē est, nisi tamen esset vtile, & ad diuinā vltionē
 deprecandā maximè cōduceret, nunq̄ sacris literis probare
 tur, nec ad pœnitendi exemplum esset nobis ab eisdem pro
 positum. Isai. 58. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diem, vt
 audiatur in excello clamor vester. Et addit cōditionem, qua
 legitimum sit ieiunium, nempe resipiscētiā à peccatis præ
 teritis, cui additum, misericordiam Dei cum ieiunium tum
 elemosina adipiscitur: Tunc inuocabis, inquit, & dominus
 exaudiet, clamabis, & dicet, ecce assum, quia misericors sum
 dominus Deus tuus.

PHILIPPICA VNDECIMA.

Confutat responsiones Philippi, atq; obiter de merito
 supererogationis agit, & gemina solutione peccati.



Philippus dicit ieiunia q̄ in sacris literis pro
 bātur nō esse satisfactiones, quia fingūtur,
 vt inquit, à nobis: satisfactiones esse opera
 indebita, ille verò veras oratiōes, veras ele
 mosinas, vera ieiunia, dicit habere p̄cepta.
 Atqui si quoties hæc & id genus alia opera
 pbātur in scripturis: p̄cipiūtur vt necessario fiant, plura sunt
 in euāgelica lege p̄cepta, q̄ fuerint in mofayca. Christi verba
 de ieiunio nullam vocē præcipientis habent, sed probantis, &
 docētis quomodo ieiunare debeamus. Non dicitur ieiunate:
 Y ij sed cum

sed cū ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę tristes. Præterea, ut sint omnia hæc præcepta, quæ nõ esse, quis non videt? Philippus tamen non negat, à nobis interdū posse fieri sine Christi præcepto: & tunc dicit esse humanas traditiones, de quib⁹ Christus ait. Frustrà colunt me mandatis hominū. Sed quid si incidat casus, ut fiant sine Christi præcepto, & hominū traditione? nõ etiam tunc tēporis Deo non erunt accepta, nihil ne huiusmodi operibus merebimur apud patrem, de quo filius ait. Et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi, idq; nõ modo semel & iterū, verum & tertio repetit de ieiunijs, præcibus, & eleemosynis, quæ legitimè fiunt. An quę gratuito & liberè nemine cogente fiūt, non possunt recte fieri? At qui mysticus ille samaritanus quodcunq; (inquit) super erogaueris, reddā tibi. Quid est, obsecro, super erogare, nisi aliquid in obsequiū Christi cōferre, quod ita sit illi acceptum, dum exhibetur, ut tamen prætermittēti non succēferet, cuiusmodi sunt multę eleemosynę, ad quas proculdubio nullo præcepto tenemur: esse tamē bonas ac pias atq; adeò de illarum numero, quas pater in abscondito videt, nemo potest, nisi impiè negare. Nam Paulus apostolus maximè de huiusmodi operib⁹ gloriatur, & præter cōmunem mercedē, quam cum ceteris, qui in cūcto euangelizādi munere gnaviter functi essent, erat accepturus: aliā sperabat, velut auctuariā, ex eo quod iuri suo, quo ceteri apostoli passim utebantur, sponte cedens, sine sumptu, ut dicit, prædicabat Euangeliū. Quis neget, hoc supererogatiōis fuisse, ad quod ceteri apostoli nõ tenebātur, quodq; solus Paulus liberè præstabat: nam quod huiusmodi erogatio propria mercede sit digna, eiusdē Pauli verbis apparet: hanc enim esse dicit suā mercedē, ut Euangelium prædicans, sine sumptu poneret Euangeliū: & potestate sumendi stipendiū, quo utcunq; in diē viueret, quā habebat cū ceteris cōmunem, minimè vteretur. 1. Cor. 9. Et ad Thes. scribens. Cum possemus (inquit) vobis oneri esse, ut Christi apostoli, sed facti sumus paruuli in medio vestri. Et addit. Memores

Luc. 10.

Supererogatio
Pauli.

Thes. 2

Memores enim estis, fratres, laboris nostri & fatigatiōis, nocte & die operantes, ne quę vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangeliū, Quę cum ita sint, vehementer admiror, qua fiducia Philippus audeat asserere, nulla bona opera posse fieri à nobis, quę dicātur supererogationis, sed ad omnia, quę sancti viri fecerunt, & nunc multi boni viri faciunt, teneri. præcepto: qua sententia, nihil scrupulosius, nihil periculosius & pijs cōscientijs magis incōmodum doceri potest. Nā vos, Germani, rogo, si ad omnes preces & eleemosynas quas quotidie, nocta occasione, offertis Deo, præcepto teneri, quam periculose ædē aut eis similime subinde prætermittuntur à vobis, de quibus nullam potestis discriminis rationē asserere? An toties peccatis mortaliter, quoties ieiunia, preces, eleemosynas, nullo præcepto destinatas, sed solo pietatis amore cōceptas, occasione fortassis nõ perinde graui prætermittitis, aut differtis? Id tamen si absurdū concedendū est à Philippo, qui dicit huiusmodi opera, quatenus bona sunt, quatenus esse præcepta: quę verò præcepta nõ sunt, mala esse, & inania hominū mandata, etiā si vobis illa nemo mandauerit, sed studiū suggesserit pietatis. An quicquid animus concipit ut studiosum & piū, mox incipit esse præceptū? Videte in quas salebras, in quæ pericula vos coniciat ista doctrina, qua negatur vllū opus bonum alieno cōcilio aut pietatis nostra motu posse fieri à nobis absq; præcepto: nam hoc vocamus opus supererogatiōis, quod Philippus negat. Et hæc doctrina vna est de præcipuis basibus, quę sustinet Lutheranos errores, quā firma vero sit, & constās: vos ipsos, viri Germani, cōsciētias vestras, pietatē, experimēta, cōsultite. Nam si quicquid non præcipitur in sacris literis, est alienū à verbo Dei, atq; adeò inanis hominum traditio qui potestis vitare, aut periculū superstitionis humanæ in multis huiusmodi operibus, quæ vltro quotidie exhibetis, aut peccati mortalis discrimen, in eisdē aut similibus, quoties à vobis leuioribus causis (ut sit) prætermittatur. Nos, si debitū large intelligatur:

Opus supererogationis quid.

gatur: scimus, nihil boni operis à nobis citra debitū exhiberi: si verò debitum sit tantum illud, ad quod præcepto tenemur, firmissimè credimus, multa bona opera Deo grata atq; probata posse à nobis fieri, quæ nulla aut minima culpa præmitterentur: qui ita cōmendantur, probantur, & consuluntur in sacris literis, vt non tamen semper, neq; vbiq;, nec omnibus præcipiatur: quinimò sunt, quæ nunq;, & nemini: & hæc sunt, quæ nobis patrū autoritate appellatur supererogationes. Multa sunt (ait Augustinus) facienda, non iubente lege, sed libera charitate, & ea sunt in nostris officijs gratiora, quæ cū liceret nobis etiā non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Hæc verba Augustini sunt, sententia verò totius ecclesiæ, celebris, vetusta, cōmunis, & omnium sanctorum literis prædicata: vtrius verò potius credendū sit, illis, an vestris doctoribus nouis, ne quid amarulētius dicā, & contentionis studio receptissima quæq; euertētibus, viri Germani, vos videritis: simulq; vestræ prudentiæ erit, expendere, qualia sint dogmata, quæ nequeūt defendi, nisi tam absurda sententia admittatur, quinimò nisi negetur, quod catholici patres omnes ad vnū aiunt, asseueretur, quod negāt. Nā si non omnium cōmunis est hæc nostra doctrina, proferte vel vnum de tanta caterua veterū sanctorū, qui Philippico isti dogmati faueat, & nec vnū quidem verbū præterea cōmutabimus. Philippus vero tantæ lucis, quæ sese illi, vt reor, offerebat vltro, splendorē non ferens, cū decreuisset, de sententia cui maxima pars sui erroris innititur, non discedere, nullas non latebras quærit, non quo veritatē possit inuenire, sed quo turgito possit errare. Nemo (inquit) potest perfectè satisfacere legi Dei. Et citat totam scripturā. Ego vero vno tantum loco essem cōtentus, quia nullū hætenus me vidisse memini. At tamen vt hoc sit verū, quod tamen esse non credo: vt tamen verū sit, quod in ijs quæ lex præcipit, nemo illi hætenus præter Christū satisfecerit, qui cōsequitur: vt ego non possim facere aliqua bona opera, quæ nulla mihi sint lege præcepta: quis

quis hoc neget, nisi qui præter quotidianū experimentum apostolū Paulum velit negare, qui iuri suo, quod habebat ad sumendū ea, quæ in quotidianos vsus erant illi necessaria, liberè & gratuito cessit nullo cogente præcepto: id quod multis argumētis adstruit, atq; in hoc sitā quandam suā propriā mercedem esse, dicit. Iam vt ad humanas redeamus traditiones, si fieri potest, vt aliquoties præcepto diuino minimè cogente quædā operemur, quæ non possunt negari, quin bona & pia sint, atq; adeo grata Deo, cui bona cuncta placent, quid impietatis accedat huiuscemodi operib⁹, si contingat per pōtiffices aut cōcilia institui, vt certis locis & tēporibus fiant? Nulla, inquires, sed Christiana libertas non fert, huiuscemodi onera imponi fidelibus, quos apostoli nullis voluerūt grauari, nec potest vlla, etiā totius ecclesiæ, autoritatē propter huiusmodi opera dānari anima, cum solus Christus, sicut & seruandi, ita & dānandi habeat potestatem. Audio, sed nunc non de ecclesiæ potestate suscepta nobis est disputatio, quæ inferius suū habebit locum: sed de operibus bonis, quæ citra diuinæ legis præceptum à nobis fieri contingit: de quibus duo quarūtur: an, scilicet, cōferant ad placandū Deum, & aliquid ab eo quoquomodo promerendū, puta peccatorū veniam, gratiā, & gloriā: & an per pōtiffices cōmuni lege, aut quouis sacerdotis priuato in pœnitētia iudicio iniuncta, eandē vim habeant, quinimò maiorē. Horum prius euidentibus adstrutum est scripturarū testimonijs: posterius indignū est, de quo dubitetur, nec illud aduersarij improbant vllō testimonio, præter verba Christi, sine causa colunt me mandatis hominum: quæ verba nihil nobis obsunt, quando mādata hominum, vt superius attigimus, appellat Christus iustificationes quæsdā prorsus externas & inutiles, quæ sunt ab hominibus proprij cōmodi aut inanis gloriæ causa excogitatæ: non bona opera quibus iam dudū sæcula autoritate publica aut priuato consilio tēpus præfinitur. Porro quod elemosinæ, quæ ieiunia, quod preces sint bona opera, probatur Christi ipsius verbis,



verbis, qui de singulis distinctè ait : & pater tuus qui videt
 in abscondito reddet tibi : nec puto Philippū & aduersarios
 tā pertinaces fore, vt negēt inter cetera quæ pro huiusmo-
 di operibus pater est redditurus peccatorū remissionē esse
 adnumerandā, cum isdē Christus alibi dicat, quod superest
 date eleemosynā & ecce omnia munda sunt vobis, de pecca-
 tis nimirum loquēs: & Nabuchodonosoro regi consulit Da-
 niel, vt peccata sua eleemosynis redimat Dan. 4. Et nisi præ-
 cibus dimitterētur peccata. Christus non docuisset vt oran-
 tes diceremus Dimitte nobis debita nostra &c. Dicit Philip-
 pus (scio) his omnibus interesse fidem quandā specialem, sine
 qua peccata nullo modo remitterentur. Quis hoc illi nega-
 bit? aut quis ignorat, in cūctis quæ agimus fidē in primis esse
 necessariā? Ecquis vnq̄ accessit ad confessionē, nisi absolutio-
 nis fiducia duceretur. Ecquis eleemosynas largiretur, nisi cre-
 deret Christo dicenti. Quotiescunq; vni de minimis meis fe-
 cistis mihi fecistis? Quis ieiunaret, nisi fidem haberet Chri-
 sto prædicanti, patrem relaturū esse gratiā pro ieiunio, quod
 fit in abscondito? Quis oraret, nisi fiducia illius magnificæ pro-
 missioneis. Quicquid petieritis patrē in nomine meo dabit vo-
 bis? Hæc est fides illa specialis, quā tanto supercilio prædicat
 Philippus, & tāta seueritate exigit vt significet, à nemine an-
 te Lutheri dogma esse agnitam: cum nemo fuerit vnq̄ vsq̄
 adeo simplex Christianus, quin illam vltro præstiterit: tan-
 tum illā non ostentabant, & odiosè inculcabāt, in quo nos à
 Luthero superari fatemur. Est ne aliud quod in nobis Phi-
 lippus desideret, an non est hæc fides in Christum, cum cre-
 damus, opera nostra peccata fore, tantum abest vt peccato-
 rum remissionē mereantur nisi intercederet Christi gratia:
 qua iuamur, & promissio cui innitimur? Haud ergo obest
 fidei probasse per sacras literas esse quædam opera, propter
 quæ fide intercedente dimittantur peccata: quod cum luce
 clarius sit demonstratum: nunc demum perconctor quid pec-
 cati aut quæ peccata huiusmodi operibus remittantur: nam
 huiuscemodi

*Fidē morose Lu-
 therus ostēdit, ha-
 bentia præstat.*

*Que sint peccata
 que nobis per
 bona opera dona-
 nantur.*

huiuscemodi disputationē, cui Augustini verba superius de-
 derāt occasionē in hunc locū, ne multa cōmiscerentur, distu-
 limus. Catholici diuina veritate coacti distinxerūt inter cul-
 pā & pœnā seu pœnæ reatū: quarū vtraq; in scripturis vt su-
 pra ostensum est, peccatū appellatur: culpam dicunt in sacra-
 mento pœnitentiæ absolutionis virtute dimitti, plectuntur ta-
 men nihilominus temporaliter interdū illi, quibus est in vni-
 uersum culpa dimissa: nō q̄ maligne deus cōferat sua dona
 (tēporalis enim animaduersio nō excludit magnā illā miseri-
 cordiā, quā implorabat propheta) sed q̄ pœnitētis animus à
 terrenis cupiditatibus nō satis explicatus, necesse habeat in
 camino tribulationis excoqui, vt temporalis animaduersio
 suppleat, quod minus præstitit charitas pœnitentis: nisi fortè
 velit Philippus dicere, nihil deesse pœnitentiū fidei & chari-
 tati, quod vsus sit aliunde suppleri: quod certò scio illū mi-
 nimè dicturū: alioquin purgatoria pœna superflueret: quam
 tamen nec ipse nec Lutherus hætenus negauerūt, quinimò
 docēt moriētes cū imperfecta charitate secū afferre nō mo-
 dō causam, verū & maximā partē purgatorij cruciatus. Cū
 igitur vniuersi doctores vestri fateātur aliquid superesse mo-
 riētibus in charitate, atq; ad eò ius æternæ felicitatis secū de-
 ferentibus, q̄ post hanc vitā diuina exigente iustitia plecta-
 tur: qui possūt receptæ totius ecclesiæ sententiæ refragari, qua
 docemur accedere quosdā ad pœnitentiæ sacramentū tā fra-
 gili fide & imperfecta charitate: vt etiā si absolutionis benefi-
 cio peccatorū remissionē, quatenus propter illa peccata ius
 æternæ felicitatis amiserant, fuerint cōsequuti: supersit tamē
 illis, quod per pœnas vel sacerdotis arbitrio vel spontaneè
 assumptas luere teneantur, plectendi alioqui in purgatorio,
 nisi viuentes præuenerint cruciatus, qui manent illic imper-
 fecta charitate decessuros: Respondebit quantū ex ipsius &
 Lutheri doctrina cōiectare possum Philippus: superesse qui-
 dē nō modò morientibus, verū & pœnitētibus (vtrūq; enim
 potest homini in eadē animi dispositione contingere) quòd
 pœnarū

Psal. 50.

Z

penarum inflictione perficiatur. Iuxta illud Iacobi apostoli: *Iaco. 1* Omne gaudiū existimate fratres mei cū in varias rērationes incideritis, scientes q̄ probatio fidei vestre patientiā operatur, patientia aut̄ opus perfectū habet: vt sitis perfecti & integri in nullo deficientes: fatebitur ergo Philippus Deum in nobis hanc integritatē & perfectionē efficere, cū in hac vita varijs nos laboribus & cruciatibus exercendo, tū in alia purgatorio igne, velut in fornace, quod reliquū fuerit excoquendo. Hanc tamē expurgationē nullius hominis potestati subesse, cum solius sit Christi argentū examinare, atq; cōflare, & purgare filios Leui. Malac. 3. Et Isa. 1. Conuertā, inquit dominus, manū meā ad te, & excoquā ad purū scoriā tuā, & auferā omne stagnū tuū &c. Itaq; cum purgatiōis huiuscemodi ac perfectionis munus Christo soli tribuant sacre literę, non modo temere verum & impiē facere videntur Lutherō, qui cunq; illā sibi ausi sunt arrogare. Quōd si dixeris supremam potestātē Christi solius esse, ministeriū tamē eius hominib; traditū ab eodē. Scripturarū mox testimonium efflagitant, nihil alioqui, quantumuis antiqua cōsuetudine ab ecclesia receptū, credituri, nā priscas sanctorū patrū satisfactiōes, quas pœnitentiales canones appellabāt, ad politici iuris classē relegant, à Hierarchici prorsus excludunt. Si verō potestatem clauium adlegare velis, negant huic potestati aliud subesse, q̄ vis absoluēdi peccatōē etiā nō confessum, modo supplex absoluēdō petierit: & firmissimē crediderit verbis absoluētis: Hic iā de scripturarum intelligentia agitur: nā cum Christus clauēs in plurali nominauerit, plures potestates aut plures modos remittēdi peccata visus est significare. Cum etiā sacerdos peccata nō dimittat, nisi Christi fungēs autoritate credibile est, qui illi maximum cōmisit, hoc est, absoluēdō à culpa, & minimū cōmisisse, quod est peccati reliquijs posse mederi. Sed negāt quicq; peccati superesse absoluto, quod vel sponte sua vel alterius iudicio luat, tametsi multum superfit: quorsum fide & charitate proficiat, nec tamē hactenus, quod

Purgandi & perficiendi suprema potestas Christi est, ministeriū vero Hierarchis commissum.

viderim, explicauerūt quę sint illa peccata, si ista nō sunt, de quibus dicitur, q̄ mundētur eleemosyna quādoquidē etiam iuxta illos opus est absolute: qua neglecta, nihil, p̄desent eleemosynę: & illa adepta, nihil opus est eleemosynis ad remissionē peccatorū, quorū post absoluēdō nihil superest remittendū. Quid igitur agas cum huiusmodi hominibus? qui tertio quoq; verbo ad scripturas prouocant, & si illas nō produxeris, nihil credunt, quasi ecclesia, quę nobis potuit dare scripturas, quibus crederemus (nisi illi dicant se habere aliunde) nō possit dare, quod sine scripturis etiā credamus: sed vt donemus, nō esse credendum, nisi quod scripturis probari potuerit, quid remedij nobis reliquū erit, vbi de earundē scripturarū intelligentia fuerit dubitatū? nihil inquit, dubium aut ambiguum nobis afferri volumus, nā scriptura sacra nihil ambiguitatis cōtinet, sed omnia sunt aperta & intellectu facilima. Atqui non talis visa est antiquis sapientibus, quin & Petro quidē visę sunt epistolę Pauli difficiles intellectu, cum tamen extra propheticā caliginē positę, lucē euangelicā prę se ferant: nec video quomodo scriptura sacra sit facilis intellectu, quę quingentos & mille annos vsq; ad Lutheri tēpora in aliquot suis locis, vt illi videtur, nō est intellecta. Ceterum quando diuinę veritati nunquā defuit scripturarum pręsidium, opere pręcium erit nobis ostendere huic etiam quā de satisfactionibus credimus, minimē deesse. Etenim quantumlibet quidam proteruiāt, & oculos, suscepti semel dogmatis errore pręuenti, superbē à veritatis auertant splendore, bona tamen spes est, inter vos fore nō paucos, qui (quę est germanorū ingenuitas) integri velint disputationē nostram suscipere.

Ex ijs quę hactenus differendo coegimus, constat Deum in nobis misericorditer temporaneis corrigere disciplinis, quicquid æternis cruciatibus vlcersi, non decreuerit: nam ob id peccantes tam multis exercemur afflictionibus, nec in alio vlum purgatorius est ignis institutus, id quod apertissimis

Luterani dogmatis et perplexitas & importunitas

Scripturarum obscuritas.

Psal 88.

verbis propheta describit in eo psamo: Quia misericordijs domini in aternū cantandis exordiū auspiciatur: in quo posteaq̄ longiore sermone Christi magnitudinē potentiam ac cellitudinē vaticinatus fuerat, adiungit dominus, cuius personā propheta gerit in loquēdo: Si aut̄ dereliquerint filij eius legem meā, & in iudicijs meis non ambulauerint, si iustitias meas profanauerint & mandata mea nō custodierint, visita- bo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorū: misericordiam aut̄ meā non dispergam ab eo, neq; nocbo in veritate mea &c. Christi filios quis nescit esse christianos haud quidē oēs, sed illos de quibus dicitur, quod nō ex sanguinibus neq; ex voluntate carnis, neq; ex volūtate viri, sed ex Deo nati sunt? De quibus etiā alibi Ioannes: Omnis qui natus est ex Deo, nō peccat. Hi quantūuis dicantur non peccare, idcirco q̄ instituti sui ac pfessionis scopum tandē assequuntur, derelinquūt tamē interdū plurimi legē Dei & in iudicijs domini nō semper ambulant, quorū iniquitates dominus visitat in virga, & in verberibus corrigit peccata eorū, quia quos dominus diligit, castigat: & flagellat omnē filium quem recipit. Heb. 12. Hoc cum ita sit, quis credat, non posse filios apud patrē huiusmodi verbera, precibus, lachrymis, ieiunijs & eleemosynis vltro susceptis, deprecari: cū Ninivite precibus & ieiunijs excidium & euersionē sint deprecati? Ezechias prece ac flectibus deprecatus fuerit mortē. Achab seuerissimā in se domini sententiam, & multi cum improbitum probi diuinam vltionem precibus, ieiunijs, & eleemosynis depulerint? Deniq; fideles, qui erant Hierosolymis, Petri apostoli liberationem, cum in custodia ab Herode tene- retur, precibus impetrasse videntur. Oratio enim fiebat ab ecclesia sine intermissione ad Deum pro eo. Act. 12. & reddi- tus est, vt narrat Lucas: multis orantibus in domo femine cuiusdam nomine Mariæ. Et Paulo ieiunanti, & oranti, do- nata est à domino incolumitas omnium qui cum eo naufra- giū passi fuerāt. Quid opus est loco cōmunissimo iuxta atq;

apertissimo

ADVERSVS LUTH. DOGMATA 173
 apertissimo immorari? quid est in sacris literis frequentius hoc, q̄ quorundā exemplis cōfirmare volumus? Diuinā sci- licet maiestatem orantiū precibus lachrymis ieiunijs & affli- ctione placari? His & id genus alijs supplicationibus multa bona leguntur à domino impetrata, innumera mala depul- sa: & non poterunt fideles, qui filiorū Dei nomine honestan- tur, meritas pœnas, quæ diuina iustitia peccātibus infert, etiā cum noxas condonat imperrare? quod si possunt, quid iā su- perest quo satisfactiones negantur à Luthero? nos enim ni- hil aliud nomine satisfactionū intelligimus q̄ huiusmodi sup- plicationes, quibus diuina iustitiæ quadantenus satisfaciē- do, eius sententiā immutamus. Cur iā Philippus ecclesiæ suc- censeat, quod id genus supplicationes certis tēporibus, quā- do non possunt assiduo præstari, Christianis indicit? aut cur sacerdos iuxta mensurā affectus, quē explorauerit in pœni- tente, non iniūget illi huiusmodi opera, quibus vtcunq; satis- faciat, quod minus præstitit charitate? Vereor, vt Philippus, quæ est eius in euadendo versutia, respōdeat, nihil horū ad- uersus illū quicq̄ efficere: tum quod omnes illi, quorū addu- ximus exēpla, non pro castigatione quā ad vtilitatē nostram assiduē nobis dominus infert, sed pro quibusdā priuatis peri- culis precabātur, quæ nobis etiā licet, quoties ingruerint, de- precari: tū quod pœnæ illæ, de quibus nunc agimus, ita nobis pro peccatis infliguntur, non vt pro præteritis ac dimissis sa- tisfaciāt, sed vt præsentibus quæ semper adsunt, quandiu cha- ritas est imperfecta, medeātur: quicquid enim imperfecta fi- des & fragilis charitas in animo destituit, occupāt infidelitas & cōcupiscentia, quarū tirānidē dominus varijs in nobis af- flictionibus vlciscitur: & extinguit, atq; adeo indies fidem & charitatē huiusmodi pœnis perficit, & auget: idcirco nemo potest id genus pœnas siue absoluendo siue cōmutando à po- bis auferre: quod si maximè quisq̄ posset, minimè tamē ex- pedit. Idē reor de purgatorijs cruciatibus responsurum, in quibus Lutherus contra omniū sententiā docet, charitatem

Z iij perfici,

perfici, & augeri. Quicquid hæc responsio continet, vt sit verum, vt esse, de viuentiū profectu atq; perfectione, dūtaxat: ego non dubito, haud tamen obstat, quin sint alię pœnę, quę pro peccatis, etiã quorū culpa remittitur, infligatur, & quas non sit inutile quoquomodo depræcari. Horū prius probat illa prophete verba: visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorū, misericordiam aut̄ meam non dispergā ab eo &c. posterius verò, quin & vtrunq; simul, confirmat apostolus Paulus. 1. Cor. ii. Corinthios obiurgans q̄ peccarent in Christū irreuerentia, in seiplos crapula & voracitate, in proximos contēptu, dominici corporis & sanguinis mysterijs abutendo: & adiungit diuinā vltionem. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiūt multi. Porro qđ huiusmodi animaduersio depræcabilis esset, vt quæ non ad internitionē, sed ad correptionē peccantibus infligebatur, & de illarum numero erat, quas descripsit propheta. Visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorū, misericordiam autem meā nō dispergā ab eo &c. declarāt verba quæ subiungit apostolus. Quod si nosmetipsos iudicemus, non vtiq; iudicemur: cum aut̄ iudicamur à domino, corripimur, vt non cum hoc mundo dānemur. Iudicare scripturæ consuetudine dixit, pro vlcisci, quæadmodum Christus cum de iustis dicit. In iudicium non veniet. Et princeps huius mūdi iā iudicatus est. Et isdē apostolus ad Gal. s. Qui conturbat vos portabit iudiciū. Docet itaq; modo sumendā esse à nobismetipsis peccatorū vltionem, vt diuinam præueniēdo vitemus. Loquitur autē de peccatis, quorū culpas dominus ita remittit, vt pœnas, tantū ad illorū vtilitatem qui plectuntur, exigat, addit enim. Cum iudicamur aut̄ à domino, corripimur, vt non cū hoc mūdo dānemur. Corripit ergo dominus pœnarū irrogatione, quos non vult perpetuo dānari, quod non video, quid aliud sit, q̄ pœnas exigere ab illis, quibus culpas cōdonat. Hoc est, quod propheta dixerat, visitare in virga iniquitates filiorū, & in verberibus peccata eorum,

eorum, misericordiã autem non auferre à Christo, hoc est à Psal. 67. filijs propter Christū, qui iuxta eūdem prophetā accipit dona in hominibus. Lutherus & Philippus non possunt ferre hanc doctrinā, quod illis videatur Christi gloriã obscurare, cuius meritis innititur remissio peccatorū, ita vt si dicamus, in absolutione non conferri absolutā ac plenam omnium peccatorū, tam quo ad culpā quam quo ad pœnā, remissionē: videamur asserere, aut eius merita non sufficere, aut parce & maligne ab eo nobis esse cōmunicata. Sane quod ex sententia nostra nihil glorię Christi decedat, quin accedat plus multo q̄ ex aduersa apud omnes, quibus fuerit vtraq; liberē & attente perpensa, abunde superius est demonstratum à nobis. Nunc vero respōdemus Philippicę obiectioni, de operibus Dei non esse nostrū iudicare: tantū scimus Dei perfectā esse opera, quomodo vero aut quibus modis illa prouehat, atq; perficiat, scire non possumus: quoniã operatur omnia, nō secundū animi nostri sententiã: sed secundum consiliū voluntatis suæ. Eph. i. Porro consiliū domini nemini esse notum, Isaias adserit. Idcirco catholici in tanta rerū caligine id eligunt, quod maximè ex scripturis colligi potest, quibus frequens est pœnarū depræcatio ieiunijs præcibus & eleemosynis impetrata: quod si scripturæ sanctæ alicubi in specie sibi videntur aduersari, eligendū est sensum aliquod medium, in quo cōueniant: alioqui cogeremur ab infidelibus cōfiteri, factas literas alicui sefellisse: id quod nō posse fieri, vt nihil certius est habēdum, vt nihil firmitus credendū. Quāobrem cū videamus scripturas, nunc potestati illi, quā Christus cōtulit apostolis, peccatorū remissionem tribuere: quia quorū remiseritis (inquit) peccata remittuntur, & quorū retinueritis (hoc est quorū vos non remiseritis) retēta erunt: nunc vero pœnitentiã exigere, hoc est, animi pœnitudinē cum resipiscētia: nunc deniq; pœnas sumere ab ijs, quibus peccata condonat, & quas ipsi de se sumunt probare, interdū & præcipere, aut certe consulere; & quibusdā illarum cōdonare peccata: preces

Peccatorū remissio locus densus & uar. us.

preces ac gemitus frequētius attendere. Si huiusmodi penitentiæ & afflictionibus offeratur: tandē quotquot sanctorū veteris seu noui testamenti peccatorū suorū noxas aut vltionē sunt deprecari, hisce supplicationibus vsos fuisse. Cum, inquam, hæc & id genus alia pro satisfactionibus videamus: libentius (etiā si nullo ecclesiæ præiudicio teneremur) sententiā illam amplectimur, quæ omnia hæc vtilia interdum & necessaria esse penitentibus asserit: quæ oppositū docet, quando facilius in illa constantissima scripturarū sanctarū veritas & omnium suarū partium syntagma & quasi concentus seruatur. Atq; hinc orta est solēnis illa penitentiæ partitio trimēbris in contritionē confessionem & satisfactionē. Confessio absolutionē continet, cui deseruit: quod si quis contendat, has non esse penitentiæ partes, sustituat aut pro illis vel illarū aliqua fidem: ego non magnopere illi aduersarer, modo necessarias esse non neget, quando ipsa penitentiæ ratio, vt superius exposuimus, omnia ista cōplectitur. Nec satisfactio, quia sub hoc nomine in sacris literis non præcipitur est à penitentiā seiungēda: cum nihil aliud sit, quā conatus infectū reddendi, quod factū est: qui cōnatus maximē indicat vere penitētis affectū atq; adeo quasi summam manum penitentiæ imponit: ab hoc enim studio oritur restitutio, non quæcunq; sed tā locuplex, vt fenus reddat pauperibus rerū, si quas abstulerat, à diuitibus. Ecce, inquit Zacheus ille verē penitens, dimidiū bonorum meorū do pauperibus: & si quē fraudauit, reddo quadruplū: huic penitentiæ statim salus: hoc est, peccatorū condonatio est promissa. Luc. 19. Hinc & Paulus. Qui furabatur, iam non furetur, magis aut laboret operādo manibus suis quod bonū est vt habeat vnde tribuat necessitatem patiēti. Quid opus est tāto labore, si inutilis est satisfactio: an non satis est ei, qui resipiscuit à peccato: si de cætero manū ab alieno cōtineat, & proprio sibi labore victū parat? quem locū in penitentiā dabimus huiusmodi labori? Dicemus ne esse terrores illos, quos Philippus exigit: ne quaq; nā illi præcedunt, & inchoant

Pœnitentiæ partes unde ortæ.

ADVERSVS LVTH. DOGMATA 177

choant pœnitentiā, hi verò sequuntur & periciunt. Erunt ne fides & absolutio: minimè, nā absolutio in verbis est, fides in mente, nō in opere manū, & pauperū subuentione, super est vt sit satisfactio, qua suas etiā res, easdēq; nō sine labore partas vertat in alienos vsus, qui in suos fuerat alienis abusus, iuxta illud eiusdē apostoli: Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire Rom. 6. immūdicie & iniquitati ad iniquitatē, ita nūc exhibete mēbra vestra seruire iusticie in sanctificationē, quibus verbis nō tantū peccatorū, quā in proximū admittuntur, & ad iniquitatē prinēt, verū & illorū quæ cuiusuis voluptatis libidine perpetratur, & immūdos nos reddūt, satisfactionem nobis suadet apostolus: satisfactionē, inquam, illā qua per quæ quis peccauerat, puta rei alienæ interceptionē luxū aut voluptatē, per eadē etiā puniatur: hoc est, per largitionē, laborē & carnis castigationē: his & id genus alijs rebus, quis nō videat saluberrimū esse, cōgruū tēpus locū & modū negligentibus aut cōniuentibus præscribi? Roget me fortasse quispiā: Quid ergo nobis cōtulit passio Christi, si pro nobis non satisfecit aut quō satisfecit, si adhuc nobis supest necessitas satisfaciēdi? vnde pfectissimo opi hoc est Christi passiōi cōtingit ista imperfectio? An quia nō sufficiebat pro tātis & tā multis peccatis satisfacere, partē pœnæ nobis remisit & partē dimisit, ita vt nō sublata, sed diminuta videatur, vt ex aeterna fieret tēporalis? Quis hoc sanus & christianus dicat? Nemo equidē: sed ego illū, quē ex aduerso dicere feci, vicissim rogabo, quid sit illud quod passio nobis Christi defuit: quod Paulus in carne sua supplēbat pro corpore Christi, quod est ecclesiā. Coll. 1. Aut quid nobis cōtulit Christi crux, quibus opus est assidue propriā portare crucē, carnē cum vicijs & concupiscētijs crucifigere: quid uē profuit Christum pro nobis mori, quibus nō semel sed quotidie moriendū est, iuxta illud, quod ex propheta Paulus adducit Quoniā propter te mortificamur tota die, extimati sumus sicut oues occisionis. Respondeat mihi ad hæc omnia Philippus, qui se putat multum tribuere Christi passiōi: Si christianis

Obiectio uehementis per interrogationem.

ftianis detraxerit pœnitentię onus. Nobis siquidē in prōptu
 est responsio huiusmodi omnium difficultatum, nēpe Dei vo
 luntas, & eius incōprehensibilis sapientię arcana dispositio,
 cui visum est ita nobis expedire, vt diuersis identidē agite
 mur & exerceamur laboribus, cruciatibus, & erumnis, q̄ diu
 viuimus, vt quod ait Paulus: Destruatur in nobis corpus pec
 cati, & veterē hominem prorsus exuamus, nouo & interiore
 ad perfectionē p̄uecto, qui renouatur de die in diē in agniti
 onē, secundū imaginē eius qui creauit illū. Pulchrē inquit
 & catholicē, sed idē Paulus docuerat eundē veterē hominē
 simul cū Christo crucifixū fuisse & cōmortuū, vt videatur
 hac sententia nō esse opus de cetero alia mortificatione, q̄ si
 adhuc alia opus est, cur Christus si potuit noluit: aut si vo
 luit, quomodo nō potuit semel in nobis p̄ficere gratia, quod
 tā diu in nobis facit laborū tolerātia. Viderit Philippus quid
 responsurus sit, illum enim vrget argumentatio, qui oēs in
 Christo renatos onere pœnitendi leuare conatur. Nos verō
 rursus agnoscimus ita nobis expedire, & ex hoc plus Chri
 sti glorię accedere, q̄ decedere, dū ipse quotidie in membris
 suis triūphos celebrat victorię, quā aduersus principē mun
 di huius & rectores tenebrarū istarum subinde obtinet: post
 illam insignē qua semel illū expolians traduxit cōfidenter pa
 lam triumphans illū in semetipso Col. 2. Ad hęc nos varijs
 tentationibus fragilitatis nostrę admoniti, humiliamur sub
 potenti manu Dei vt sublimitas sit virtutis eius, & nō ex no
 bis, ita vt ne nimia cōfidentia & securitate pereamus: quę ad
 modū nō modō hoīes primi verū & angeli perierūt. Hęc &
 alia fortassis meliora respōderi possunt ijs, qui post Christi
 labores crucē & mortē mirātur, tot ac tātos nobis superesse
 labores, p̄petuas cruces, quotidianas mortes: Atq; ea ipsa no
 bis respondere posse videmur his, qui satisfactionis doctri
 nā vetustā, catholicā, piā, & exercēdis fidelibus vtilē hoc ele
 uare cōtendūt, q̄ Christus semel p̄ nobis oibus satisfecerit.
 Eadē, inquā, respondere possumus, quoniā prorsus eadē est
 respōsio vtrobique, quatinus rerū q̄ humanę rationis vim lon

ga interapedine excellūt, potest ratio iueniri. Gesta sunt oīa
 hęc occulta dispēsatiōe, quorū vsus & vtilitas tātūmodo no
 bis cōcedit, cōciliij ratio penes illū est, qui fecit & eo modo fe
 cit, quo magis illi visū est expedire nobis, quib⁹ fiebat, nā alie
 nū est opus eius ab eo. Verissimū ergo est vtilius esse electis *isa. 28.*
 (quibus oīa cooperātur in bonū) p̄ gradus quosdā p̄uechi, &
 semp obnoxios esse diuinę iustitię, vt eius misericordiā ardē
 tius implorēt, & pœnarū omnium, quas patiunt, sese debitores
 semp agnoscāt: q̄ p̄suasio vt verissima, ita & receptissima semp
 fuit apud oēs, qui piē viuere ab orbe cōdito studuere, nō aut
 esset vera, nisi deus interdū cōdonaret culpas illis, à quib⁹ exi
 git pœnas: huic exactiōi p̄ pœnitētijs satisfacimus, has pœ
 nas sp̄ōtaneis satisfactionibus dep̄camur, ab apostolo Paulo
 p̄moniti, q̄ si nosmetipsos iudicauerimus, hoc est, suppliciū
 de nobis legitime sūpserimus, nō vtiq; rursus à dño iudicabi
 mur, quādoquidē, vt ait propheta, nō cōsurgit duplex tribu
 latio, vel quod alia trāslatio habet, nō vindicabit deus bis in
 idipsum nostras vero satisfactiōes omnino inualidas & inefficaces
 esse credimus, nisi Christi Iesu meritis innitant: imō nisi eius
 essēt p̄cipuē merita qui hęc in mēbris suis quotidie operat.
 Hęc cū ita sint, bonos viros ad quos subinde p̄uocat Philip
 pus nūc appello, vt mihi totis animi viribus adsint ad retinē
 dā doctrinā q̄ scripturis sanctis nō modo nō aduersat, verū
 eisdē luce clarius innititur, q̄ sanctorū oīm literis & exēplis
 firmata, totius ecclesię p̄petuo cōsensu roboratur, q̄ christia
 norū vulgō ad frugalitatē & modestiā maxime cōfert, nec pa
 tiatur se v̄borū illecebris abduci, pietatis q̄ dē speciē habētū,
 fortassis & affectuū: sed nō secundū scientiā, nisi illā q̄ inflat
 animū habētis, & in ceterorū oīm cōtemptū extollit: sed iā sa
 tisfactionibus me fecisse satis existimo, quibus adiuncta q̄ su
 perius de iustificatione dixeramus, vniuersis, quę per Philip
 pū maiori verborū copia q̄ necessitate coacta sunt, abūde re
 spōdēt: quāobrē opere p̄cisiū erit ad. 13. ca. & c. q̄ vt, iustifica
 tiōi adnecteretur pœnitētia intermissa sūt, expēdēda reuertī.

PHILIPPICA DVODECIMA

De vi & numero sacramentorum.



De sacramentorum numero virtute & vsu, quædã sunt ex sacris literis deprõpta, & totius ecclesię cõsuetudine recepta, quædã vero priuata quorundã opiniõẽ vulgata, quæ oĩa Philippus miscet, vt illorum, qui citra scripturæ testimonium liberè sunt opinati lapsus in vniuersorũ inuidiã cõuertat. Et primũ quasi nihil referat quid quo nomine appelletur, nunc ijs, quæ verè sunt sacramenti nomẽ adimit, nunc rebus quæ nõ sunt, liberè permittit. Nos, inquit, sentimus: prestandũ esse, ne negligantur res & ceremonia in scripturis institutę, quotcumq; sunt, nec multũ referre putamus, etiã si docẽdi causa alij numerat aliter &c. Et inferius quito paragrafo: Si matrimoniũ propterea habebit appellationẽ sacramenti, quia habet mandatum dei, etiam alij status seu officia quæ habent mandatum Dei, poterunt vocari sacramenta, & addit exemplum magistratus, orationẽ, & elemosynã. Hoc modo de sacramenti nomine philosophatur, cui nos respõdemus, vtendũ esse nominibus ab ecclesia receptis, ne pphanas vocũ nouitates induxisse videamur, in quibus nouis vocibus non parua iuxta Paulũ apostolũ fidei pestis latet. Porro quod ad nominis rationẽ attinet, acceptionibus illis, quibus arcanũ aliquid aut iustus sacramenti nomẽ significat, prætermisissis, nõ quicquid habet dei mãdatũ & promissionẽ est sacramentũ, neq; quod sine promissione traditur etiã in sacris literis est hoc nomine appellandũ, quia sacramentũ à patribus describitur sacre rei efficax signũ, vnde quatinus signum est oĩa illa excludit, quæ nõ sunt à Christo instituta vt signa: sed vt virtutes aut officia ap. pbata, & celestis pmiij, pmissionib^o ornata, quod genus sunt elemosinę, preces, ieiunia, & magistratuũ functio legitima, quatinus verò dicitur efficax: excluduntur oēs ceremonię & ritus, qui nõ habent pmissionẽ Christi, in qua vna sita est omnis

est omnis sacramenti virtus & efficientia. Hæc apertiora sunt theologis q̃ vt probationibus indigeant, & de nominis ratione loquenti satis est ostẽdisse, quid apud probatos auctores perpetuo significet. Nec vos aliter sacramenti nomen accipitis, cũ in confessione vestra, Germani, dixeritis, sacramenta non tantũ esse notas Christianæ professiõis inter homines, sed magis signa & testimonia volũtatis Dei erga nos, ad excitandã & confirmandã fidẽ &c. Super est vt ostendamus quæ nã sint illa quibus hac nominis descriptio cõueniat, De baptismo pœnitentia & eucharistia cõuenit inter nos de cæteris variat Philippus, distinguens illa à superioribus: cui distinctioni & nos quadantenus assentimur, vel ob id qd non sunt eque necessaria singulis mēbris, tamen totius ecclesię corpus perficiatur eisdẽ, & prouehatur. Verum Philippus aliud etiã discrimen adiungit, dicens quatuor reliqua sacramenta nõ habere mandatũ Dei, nec promissionẽ: quod si ita est, sequitur, apostolos sine Dei mandato baptizatos manuũ impositione cõfirmasse. Act. 8. missi sunt ab apostolis Petrus & Ioannes, vt baptizatis in nomine Iesu manus imponerēt. Quid obsecro erat huiusmodi manuũ impositio, quam apostoli, ne prætermitteretur, tantopere satagebãt? nos cõfirmationẽ (in gratia videlicet baptismali) appellamus: quia sequitur ibidẽ. Tunc imponebãt manus super illos, & accipiebant spiritũ sanctũ. Et act. 19. baptizatis Paulus manus imponebat, & accipiebãt spiritum sanctũ. Hæc acceptio non erat primę gratię, qua iustificantur ad vitã: sed acceptę in baptismo augmentũ & confirmatio. Alioqui sufficiebat illis ad iustificationẽ fides & baptismi perceptio: quoniã qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit Mar. vlti. Dicit fortassis Philippus, Cõfirmationis nomen se nihil morari, modo sacramentorũ numerus non augeatur, quia si sacramenta (inquit) vocamus ritus qui habent mandatũ Dei: & quibus addita est pmissio gratię, facile est iudicare quæ sint propriè sacramenta: nã ritus ab hominibus instituti non erũt hoc modo propriè

priè dicta sacramenta: nō est enim authoritatis humanæ promittere gratiā: quare signa sine mandato Dei instituta, non sunt certa signa gratiæ: etiā si fortasse rudes docēt, aut admo-
nent aliquid. Ex his dictis colligit in hunc modū: vere igitur sunt sacramenta baptismus, cœna domini, absolutio, quæ est sacramentū pœnitentiæ &c. Hæc in secundo paragrapho, quibus adiungit in tertio. Confirmationē & extremam vñtionē esse ritus acceptos à patribus, qui mandatum Dei non habent, & sic ab eorū numero quæ sunt propriè sacramenta illos prorsus excludit. Ego vero ex verbis eius & scripturæ locis quæ modo citavi facillimè colligam: hæc duo esse vera sacramenta, æque propriè vt tria illa, quæ ipse fatetur. Porro collectio potest in hunc modū ordinari. Quicquid potest conferre gratiā, vel ad cuius positionē regulariter confertur, habet promissionē diuinam: & manū impositio erat huiusmodi, ergo habuit promissionē diuinā. Antecedentis priorē partem probat Philippica propositio, scilicet, non est potestatis humanæ promittere gratiā: posteriorē vero continent apostolorū acta: collectio apertior est, q̄ vt queat dubitari. Nūc ex verbis etiā Philippi rursus argumentor. Manū impositio habet gratiæ promissionē: & non est de numero illorum, quæ probātur vt bona, sed quæ traduntur vt signa. Est ergo sacramentum: per locum à diffinitione. Pari argumētatione efficitur, extremā vñtionem esse sacramentū. si loco verborum quæ citauimus ex actis apostolicis. Iacobi apostoli verba substituas. Infirmatur quis in vobis (ait Iacobus) inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eū, vngentes eū oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eū dominus, & si in peccatis fuerit remittetur ei. Hic promissionē gratiæ nihil obscurā habemus, non aut humanam, quia non est authoritatis humanæ, promittere gratiam: ergo diuinam: nisi forte dicas, apostolū Christi ecclesiā sefellisse, promissionē ei offerendo, quam non habebat à Christo, aut propria authoritate pollicēdo, quod præstare non poterat: quia gratiam

gratiam & gloriā dabit dominus, non homo, etiā si sit apostolus. Habet igitur vñtio promissionē Christi, quæ vñtio cum nō sit de numero illorū quæ probātur vt bona, sed quæ traditur vt signa, superest illā esse sacramentū. Ad hoc profecto sacramentū prælusisse videtur apostoli, quādo, vt narrat Marcus cap. 6, vngēbāt oleo multos egros, & sanabātur. Non erāt medici apostoli, vt vñtionibus aut malagmis curarent, quos in nomine Iesu Christi poterāt solo verbo sanare, quod & sepius fecerunt: sed voluit Christus, huiusmodi miraculis cōmendari hominibus vñtionem, quæ futura erat postea symbolū gratiæ: quæ admodum Helisei quōdam miraculosa intinctio in Iordane, & Ioannis in eodē flumine baptizatio futurū Christi baptismā cœpit hominibus cōmendare: & linguarū cognitio, quæ per manus impositionem dabatur fidelibus, cōfirmatiōis dignitatē cōmendabat: simul & officij sui admonebat confirmatos: nam hoc faciebat interius, fidē scilicet & gratiā roborare: vnde & cōfirmatio dicta est, ad quod linguarum vsus & cognitio quandiu durauit in ecclesia, seruiebat. Quāuis aut cessauerint vñtionis confirmationis & omniū deniq; promissionum externa miracula, nunq̄ tamē deest interna eorundē operatio: nam horū prius dabatur ad tēpus credendi difficultati, quæ maxima tunc tēporis erat. 1. Cor. 14. Lingux in signū sunt non fidelibus sed infidelibus: posterius vero perpetuo donatur fidei integritati, per quā Christus nobiscū est vsq; ad consummationē seculi: quæ fides cū iam ad iustū robur & integras vires, ad veritatem adstruendā & destruendos errores peruenit, non sunt illi opus tam crebra miracula. Habemus itaq; quinque sacramenta propriè dicta. Tria cōfessus est Philippus (nam vestra confessio nescio quomodo numerū prætermiserit, cum partes pœnitentiæ tam diserte cōnumerauerit) Duo nos ex eiusdē Philippi verbis collegimus, & ad præscriptū eius per sacras literas demonstrauimus. Nunc sacramentū ordinis ad superiores regulas expendamus: quanq̄ & hoc non grauat

Philippus appellare sacramentū, modo inter illius functiones non adnumeretur oblatio: quia nullū vult, in nouo testamēto esse sacrificiū, quod assidue per sacerdotes offeratur, cuius rei disputationē nos in posterū reseruamus, locū propriū in ordine vestre cōfessionis habiturā. Ceterum quorquor & quales habeat sacerdotiū functiones, constat tamē esse sacramentū propriē dictum, quia habet promissiones Mat. 26. & Lu. 22. Christus eucharistiæ sacramentū & sacerdotiū simul instituit. Eucharistiā his verbis. Hoc est corpus meū. Hic est sanguis meus. Sacerdotiū vero, hoc est, potestātē perpetuo faciēdi, quod ille tunc inchoabat, sequētibz. Hoc facite quotiescunq; feceritis in meam cōmemorationē: quibus verbis consecrationē præcipit, & corpus suū & sanguinē consecrātibz pollicetur. alioquin non possent facere idē quod ille fecit, & ita inane esset præceptū illud. Hoc facite quotiescunq; feceritis &c. Itē Io. 20. Christus spiritū sanctū discipulis dās, pollicitus est eis, fore, vt quorū remitterēt peccata, essent remissa, & quorū retinerēt, retēta: quæ promissio non est, apostolis moriētibus, extincta. Sed manet in eorum successoribus: quia non potest magis ecclesiæ deesse, q̄ remissio peccatorū. Ad hæc bene utrēbz hac duplici potestate, cuius promissiones cedūt in totius ecclesiæ cōmodum, nō de sunt etiā aliæ promissiones ipsorum propriæ & peculiare: quoniā qui bene ministrauerit (vt ait Paulus) bonū gradum tibi acquirat. 1. ad Timo. 3. Sed hoc de diaconibus: nam presbyteris cōpōsius infra pollicetur cap. 5. Haud est opus hic immorari, quando & Philippus fatetur, ecclesiā habere non solum promissiones ad ordinē pertinentes, verū & mandatum de constitutendis ministris, qđ episcopi munus est. Iuxta illud Pauli ad Timotheū, quem episcopū Ephesiorū ordinauerat. Noli negligere gratiā quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manū presbyteri. Et infra. Manus (inquit) cito nemini imposueris, neq; cōmunicaueris peccatis alienis, quoniā episcopus temere sacris iniciās indignum, delictorū

delictorū eius omniū, quæ admiserit in ministerio, se participē facit. Habet ergo sacerdotiū suos ritus externos: quibz cōfertur: habet suas promissiones vtriusq; gratiæ bonis: malis verò saltē alterius, nēpe eius, quæ in aliorū vsus accipitur haud enim possent cōsecrare, vel peccata remittere, nisi spiritū sanctū vtcunq; haberēt, quē dominus simul tradidit cū potestate, ex quibus colligitur esse sacramentū propriē dictū.

Iam matrimonio quis audeat adimere nomē sacramenti, quod illi tribuit Paulus Eph. 5. veruntamen videamus, an sit sacre rei signū efficax. Si referatur ad misterium Christi & ecclesiæ: signum quidem est, nō tamē efficax rei cuius imaginē gerit: Si verò ad politicā cōventionē verba illa cōtrahentiū referantur, longē absunt à sacramenti ratione, tū q̄ non sint sacre rei signū: tū q̄ sint de numero illorū, quæ etiam si non sint signa, bona tamen sunt, & digna quæ euangelio probarentur, vtpote mutuo consensu conciliantia, quæ sunt natura cōiungibilia, virū scilicet & fœminā, inter quos coniugiū cōtrahitur. Est tamē aliquid in matrimonio Christiano, ad quod nature leges nō attingūt. Nec Mosayca lex vnq̄ præscripsit, & hoc est quod matrimoniū sacramenti rationem potest habere, quia sola Christi institutione verba cōtrahentiū illud significant, & efficiunt. Quid, inquires, hoc est? Iam sacrum fœdus & arcta coniunctio, vt neutri coniugium liberum sit, vtroq; viuente, alterum differere, aut noui coniugij accessione priorē coniugē, vel minima sui iuris (quod par est vtriq;) portione fraudare. Hoc est, q̄ nulla lex, quādiu matrimonium nō fuit sacramentum, vnquā præscripsit, quando quidem patribz ante legem Mosaycam licuit plura matrimonia contrahere, natura non refragante, quo minus vnus vir haberet plures fœminas, tamen si nunq̄ tulerit, vnā fœminā simul habere legitimē plures viros. Hoc inquā est, quod sola Christi Iesu institutione significant & efficiunt, quod nunq̄ antea effecerunt, Sacrum scilicet illud & prorsus inuiolabile fœdus, quod ita verbis contrahentiū significatur, & fit, vt

etiam mysticè sublimiora sacramenta significet, nempe vni-
onem verbi ad naturam humanā, qua vnus Christus Deus
& homo in duabus subsistit naturis, & eiusdem Christi ad ec-
clesiā, qua vniōe ex capite & mēbris vnū corpus mysticè cō-
stat, id quod Paulus quinto capite ad Ephesios sublimi sua
philosophia est profecutus. Quæ cum ita sint, constat matrimo-
nium multis nominibus esse sacramentum: superest ta-
men vt ostendamus illud suas habere promissiones, quas
circa fœcunditatem carnis Philippus non negat, sed eis nihil
efficitur, nisi etiam promissiones gratiæ ostendamus. Paulus
apostolus. 1. ad Timoth. 2. Saluabitur, inquit, mulier per filio-
rum generationem, si permanferint in fide, & dilectione, &
sanctificatione. Hic rogo, an huiusmodi promissionem habu-
erit vnquam naturale coniugium, quale fuerat à primis con-
iugibus vsq; ad Christum? Nam quā magnifica sit ista pro-
missio, non opus est nobis exponere aduersus Philippum,
qui ea sola matrimonium nō modò cœlibatui, verum & mo-
nastica professione gloriosissimis verbis anteponebat: hæc ve-
rò promissio, cum sit salutis, qui poterit efficax esse sine gra-
tia? Adde quòd apostolus matrimonium sanctificationem
appellat, quod nunquam illi potuit contingere, nisi Christi
munere. Repetita igitur Philippi sententia illa: Non est au-
thoritatis humanæ promittere gratiā, facile colligitur ex his
quæ citauimus, matrimonium esse sacramentum, atq; adeò
non iniuria catholicos theologos exegisse, vt confessio ve-
stra septem sacramenta numeraret, cuius adnumerationis
prætermissio iure fuit illis suspecta in confessione, quæ tam
scrupulose partes pœnitentiæ, quæ præteriri potuerant, con-
numerauit.

Superest nunc vt de sacramentorum vsu & efficacia dis-
seramus, quo in loco damnamus (inquit) Philippus rotum
populum scholasticorum doctorum, qui docent, quòd sa-
cramenta non ponenti obijcent, conferant gratiam ex ope-
re operato sine bono motu vtentis: Miraberis certè vt ex-
istimo

istimo lector, tam arrogantem Philippi censuram, ijs verbis *Philippi insolentia.*
auspicatam, quibus vix ecclesia tota in damnandis apertis &
conuictis hæresibus solet vtī, sed audi nunc modestiora:
Hæc, inquit, simpliciter iudaica opinio est, sentire quòd per
ceremoniam iustificemur. Hæc Philippus & his similia de
vniuerso theologorum ordine: imò de totius ecclesiæ sen-
tentia, vt postea demonstrabimus. Ego verò non dicam,
quales sint eius opiniones, aut quale sit, extra ecclesiam dam-
nare, quod à quibusdam theologis suis gymnasticis verbis
dictum, & ab ipsa ecclesia catholicè receptum, ab ijs qui
damnare sunt ausi, minimè intelligitur: verum hoc leue
esset, damnare scholasticos omnes apertè, tacitè verò reli-
quos, si quenuquam reliquissent, quem non expresse dam-
narent: nam additur in apologia. Et tamen hæc impia & per-
niciosa opinio, magna autoritate docetur in toto regno
pontificio. Pontificia potestas totam complectitur eccle-
siam, in qua nihil liberum à iudaica superstitione vult esse
Philippus: vt vt se tamen habeat religionis & fidei causa,
quid, obsecro, nunc opus erat, theologos & vniuersos ec-
clesiæ ordines vsque ad ipsum summum pontificem, tra-
gicis & contumeliosis verbis lacerare? Si theologo pro ve-
ritatibus somnia quædam aut commenta, si christiani pro
pietate superstitionem, si pontifex pro ministerio regnum
inuexit, argumentorum robore & imprimis verbi diuini
gladio erant feriendi, concutiendi, & euertendi, non con-
uictis irritandi, nunquam enim suam virtutem & energiam
vtentium modestia abstulit verbo dei, neque contulit in-
solentia. Quanquam quid alienius potuit hic adduci, quàm
regnum pontificis, cui nihil lucri aut cuiusuis alterius tem-
poralis commodi accedit ex opinione, quam Philippus vult
insectari: neq; pontificis interest, etiam si pro regno tyranni-
dem velit obtrudere, sacramenta conferre, aut non conferre
gratiam ex opere operato. Sed suis conuictis Philippo reli-
gionis, nos institutum prosequamur.

Est quorundā theologorum opinio quod sacramenta ex opere operato, vt dicunt, sine aliquo animi motu in suscipiente, cōferāt gratiā nō ponēti obiicē ipsi gratiē. Quid habet incōmodi hęc opinio? Primo in ijs, quibus datur sacramentū, ratione nondū vtentibus, vt baptismus datur infantibus, verissima est opinio, haud enim hic admisceo quęstiones de genere causalitatis (vt vocāt) quā habet sacramētū ad gratiā: sit causa illa, quā gymnastici vocāt: sine qua nō, quā, cū nihil efficiat, necesse est tamē regulariter effectū p̄cedere. Conferret ergo baptismus gratiā absq; aliquo bono motu suscipientis. Occurreret Philippus, & diceret: tunc tēporis sacramenti virtutē inniti totius ecclesię fidei generali, & speciali suscipientiū, quos paternos appellamus, p̄fessionē. Responderet Scotus ita esse, adderet etiā, quinimō & p̄ferret Christi lesu p̄missionē & merita, nihil ominis tamen obtinebit, infante illum cōsequi gratiā sine aliquo bono motu suscipiētis, ex opere operato sacramenti, hoc est, nō propterea q̄ suscipiēs quicq; agat erga sacramentū, sed propter id quod sacramētū efficit in suscipiente, q̄ si oīa sacramēta habeant eandē vim, idē poterūt oīa facere, citra bonū animi motū actualē in suscipiente, dum tamen habitualis nō desit adulto, nec ei quicq; alioqui oblit, nā ecclesię fides had minus cōfert ceteris sacramentis, atq; baptismo. Præterea hęc opinio eatenus est ab ecclesia suscepta, quatenus, cū docet sacramenta cōferre gratiā ex opere operato, omne meritū suscipientis excludit ab efficiētia sacramenti, ita enim intelligit nō vna theologorū secta, sed vniuersus ordo, gratiā sacramentalem (siue prima sit, qua renouamur & iustificamur, siue alia, qua prouehimur atq; perficimur) non dari nobis propter nostra merita, sed propter pactū dei, quod per Christū pepigit cū ecclesia, & in huiusmodi fœdere atq; pactione dicunt esse sitam sacramēti vim ad iustificandū, nō in meritis suscipiētis. Hoc perspicuū est legēti eorū scripta, in hoc enim tā aperta sunt, vt etiam à Philippo queāt intelligi, modò legere nō dedigneretur, quam-

obrem

obrem intentio aut quiuis alius bonus animi motus etiā dum necessarius est, ad suscipiētis potius dispositionem pertinet, aut qualitatē, quā ad sacramēti virtutē & efficaciam. Hęc opinio tantū abest, vt Philippo debeat improbari, q̄ nulla magis esset illi probāda, & amplectēda: nā quam ipse vocat p̄missionē, eam scholastici, receptis inter se nominibus rerum de quibus differunt, nec ineptē neque improprie vocant pactū, seu pactionē: habet enim omnis pactio p̄missionē, tametsi p̄missio possit esse sine pactione: & in fœdere seu pactione aliquid ab vtraq; parte p̄statur, ceu in sacramentis, quibus hac de causa aptius fortasse cōuenit nomen pactionis, q̄ p̄missionis. Atqui p̄missio (inquit) non apprehenditur sine fide, & hanc illi secludūt, cum dicunt, sacramenta conferre gratiā absq; bono motu animi. Quid si illi negent hanc hypothēsīm, qua subinde vtitur Philippus: & dicāt, p̄missionis vim non inesse fidei audiētis, sed veritati pollicentis, quandoquidē multa p̄missa p̄stantur etiā non credentibus? Quid quod multoties promittitur vni, quod est alteri exhibendū, vt si quis promittat patri insanientis filij sanitatem. Sed non negabūt theologī, quod illis negato non est opus: quodq; fermē semper verum est, & in hisce rebus, de quibus differimus, semper verissimū. Attamē respondebūt se fidē secludere à p̄cedenti merito gratiē sacramentalis, sed non ab actu aut certe non ab habitu: nam quis vnq; adultus, modo sui cōpos esset, sacramentū sine fide suscepit? Quis baptizaretur, nisi crederet Deū redditurū, quod pollicitus est credētibus, & baptismus suscipiētibus? quis cōfiteretur, & absolutionem supplex imploraret à sacerdote, nisi absolutione crederet se à peccatis liberū euasurū: nam quod theologī fidem non secludāt ab actu suscipiētis: cum dicūt sacramentū ex opere operato iustificare, vel ex hoc apparet, quod suscipio sacramēti in adulto & ratione vtente est, vt nihil aliud habeat virtutis, saltē actio humana, quādo nemo nisi sciēs & volens suscipit sacramentū, quoniā requiritur intentio insu-

Bb iij sciēte:

Pactum
Promissio.

scipiēte: quæ cum vera sint, colligitur ex eis, omnē suscipiētem propter finē aliquem suscipere. Porro sacramentorū finis cū sit gratia & gloria, non cōcipitur nisi fide in Christū: cuius promissione scimus, ad hoc esse huiuscemodi symbola instituta, vt suscepturis essent signa & causæ iustificationis & gratificatiōis, q̄ promissionē scholastici, vt diximus, pactum seu pactionē appellant fœderis, quod gratuito Deus in Christo pepigit cū ecclesia. Iam fidē à merito Philippus etiā excludit, non solū in sacramentis, verū etiam in cunctis quibus fide intercedēte iustificamur, aut quoquomodo mereamur: non em̄ dicit nos fide iustificari, quia fides quicq̄ mereatur: alioqui non posset, omne meritū nostrum substulisse cū Luthero. Sed quia promissio ipsa, qua iustificamur, non potest esse efficax sine fide, ita vt fidelitas potius sit conditio suscipiētis, seu dispositio, q̄ eius rei, quæ accipiēda est, meritū aut hostimentū. Theologi vero quāuis humana merita aliā nō euertunt, in sacramentorū tamen efficacia quadā, quæ est illis peculiaris & propria: nullū locū nostris meritis relinquūt quantū ad necessitatē: tametsi docent, gratiā maiore vel minore in ipsis etiā sacramentis contingere posse suscipiēti, quo maiore vel minore fide ac pietate accesserit ad sacramēta: nec video qui possint Lutherus Philippus & ceteri doctores vestri, hoc negare nostris, nisi dixerint, omnes qui sacramēta suscipiūt, parem gratiā in illis accipere, quod vsq̄ adeo absurdū est, vt hactenus, quod meminere, nemo dicere sit ausus, tametsi ex ijs quæ de meritis & iustificatiōe docet Philippus, apertissime colligatur: nā si nihil tribuamus meritis suscipiētiū sacramenta, haud video, vnde possit illis cōtingere disparitas gratiæ, quā suscipiūt, verū de hoc diseruimus abūde superius. De sacramētis vero cōmunis est omniū fidei sententia: quā Augustinus in expositione psal. 33. ponit, sacramenta nouæ legis gratiā cōferre, quā veteris legis sacramēta promiserāt. Huic doctrinæ quæ catholica est, & omniū veterū consensu probata, recētiore innixi, variæ sunt philo-

sophari

sophari de sacramentorū efficientia, alijs dicētibz sacramēta ipsa causare gratiā, vt ipsi loquūtur: alijs, tantum dispositionē quandā in anima suscepturi: alijs, quod ego verius existimo, nihil prorsus sacramētū efficere asserentibus, nisi qd̄ est signū, eatenus efficax, quatenus nunq̄ illi deest effectus diuinæ propitiationis: idq̄ habet non ex se, sed quia his qui promittit, fallere omnino non potest, nec cōmittere, vt sacramēti pignore, quod ipse interposuit, exhibito, quicquid pollicitus est, non præstet: quod si hæc displicēt Philippo, viderit ipse de suo iudicio, nobis satis est ecclesiæ fidē & sanctorū patrum quotquot præcesserunt doctrinā, in ijs quæ creditu necessaria sunt sequi, etiam si in alijs non assequamur.

PHILIPPICA DECIMATERTIA.

De ecclesiasticis muneribus & functione.



Rticulus quartus decimus vestræ cōfessionis ita est à vobis positus, vt nihil in eo de siderari posse videatur: ita per Philippum explicatus, vt nihil pene habeat cū catholica veritate cōmune: verba vestra hæc sunt. De ordine ecclesiastico docēt (ecclesiæ scilicet vestræ) quod nemo debeat, in ecclesia publicè docere, aut sacramēta administrare, nisi ritè vocat̄. Quæsierūt theologi, qui intererant cōuentui Augustensi, quæ nam esset vobis legitima vocatio, experti nimirum, quod in multis artificio verborū simularetis cōuenire nobiscum, in quibus maxime dissidetis: nec vestræ sunt, hæc & id genus aliæ technæ: sed vestrorum doctorū, qui veritatis luce in arctū compulsi, illā simulare potius superbè volunt, q̄ ingenue confiteri: id qd̄ non semel aut nunc recens vsu venit dogmatistis. Respōdet itaq̄ vestro oīm (vt ipse vult) nomine Philippus: vos summa voluntate cupere cōseruare politiam ecclesiasticā, & gradus in ecclesia factos etiā humana auctoritate: esse tamē causas quasdā, quæ impediūt, quominus sacerdotes vestri agnoscant

cant episcopos. Quam obsecro sunt huiusmodi cause? Quia episcopi (inquit) sacerdotes nostros aut cogunt hoc doctrinae genus, quod confessi sumus, abijcere, ac danare, aut noua & inaudita crudelitate miseros innocentes occidunt. Siccine nulli episcoporum potuit hactenus doctrina vestra probari? & non pudet vos fateri doctrinam sequutos, quam episcoporum nemo, cum tamen multi sint hodie doctissimi inter illos, non improbauerit. Sed igne & ferro (quod aiunt) eradicanda decreuerit, & ut facinoris genus seuerissimè vlciscendam? Sed hac in re (inquit Philippus) nostrae conscientiae nihil habent periculi: quia cum sciamus confessionem nostram veram, piam, & catholicam esse: non debemus approbare seueritatem istorum, qui hanc doctrinam persequuntur. Et ecclesiam esse scimus apud hos qui verbum Dei recte docent, & recte administrant sacramenta: non apud illos, qui verbum Dei, non solum adiectis delere conantur, sed etiam recta & vera docentes trucidant &c. His verbis quid aliud vult agere, nisi ut ostendat apud vos solos esse ecclesiam, apud nos vero seueritatem, & tyrannidem? Ita Carolus Stadius, Oecolampadius, Zwinglius, Pellicanus, & ceteri eiusdem classis nec apud vos ecclesiam esse credunt, sed apud se, & suos sectatores. Qui poterimus ergo dignoscere utri vestrum habeant veram ecclesiam? ut si qui forte sunt, quibus nostra displicent, vobis possimus accedere? nam utrosque vestrum habere impossibile est, cum ab alteris alteri, non modo pro haereticis, verum pro furiosis, & phanaticis, & rursus alteri ab alteris pro idololatriis vicissim habeantur. Et tamen utriusque iactatis euangelium, utriusque vestra quidem sententia, ritum administratis sacramenta, utriusque verbo Dei nobis insultatis, cui vobis innidimini, quodque apud vos solos pure doceri obstinatis animis deieratis: neque hic morbus est vobis peculiaris: eodem labore laborant Anabaptistae, & reliqua haeresum portenta, quae post Lutheri discessionem ab ecclesia nata sunt in Germania. Eodem etiam morbo laborauerunt semper haeretici: qui morbus Arrianorum tempore totum ferme orbem infecerat. Ecclesia

tamen

tamen, quae vera est, nunquam multitudine haereticorum obrui potuit, semper haereticis aliis post alias succedentibus, manet eadem, quae a Christo capite orra, & in apostolis ac martyribus propagata, per varios gradus Christianorum eandem fidem praestantium & obedientiam pontificibus & ceteris hierarchis praestantium hucusque perseverat: Haec non potest esse in istis, qui noua dogmata comminiscuntur, quibus vetera antiquitentur, & insolentescant: nam ut donemus esse veteribus utiliora, ecclesiae recte necessaria esse non possunt: alioqui maiores nostri, qui huiusmodi dogmata nescierunt, haud habuissent ecclesiam. Et enim ecclesia minime vocanda erat illa cui aliquid tanto tempore defuit ad salutem, nec si tantillo quidem defuisset. Quod si dicatis, vos habere verbum Dei, cui soli inniditur ecclesia, facile est verbum Dei iactare verbotenus: & non semel est olim ecclesia vera hoc lemata ab haereticis lacessita, quae tamen Christi promissionibus fidenter innixa, illud ex propheta usurpat, imò ut sibi proprio, refellendis simul ac propellendis hostibus vitur. Et respondebo, inquit, exprobrantibus mihi verbum quia speravi in sermonibus tuis. Psal. 118. Et ego vehementer admiror prudentiam vestram, cum videatis nos nihil vobis obijcere nisi verbum domini, qua fronte nos tam importune ad verbum domini provocetis, quasi nos scripturas ignoremus, aut citra illarum auctoritatem quicquam doceamus. Imò ignoratis (inquit Lutherus) quando verum illarum sensum non estis assecuti, sed pro ea humana somnia inuexistis. Bellè quidem ac satis censorie dictum, si dixisse satis illi esset extra Germaniam, verum tamen illi credere, qui nemini praeter se credit, quo iure tenetur orbis? Qui possumus ergo scire utri nostrum habeat verum scripturarum intellectum, nisi ab ecclesia doceamur? Haec dicitis vos habere: unde probatis? Quia ecclesiam esse scimus, ait Philippus, apud hos, qui verbum Dei recte docent. Si dixerimus, nos recte docere verbum dei, negatis: & nos etiam, quod verbum Dei recte doceatis, non concedimus. Quis erit huius controversiae iudex? Verbum Dei, quod ois controversiae iudicem facitis, atqui

Cc

modo

Ecclesiae dignoscende signum.

Perplexitas Philippi.



modò nō potest esse, quia de illo nobis est altercatio suscepta. Quorsum igitur aut quousq; p̄gredietur tā p̄plexa cōtētio? ecquis erit iudex huius litis? nos nullū aliū agnoscimus, nisi ecclēsiā, q̄ in vobis iure suspecta nobis est, p̄pter nouitatē, in nō bis verò scim⁹ eandē esse, q̄ fuit ante annos. 500. 800. 1000. & vltra vsq; ab apostolis: eandē, inquā, perpetuo fidei tenore seruato, tametsi moribus post mille ferme annos in deterius p̄lapsis: q̄ si dixeritis, quādā etiā nūc inter nos credi, q̄ olim haud ita explicite credebatur, id nihil obstat, quādo nihil nouē creditur: cuius oppositū sit aliquādo creditū à maioribus. Sed tantū quēdā ab hēreticis in dubiū vocata, aptioribus verbis sunt in synodis explicata. Et vos si ea p̄posuissetis, de quibus hactenus in neutra partē fuisse, p̄nunciatū, haud grauaremur, quē vtilia viderent, accipere: quē vera, fateri: quē verisimilia, ad scripturarū trutinā expēdere: quē falsa, boni consulere, quādo nō vni dat cūcta Deus: verū enim uero cū oīa ferme q̄ p̄ponitis, sint olim à patribus aut cōcilijs p̄ scripturas excusa, & improbata, nō possumus credere in vobis esse ecclēsiā, ne cogamur cōfiteri aliquādo nusq̄ fuisse, tūc scilicet cū vos nōdū eratis, & oēs Christiani oppido diuersa à vobis credebant. Iā cū ecclēsiā sine nobis habere nō possitis, qui potestis rectam ministrorū vocationē & ordinationē habere? Christus ex multis discipulis duodecim selegit, & ordinauit apostolos. His tradidit potestatem cōsecrādi, quia cū solis cōmemorationē, cū dixit: Hęc facite, quotiescunq; bibetis in meā cōmemorationē. Eisdē tradidit potestatem ligādi & soluendi. Horū numerus cū esset (dānato Iuda) reficiendus, nō temere nō humano iudicio aut populi rogatione duodecimus est subrogatus, sed oīm apostolorū suffragijs designati sunt duo, quorū alterū Christus sorte p̄bauit: neq; ad hanc dignitatē cuiq; paruit aditus, nisi Christi Iesu ordinatione, qui per spiritum sanctum iussit sibi segregari Paulū & Barnabā ad apostolicū munus. Apostolis ordinatis à Christo, quēadmodū ille, crescente numero discipulorū, adiecerat eis alios septuaginta duos, qui se-

Luc. 6.
1. Cor. 11
Ioan. 20.

qui secundū locū post apostolos obtinerent, ita & apostoli in ecclesia, crescente numero fideiū, ordinauerunt presbiteros, diaconos, & ceteros ministros, qui necessarij erant ad ecclesiasticā Hierarchiā, quē vt ex Dionisii Clementis Ignacij & ceterorum qui apostolis successerunt scriptis & synodalibus actis apparet perpetuò durauit hucusq; vtpote sine qua nec veros episcopos, nec veros presbiteros, nec veros ministros ecclesię haberemus. Nec episcoporū crimina excusare quēquam possunt à schismate, qui illorum contempserit ordinationem, nam vt quę per homines sunt instituta, possint hominū abusu & insolentia aboleri, siue in melius aliquid commutari, nō tamē illa, quę Christus instituit, à quo nō tantū doctrina, verū & opere quasi per manus tradita nobis est ecclesiastica ordinatio: hac cōtempta, vos videritis cuius ordinatione possitis habere verbi diuini & sacramentorum ministros: aut quam intelligatis vocationem in illis verbis confessionis vestrę. Nemo debet in ecclesia publicē docere, aut sacramenta administrare nisi ritē vocatus. Nam Philippus, vt dixi, verba vestra, pia quidem in specie atq; catholica, maxima schismatis oneravit suspicione.

PHILIPPICA DECIMAQVARTA.

De ecclesię ritibus & ceremonijs, quas humanas traditiones appellat Phillippus.



Vicquid quintum decimum confessionis vestrę caput continet, & Philippus adducit in apologia superioribus est à nobis excussum, verum nec vbi deesse veritati videamur, oportet nos toties eadem respondere quoties à vobis eadem obiiciuntur. Humane traditiones sunt duplices, alterę quę nihil nouū inducūt, sed tantū p̄scribunt tēpus, locū & modū, quibus quēdam pietatis

pietatis & religionis opera à Christo p̄bata & instituta, aut si
 in multis p̄cepta, cōmodè & opportunè fiant, Alterè verò q̄
 nouū aliquè cultū aut ritū aliàs nō p̄scriptū inducūt, Prio-
 ris generis exempla sunt ieiuniū, preces, eleemosina: Poste-
 rioris, vestium varietas, qua aliter clerici simplices, aliter epi-
 scopi, aliter cardinales, aliter monachi, aliter seculares, & in-
 ter ipsos monachos, aliter benedictenses, aliter franciscani, &
 ceteri induuntur. Item varij ritus sacrorū, quibus aliter qua-
 dragesimæ tempore, aliter resurrectionis, aliter festis, aliter
 p̄festis diebus celebratur. In neutro genere traditionū iustifi-
 cat aut reddit nobis propiciū deū humana cōstitutio, sed di-
 uina p̄missio: quā ob rē iure dānata est altera pars huius ar-
 ticuli, qua dicitis, q̄ traditiones humanæ institutæ ad placan-
 dū deū, ad promerendā gratiā, & ad satisfaciendū pro pecca-
 tis, aduersentur euangelio: nā qui potest euangelio aduersari,
 quod eidē subinde probatur? Diceris fortasse vos de huma-
 nis traditionibus loqui, non de ijs quæ probat aut instituit
 euangeliū. Si per humanas traditiones posterioris generis or-
 dinationes intelligitis, libētissimè accedimus vestræ cōfessi-
 oni, nemo est enim inter catholicos tā stupidus aut supersti-
 tiosus, qui credat vestiū colorē aut formā, & ceremonias ali-
 as huiusmodi iustificare. Cū vero ex superius dictis, & ijs,
 q̄ in huius capituli apologia Philippus respōdet, appareat ma-
 nifestè, vos de vtriusq; operibus loqui, haud possum⁹ p̄bare,
 aut p̄terire, quod apte sacris literis im̄pbat, nā orō, ieiuniū,
 & eleemosina, q̄ cōtinent primo genere traditionū, vtilia sūt
 ad placādū deū, p̄merendā gratiā, & satisfaciendū p̄ peccatis
 vtilia, inquā sunt, nō quatinus illis ab hominib⁹ tēpus locus
 aut modus p̄scribitur (tametsi huiusmodi p̄scriptionis
 obedientia sua mercede non carcat) sed quatinus per sacras
 literas constat, huiusmodi opera suas promissiones habe-
 re. Tobij. 12. Bona est oratio cū ieiunio & eleemosyna, magis
 q̄ thesauros auri recondere: quoniam eleemosyna à morte
 liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam
 æternam.

æternā. Mat. 6. De ieiunio oratiōe & eleemosyna dicit Chri-
 stus. Et pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi. Quid,
 obsecro reddet, quibus non placatur? Luc. 11. Quod superest
 date eleemosynā, & ecce omnia munda sunt vobis. Quæ om-
 nia: Peccata nimirū, de quibus loquebatur Dan. 4. Placeat ti-
 bi rex, consiliū meum, & peccata tua eleemosynis redime, &
 iniquitates tuas misericordijs pauperū. Innumera sunt loca
 scripturarū quibus nobis hæc tria magnificis promissionibus
 cōmendātur, ieiuniū, quo vniuersa corporis castigatio: ele-
 mosyna, qua omnis beneficiētij genus: & oratio, qua omnes
 religionis affectus & studia continētur. Sed videamus, quo-
 modo hæc & id genus alia testimonia eludat Philippus. De
 mortificatione (inquit) carnis & disciplina corporis ita doce-
 mus, sicut narrat confessio, quod vera & non simulata mor-
 tificatio fiat per crucem & afflictiones, quibus Deus exercet
 nos. In his obediendū est voluntati Dei, sicut ait Paulus. Ex-
 hibete corpora vestra hostiā &c. Et hæc sunt spiritualia ex-
 ercitia timoris & fidei: verū p̄ter hanc mortificationē, quæ
 fit per crucē, est & voluntariū quodam exercitiij genus ne-
 cessariū, de quo Christus ait. Cauete ne corda vestra grauen-
 tur crapula. Et paulus. Castigo corpus meū, & in seruitutem
 redigo &c. Et hæc exercitia suscipiēda sunt, nō quod sint cul-
 tus iustificantes, sed vt cohæreant carnē, ne saturitas obruat
 nos, & reddat securos & ociosos: qua ex re fit, vt affectibus
 carnis indulgeāt & obrēperent homines. Hæc diligentia de-
 bet esse perpetua, quia habet perpetuū mandatum Dei. Et il-
 la p̄scripta forma certorū ciborum, ac tēporum, nihil facit
 ad coercēdam carnem. Est enim delicatior & sumptuosior,
 q̄ reliqua conuiuia. Et ne aduersarij quidē obseruāt formam
 in canonibus traditam. Nunc in primis opere p̄reçipiū est ani-
 maduertere hominis prudentiā: qui cum versaremur inter
 omnia, quæ sacris literis per spiritū sanctum probata, huma-
 nis vero traditionibus ordinata sunt in ecclesia, & per certa
 tēpora locos & vicissitudines distributa: tantū respondet ad
 Cc iij ea, quibus

ea, quibus ieiuniū cōmendatur: cum superius à peccatorum remissione non minus eleemosynā & orationes, q̄ ieiunium excluderet. Adhæc tū vestra confessio habeat: humanas traditiones contra Euangeliū institui, ad placandū Deum: ad promerendā gratiam, & satisfaciendū pro peccatis: nunc, ceteris prætermisissis, tantū adimit ieiunio peccatorū remissionē, tametsi, ne nihil prodesse videatur, tribuit illi carnis mortificationē, necessario quodā exercitiij genere voluntariē assumptam: de quo Christus ait, videte ne grauetur corda vestra crapula & ebrietate. Et paulus. Castigo corpus meum & inferuiturē redigo &c. Hæc appellat exercitia, quæ dicit esse suscipiēda, non vt sint cultus iustificātes, sed vt coerceāt carnem, ne saturitas obruat nos &c. Nullū ne aliū vsum habent ieiunia? nihil ne aliud nobis conferunt, nisi vt coerceant carnem ne saturitas obruat nos? Quid igitur est illud quod pater videns in abscondito reddet ieiunantibus? In quem vsum succissiva ieiunia ieiunabāt apostoli & ceteri fideles, qui spiritus sancti primitias acceperāt, si nihil aliud debet esse ieiunium q̄ perpetua sobrietas? Act. 13. Ieiunantibus ecclesie primoribus, qui & prophetie munere præstabant, dixit illis spiritus sanctus, segregate mihi Saulum & Barnabā in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunātes & orantes imponentesq; eis manus dimiserunt illos. Hi, authore Philippo, non ieiunassent, quando nihil ieiuniū impetrare poterat apud Deū, quē orabant. Nisi forte apostolos dimissuri ieiunauerūt ne grauentur corda eorū crapula & ebrietate, quæ admodum accidere solet ijs, qui cōpotatiunculis aut iusto cōuiuio accipiunt amicos peregre profecturos. Atqui nihil huiuscemodi timendū erat Christi apostolis, prophetis, & discipulis, qui iugis parsimonia & sobrietate carnē spiritui subdiderant. Sed cum viderent ingentē messis farraginē, quam tā pauci operarij excolendo non erāt, rogabant iuxta Christi doctrinam dominū messis, vt mitteret operarios in messem suam: has preces cum ieiunijs augerēt, impetrauerunt, vt spiritus sanctus

ctus illis apostolicā designationē Sauli & Barnabæ reuelaret, quinimo & cōmitteret: alioqui, nisi hoc significare voluit Euangelista, quid illi opus fuit, tā diserte adscribere spiritū sanctum ieiunantibus esse loquutū? Cuius oraculo accepto, rursus ieiunio & oratione fœlix faustūq; nouis apostolis & ecclesie munus & iter præcantur. Cōminiscatur nunc Philippus præsidium aliquod, quo cōfugiat: nos simpliciter accipimus scripturas, quib; docemur ieiunio & oratione apostolos supplicasse: qui si scirēt, Deū nobis, ieiunio non placari, aut promereri, nec ipsi priuatim incidēte casu aliquo ieiunassēt, nec Euangelista tā diligēter, vbi numinis fauor aliquis cōmemorandus erat, ieiunia recēseret. Act. 14. Paulus & Barnabas cū per singulas ecclesias Listri Iconiæ & Antiochiæ ordinassent presbyteros, discessuri cū ieiunationibus orasse, scribuntur. Si ieiunia illa nihil aliud erāt atq; assidua quædā sobrietas, & nihil illis potuit promereri, quamobrem Euangelista priuatis casibus, vbi aliquid discriminis intererat, tam sedulo cōmemorat priuata ieiunia, illorū præsertim, quos credendū est, iugis parsimonia cauisse, ne grauentur crapula & ebrietate? Si nihil aliud debet esse ieiuniū, atq; iugis tēperantia victus, quæ nam sunt multa illa ieiunia quæ Paulus Corinthijs suadet? 2. Cor. 6. Quod nā est illud ieiuniū, quod oratiōi adiunctū genus quodam demoniorū expellit? Mat. 17. Cuius deniq; ieiunij exēplum Christus nobis præbuit suo ieiunio? nō certe assidue sobrietatis: nā hoc perpetua temperantia, rebus vniuersis modeste vtens, præbebat. Præterea si partes, vt Philippus dicit, nihil aliud existimauerūt esse euangelicū ieiuniū q̄ huiusmodi ppetua carnis castigatio, & nulla est ab illis traditio hoc consilio instituta, vt mereamur remissionē peccatorū aut iustitiā, sed propter bonū ordinē in ecclesia & tranquillitatē: in quem, obsecro, vsum instituta est ab eis quadragesima ieiunatio, quæ nihil ad ordinem ecclesiasticæ Hierarchie, neq; ad tranquillitatē videbatur attinere? Hæc institutio patrū est antiquorū, non recentiorū pontificum, sed omnium

num qui ab ipso nascētis ecclesiæ exordio cū sapientia tum sanctitate polluerūt consensu & obseruatione instituta, robora, firmata: vereor ne Philippus (vt est illi Lutherus semideus) respōdeat illos homines fuisse. Dicit tamen (vt aliquid respōdisse videatur) nunq̄ illos hoc consilio quadragesimam & ieiunia quēdā alia instituisse, vt per ea mereremur Deum nobis esse propiciū, aut peccata remitti: quo igitur consilio instituerunt? nunq̄ explicabit, nā illud de ordine & tranquillitate, quis non videt, esse prorsus alienū à proposito? Ad coercendā vero carnem Philippus negat ciborū & tēporis præscriptionem quicq̄ conferre: præscripsisse vero patres negare non potest, cum vetustissima vna atq; religiosissima fuerit apud illos quadragesimalis ieiunij obseruatio. Declarāt hoc, præter annales & chronica, cōciones sanctorū, habite quadragesima, quales sunt Chrysostomi in Genesim, ac ceterorum etiā antiquorū vsq; ab apostolis. Porro consiliū suū, in probandis instituendisq; ieiunijs, & quid de ieiuniorū fructu & utilitate crediderint: ipsi suis verbis quæ superius Philippi ca. 10. citauimus, apertè declarant: possemusq; multa eiusdem generis si opus esset testimonia producere: sed quid Philippo satisfecerit, cui verba Christi & apostolorū eius, toties à nobis producta, non satisfaciunt? lam illud, quo toties nobis difficultatē facit, de Christi meritis & satisfactione, quæ videretur inanis, si nostra ieiunia satisfacerent, eandē habet in mortificatione carnis obiectionem: vt enim semel Christus pro nobis omnibus satisfecit, ita semel vetus homo noster cū eo crucifixus est, non enim cōmortui modo sumus, verū & cōsepulti cū Christo per baptismū in mortem: quibus tamen verbis non obstatibus (tamen si verissima sunt) isdē apostolus, qui Christi Iesu gloriam in illis prædicat, frequens est in admonendo, vt nos mēbra nostra ac nosmetipsos mortificemus. Haud igitur, quod nostra ieiunia ac cetera pœnitentiæ opera satisfaciūt pro peccatis, magis Christi gloriæ, qui pro nobis satisfecit, decedere credendū est, q̄ eiusdem gloriæ

Rom. 6.

Colos. 3.

detrabit

detrabit iugis nostra mortificatio, cum semel ipse veterē hominē nostrum extinxerit, & affixerit cruci. Satisfecit semel Christus pro nobis, sed nondū desijt satisfacere, quin quotidie in membris suis satisfacit, ita vt sint ex illis, qui prædicare audent, supplere se, quæ defunt passionum Christi, in carne sua pro corpore eius, quod est ecclesia. Ad eundem modū extinxit Christus veterē hominē, sed nondū est extinctio hæc & mortificatio cōsummata, quin quotidie fit in ijs, qui nō secundū carnē ambulāt, sed secundū spiritū. Hoc nimirum est quod Paulus ait: Roma. 6. & exponit cap. 8. Quia vetus homo noster simul cū eo crucifixus est, vt destruat corpus peccati, & iustificatio legis impleatur in nobis, qui non secundū carnē ambulamus, sed secundū spiritū. Roget me fortasse quispiam, si hoc efficit Christus, cur nō assequuntur oēs, qui Christo credunt? Fortassis esset hic potius hērendū, q̄ respōdendum: sed fidenter respōdeo, quia nō oēs sequuntur, & conantur, vt destruat corpus peccati. Dedit enim Christus potestātē, filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius, penes illos autē est fungi hac potestate, & fructum eius assequi. Porro quod attinet ad traditiones humanas, de quib' in vniuersum est orta disputatio, qualq; per nos suscitari Philippo queritur, cū oēs has aboleuerit Christi gratia, duplici causa Christus abstulit iugum legis, quæ neutra cogit, vt nobis auferatur: Primo (vt prætermittā mysticas illas significationes quæ Christo adueniēte cessarūt) veteres hēbreorū ritus deus ipse tradiderat, quo pōdus quodā diuinę seueritatis præ se ferebāt, atq; adeo spiritū timoris potius q̄ amoris gignebāt affectū, graue em̄ erat, & cui tolerādo impares essent humanæ vires, illud subinde repetitū: Ego dominus: Hac dicit dominus, & similia. Nostros verò ritus Christus ipse, tamen si veterus homo, nō adidit, tantū tradidit auctoritatē ecclesiæ, vt ipsa sibi præscriberet ritus, quib' pietatē præstaret & religionē qui ab hominibus instituti, humanæ imbecillitatis rationem imprimis haberēt, vt habēt, essentq; humana puidētia & auctoritate

Collo. 1.

Ioh. 1.

Dd

etoritate



toritate mutabiles. Præterea veteris legis traditiones oblitæ erant præceptis & interminationibus, terribilesq; cōtestationes sæpius obtūdebāt, nisi mordicus seruarētur, nostræ verò traditiones nihil capitalis periculi afferūt trāsgressoribus, modò absit animus impius aut cōtemnēs. In hac em̄ sentētia sum, quōdiu ecclesię nō improbat, cuius interim autores habeo grauissimos iuxtā atq; doctissimos. ¶ Haftenus de fidei & operū meritis tertiu subdiuersis titulis disseruimus, in quibus si cubi fortè, vt sum homo, lapsus sum, aut deceptus, in hoc certè scio, me nullo modo decipi posse, quod est totius cōtrouersię argumētū: Haud sola fide homines saluos fieri sed etiā charitate, & operibus bonis, si per ætatē præstari potuerint. Hoc quippe scripturę oēs prædicāt. Hoc iudex ipse discrimen fore seruādoꝝ à dānandis in iudicio pollicetur: Hoc tota per orbē terrarū ecclesia haftenus credidit, quin iudiciū semp̄ est catholicis amplectēdū: id quod & me fecisse, & p̄pecuò facturū p̄fiteor: Quāq; etiā si me in hac causa ecclesię p̄iudiciū destituisset, scripturarū testimonijs, quæ vtrinq; possunt adduci, p̄spectis, libētius accederē huic sentētiæ, qua bona opera ad salutē requiri iudicātur, quæ oppositè, quādoquidē certò scio, plura hanc cū antecedere, tū cōsequi, quæ ad cōmunē vtilitatē possunt cōducere, quæ istā: qui fit, vt maiori cū fructu asserat, & minori periculo in ea, si fortè cōtigisset errare, decipiamur: nā ab operū fiducia nullū imminet nobis periculum, qui vni Christo fidimus, sine quo fatemur nihil boni operis à nobis posse consequi, nihi bona opera quæ ad veram attinet felicitatem, in nobis posse facere.

Iam quod ad alterū genus humanarū traditionū p̄inet, haud grauatè fatemur illas nihil ad placandū Deū, aut p̄merendā gratiā cōferre, vt quibus immediate nulla est in sacris literis merces p̄missa, nā mediate, nihil est à maioribus institutum quod nō cōplectat illa Christi p̄missio. Qui vos audit & c. Tametsi nō ignoro, quicquid mercedis huic verbis p̄mittit nō operibus alijs inutilibus, sed obedientiæ deberi, quæ vna cū fide p̄miū huius & aliarū id genus p̄missionū immediate

apprehendit. Habent etiam, præter hoc, huiusmodi ritus alias utilitates, quæ diligentibus Deum confert ad pietatem. Primum enim symbola sunt christianę societatis: deinde mysticas habent significationes, ab institutione sua ortas, vsu & cōsuetudine firmatas, quibus multa nō modò rudes docēt, verū & admonēt sapiētes. Ad hæc extima illa corporis supplicatio, supplicē animū haud raro efficit, & itimè quodāmodo ad orandū cōponit. Hinc cineres, hinc sacci, hinc cilicia, hinc p̄strationes, quarū rerū toties meminit sacrascriptura, & patrum antiquissima decreta nos admonēt. Quā ob rē mea quidē sentētia, temere Philippus (ne interim vtar verbo grauiori) huiusmodi christianorū ritibus æquat Gētilium & Mahometarū obseruationes, & Iudeorū, qui cū Hieroboā descuerunt à lege impia cōmenta: Si licet, inquit, hominibus instituire cultus, & per hos cultus merentur gratiā, iam omnium gentium cultus erunt approbandi, cultus instituti Hieroboā & alijs extra legē erūt approbādi, & c. Et infra: Sicut regnū (inquit) Mahumeti habet cultus, habet opera, per quæ vult iustificari corā Deo, nec sentit homines corā deo gratis iustificari fide propter Christum: ita & Papatus erit pars regni antichristi, si sic defendit humanos cultus, quod iustificent: detrahatur enim honos Christo, cum docent quod non propter Christum gratis iustificemur per fidem & c. Sunt qui huiusmodi floribus, quibus maximè vernant cum Philippi tū Lutheri vniuersa cōmentaria, vsq; adeo irritentur vt iusto zelo, velut æstro, perciti, suis illos coloribus pingant. Ego vero eò minus huiusmodi verbis commoueor, quod facilius etiam nobis tacentibus, scribentis animus proditur, arguitur, deprehenditur. Illud me maximè mouet, cum Philippus solidis, vt videntur, rationibus & scripturarum validissimis (quod non raro facit) testimonijs catholicā veritatē lascessit & insectatur. Nunc enim quis non videat illum argumētorum præsidio destitutū, ad acerbissima ista parerga confugere? quem, priusquam ad collationem rituum quos

Ceremoniarū utilitas.

quare conatur, descendā, māuetē percōctor. Quid obsecro erit, si ecclesia, quā inuidioso nomine papatum vocas, doceat hominē gratis iustificari propter Christū, & tamē exigat ritus quosdā externos, à se eiudē Christi auctoritate institutos ad colendū Deū? Nū erit tunc tēporis regnū antichristi? Minimē inquires, sed tyrannicē exigitur à fidelibus, quod illos nō iustificat corā Deo. Atqui si hoc esset tyrannis, tyrannicū esset exigere, vt christiani dei & proximorū dilectionē exterius operibus prāstarent, quandoquidē nihil horū nos (si Philippo credimus) nec ipsa quidē charitas iustificat corā Deo: lam collatione, quę ecclesię ritus, pręsertim cū neutros illoꝝ quos nos distinximus exceperit, cōfert ritibus paganorū & pseudo iudeorū, quid ineptius, si penitus inspiciantur? Hieroboan instituit ritus cōtra Dei mandatū & religionē, quibus verū Dei cultū euerteret. Ecclesia tradit ritus, qui nullis diuinis aduersantur. & Christo permittente, ne dicā pręcipiente, sunt inducti, nisi fortē dicam' apostolos (vt ieiunia & preces tandē omittā) apostolos, qui primi omniū ritus huiuscemodi, quod superius demonstratū est, sanxerunt. Christo prohibente sciuisse: Ad hęc Hieroboā, vnus veri Dei cultu sublato, idolorū inuexit culturā, id quod verba pphete aduersus ecclesiā à Philippo citata declarant. Eze. 20. In pręceptis patrum vestrorū nolite incedere, nec iudicia eorū custodiatis, nec idolis eorū polluamini, ego dominus deus vester. In pręceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea. Idē quod Hieroboā fecit, facturū est antichristus, iuxta aliud testimonium, quod etiā Philippus ex Daniele citat aduersus nos: ita enim animū induxit suū, vt nullum cōuicioꝝ genus prātermitterat, nullum scripturarū locū nō torqueat, quo ecclesiā & eius Hierarchiā synagogā Sathanę & regnū Antichristi esse persuadeat. Danielis verba sunt: Deum Maosim in loco suo colet, & deum quē nō nouerunt patres eius, colet auro & argento & lapidibus pręciosis. Ecquid rogo simile fit à Christianis etiā si credāt ecclesię ritus necessarios ad placādū Deum modo

modò non sine Christo sentiāt se posse iustificari: vt, quatinus Christiani sunt, non assentiri non possunt? Nū Christiani suis ritibus deū Maosim colunt, aut adorāt deum aliquē, quem patres nō coluerūt? minime gentiū: nam et si sunt qui dicantur dii siue in cœlo, siue in terra, nobis tamen vnus est Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & vnus dominus Iesus Christus, per quē omnia & nos per illū. Sed non in omnibus est scientia inquit apostolus: quod & modo accipit vniuerso fermē Christianorū vulgo: cuius superstitionē si Philippus sibi proponebat insectandā: oportebat, illū bonam ecclesię doctrinā & leges à malis moribus & peruersis interpretationibus interdū & additionibus seiungere, & ita apostolica moderatione in docēda vera iustificatione & cōmenticia dedocēda vt: id quod nostro seculo egregius vir Erasmus Roterodamus, si quis alius, conatus est obseruare, tamen & ille (quod eius pace dixerim) seruētior est interdū & acrior, q̄ vulgari simplicitati & quorundā malicię expediret. Hactenus tamen per illū ecclesię traditiones incōuulsę permanēt, & suum locū retinent in ministerio pietatis. Et nos nō nihil ecclesiasticis cōtionibus Euāgelij causam aduersus hominū cōmentia pro nostra virili iuuimus, ad inuidiā vsq; illorum, qui adulterantes verbū Dei, quæstū existimant pietatē, qui vbiq; velut loliū, bono semini sunt admixti: ablit tamen vt vbiq; regnent, quod Lutherus nobis exprobrat: solus enim Christus in ecclesia regnat, & vincit in mēbris suis hostem, quē, à se ipso deuictū, ad exercendā fidem electorū quadante nus respirare, permittit. Mahumetici ritus, qui supersunt ex Philippica collatione, haud scio quales sint, neque quatenus aut quomodo illis vtantur sarraceni, quos eodē studio & penē eodē cōmento auertit Mahumetes à religione Christiana, quo Hieroboā auertit decē tribus à vera religione, vt tūc tēporis erat Mosaica. Hoc vnū tantūmodo omnes illi ritus mihi videntur: quod cū sint multarū sectarum velut rapso dia, itidē olent, quasi cum vna multa iura cōfundit coquus: quid

1. Cor. 8.



quid oleas nescias, nisi id vnū male olere intelligas. Caterū quæ potest esse collatio illorū, quicumq; sint, quos excogitauit infidelitas, ad ecclesię ritus, quos instituit fides, pietas probat, religio seruat: quibus, si incōmodis interpretationibus aut ineptis adinventionibus quidā fortassis inter nos abutūtur, haud p̄pterea succensendū est omnibus: nec omnes Germani concionatores tā sanctē docent, quā fingit Philippus. De iustitia inquit fidei, de fide in Christum, de consolatione conscientiarū nihil dicunt aduersarij, imō hanc saluberrimā Euangelij partē lacerant cōuicijs. Econtrā in nostris ecclesijs omnes cōciones in his locis cōsumuntur. De p̄nitentia, de timore Dei, de fide in Christum, de iustitia fidei, de consolatione cōscientiarum per fidē, de exercitijs fidei, de oratione qualis esse debeat, & quod certo statuendum sit, quod sit efficax, quod exaudiatur. De cruce, de dignitate magistratū & omnium ciuiliū ordinationū. De discrimine regni Christi, seu regni spiritualis & politicarū rerū. De cōiugio, de educatione & institutione puerorū, de castitate, de omnibus officijs charitatis &c. Speciosa verba, & quibus dignū est, vt omnes applaudāt catholici: attamen vtri sint in causa cōcionatores an auditores minimē scio: scio tamen quod re ipsa licuit ex periri, nihil horum, de quibus illi differunt pro concione, sanctius aut religiosius seruari post Lutheri doctrinā, quam antea seruabantur: quinimō omnia sunt in deterius mutata: ita vt coactus sit ipse Lutherus, pontificis & monachorū regnū quod vocat, in vrbibus quæ maximē illi credūt desiderare. Concionatores etiā ipsi ita de locis huiusmodi differunt, vt præstaret eos non attigisse. Cōcionabantur Arriani de trinitatis mysterio, de verbi Dei incarnatione. De eisdē etiam locis Sabeliani: interest tamen multū, quid aut quomodo de vnaquaq; re differas, cū de eadē verē & falsē, impiē & catholice possit haberi cōcio. Deniq; quod vestri cōcionatores de his locis prædicāt, non potest non esse eiusdē farine cum eo, quod Lutherus docuit, & Philippus defendit: quomodo autem rem audientiū animos afficiant, aut quos affectus excitēt in

Nō quæ de re, sed quid Ecclesiastes dicat.

Lutheri cōciones

ADVERSVS LVTH. DOGMATA 197
eis, apparet ex epistola illa Erasmi testis oculati & vobis nō perinde multū infensi (cū Erasmi nomino honoris ac dignitatis, vt par est, causa nomino) quam epistolā ad quosdā Argenoratenes ecclesiasticis misit. Porro nostri cōcionatores (de concionatoribus loquor, non de v̄dinugis cauponatoribus, quorū vtiq; magnus est numerus) nostri, inq; concionatores de eisdē locis dicunt, quos Philippus recenset, variē tamen, & à vestris longē diuersa. Dicunt illi de p̄nitentia disertē quidē & plausibiliter, quando quidē habent expositum, quo spaciari possint, & suę maledicentię copiā ostētare, campum nugarū, quas tum quæstus, tū inepta deuotio quorundā sparsit in vulgum christianorū: hæc tamen ita lacerant, ita conuellūt, vt deteriora disseminent: ita locū explicant, vt satis esset non attigisse, quādo populus ista doctrina de Christi vnus meritis sibi blandiēs, ignauā quandam non fidē sed confidentiā ac p̄sumptionē concipiunt, esse p̄nitentiam. At nostri p̄nitentiā esse dicunt p̄teritorū scelerū detestationem, qua etiā ad euangelicā v̄tationem animus inardescat, & futurorū resipiscentiā: id quod patres dixerūt, cōmissa lugere, & lugenda non cōmittere: quæ omnia fide illa, quā sacramento profitemur, perficiūtur, & fiunt efficacia. Vestri timorē Dei quosdā Hiperbolicos terrores & hæctenus minimē intellectos nedum expertos esse dicūt, nostri vt animus summopere vereatur, & summā curam adhibeat: ne quicq; p̄termittat etiam minimū illorū quę diuinis oraculis sunt nobis p̄scripta, nam qui timet Deū nihil negligit. Eccle. 7. De fide, quod sola iustificet, & sufficiat ad salutem, vestri docent. Eidē nostri primas tribuunt in iustificatione, ita tamen vt minimē sola sufficiat: quoniā si habuero omnē fidem (ait Paulus) qua vel montes transferre possim, charitatē autē non habuero nihil sum. 1. Cor. 13. Consolātur vestri conscientias illorū, quos tedit affectus mortificare, & crucē domini ferre: dicentes sufficere illā, quam Christus pro nobis tulit: nec satis illi fidere, qui huius laboribus & meritis alia conantur adiungere,

Cōcionū collati

adiungere, & hanc vocat fidei consolationem, de qua maxime gloriatur Philippus, & Lutheri doctrinam commendat. Hanc gloriam non invidemus, quae communis est illi cum Epicureis, qui gloriabantur se suo dogmate deorum metum ab animis hominum abstulisse: nam quod aliqua secta perniciosior fuerit, & sordidior, eo pacatior reddet mentes eius persuasionem semel imbutas: quoniam nostri tantummodo eos consolantur, qui iuxta Christi doctrinam, suas cruces eius cruci nituntur adiungere: & membrorum merita capitis fulcire meritis, esset enim alioqui prorsus inualida. Haec cum tam sublimia sint, ut miraculo, cum fiunt, potius quam virtuti tribuenda videantur, subleuatur tamen ad aggrediendum nostra fragilitas Iesu Christi promissionibus nec obscuris nec in frequentibus: utpote quae maxima pars sunt euangelicae doctrinae. Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos: tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Et rursus: confidite quia ego vici mundum, & alibi. Noli te timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Et ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi. Et per Apostolum: Fidelis est deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum temptatione profectum. Et propheta. Laudabit te (inquit) populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te, quia factus es fortitudo pauperi: fortitudo egeno in tribulatione sua, spes a turbine umbraculum ab aestu. Vestri docent crucem esse patienter ferre calamitates & incommoda vniuersa, quae nobis frequenter accidunt. Nostri addunt affectum mortificationem assiduam, de qua Paulus Coloss. 3. Mortificate membra vestra quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidine, concupiscentiam malam &c. addunt & labores quosdam pios, ad hoc susceptos, ut iuxta eundem castigemus corpus nostrum & in seruitutem redigamus. Exhibeamusque corpora nostra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium nostrum. Ro. 12. Fidei fructum, charitatem & eius opera esse docent vestri: cui

doctrina,

doctrinae tametsi in sacris literis non inueniatur, haud magno pere aduersaremur, nisi illa conaremur charitatem a iustificatione secludere. Porro nostri, quid de hisce rebus docent, nepe si ad fidem referantur charitatem esse fidei non fructum, sed vitam, vim, energiam, quoniam fides per dilectionem operatur. Et sine operibus mortua est. Iac. 2. cetera vero opera vtriusque fructus esse, fidei scilicet & charitatis, quoniam charitas patiens est benigna est, & innumera penes alia bona gignit, quae Paulus enumerat. 1. Cor. 13. Vestros de oratione docere, quod certo statuendum sit, quod sit efficax, & quod exaudiatur, ait Philippus, id quod de nostris, ut sunt vestris timidiores, nunquam audire me memini, sed quod interdum maximo nostro bono iustas etiam orationes Deus non exaudiat, cuius rei experimentum in proprio est, ut ceteros omittamus, in Paulo ter domino deprecate. 2. Cor. 12. Idem versus venit multis alijs bonis viris prophetis, apostolis, & martyribus: quanquam quid opus est, peccatorum exemplis uti, ad confirmandam rem, cuius in semetipso nobis Christus exemplum exhibuit: De cruce haud video quid docere possint, qui passionum tolerantiam omne meritum atque adeo mercedem omnem ademerunt, & iactant se sua doctrina (si Christo placet) maximam consolationem attulisse, cum nulla sit alia, consternandis animis. enaruantem virtuti, & prorsus abiiciendam, accommodatior ista, alloqui frustra nos Christus tam crebris tamque magnificis promissionibus ad pietatem capeendam hortaretur, nunquam adeo frequenter gloriae triumphum crucis ignominiae sacrae literae adiunxissent. A nostris vero quid hoc de loco predicetur superius exposuimus. Postremo isti de discrimine regni Christi & regni politici ita loquuntur, ut catholicos omnes papistas. Romanam ecclesiam Babylonem, pontificem maximum antichristum, non modo verbis pro concione, verum & libris editis, ut neminem latere possint eorum blasphemiam appellent: nos vero summum pontificem Christi vicarium, ecclesiam romanam omnium supremam esse predicamus: eius abusus & scelera, si quae sunt, minimè probamus, quinimò ubi opus est, nobis aperte danantur, cauent tamen

Ee

summo

Gala. 5.



summopere quotquot sunt euangelica prudētia p̄diri, ne ad vulgū, luapte natura principibus & magistratibus cunctis infensum, principū mores, sacrorū p̄sertim, traducātur: hoc em̄ q̄ sit periculosum, si hactenus ignorabat, p̄fecto sola Germania, ne dubitarem, potuit. efficere. Nihil est quod ad cōtinēdos vulgi animos in officio & pietate æquē cōferat, atq; vt optimē sentiāt de vtriusq; ordinis principib⁹ viris, aut si hoc p̄ illorū facinora assequi nō possum⁹, saltē vt Hierarchiā ipsā & ordinē magistratuū, tanq̄ celeste munus, in cuius obseruātia totius teip. salus, in violatione perniciēs & euerio sita est vniuersi suspiciāt. His cū ex diametro (quod aiunt) dissidētia vestri doceāt. qui potest esse verū, quod Philippus asseuerat in vestris ecclesiis disciplinā ecclesiasticā, & pias ceremonias & bonos mores ecclesiasticos propter trāquillitatē diligēter cōseruari: cuius oppositū nos p̄p̄rijs oculis vidisse, & multis experimentis deprehendisse, liberē testamur, & vos ipsi, viri Germani, nisi suscepti semel dogmatis immodicus amor imponat, negare minimē potestis.

PHILIPPICA DECIMAQVINTA.

De politicis magistratibus & vsu rerum ciuiliū, de quibus cap. 16. confessionis, ac de libero arbitrio & causa peccati, de quo capit. 18. & 19.



Am multa sunt à me hactenus de cōfessione vestra discussa, vt videar mihi, posse de cetero plura confessionis & apologiæ capita vna velitatione transcurrere, p̄sertim cū (vt à capite. 16. incipiā) quicquid in eo à vobis est cōfessum, catholicū sit, & à nostris theologis vt apparet Augustæ probatū, quam ob rē nihil hīc apologiæ opus erat, nisi vt Philippus vnde vnde captaret occasionē, cōminiscendi aliquid, quo nos traduceret, & in inuidiā traheret apud Germanos. Monachi, inquit, multas p̄niciosas opiniones sparserūt in ecclesia, vocauerūt euāgelicā policiā cōmunionē

munionē rerū: dixerūt esse cōsilia nō tenere propriū, non vlci & c. quo in loco non tantū in monachos, verū & in apostolos ipsos peccat, nā monachi opinionē de rerū cōmunionē nō sparserunt in ecclesia, sed à primis eisdemq; optimis christianis inchoatā, & ab apostolis ipsis vsu probatā, & miraculis cōfirmatam. Monachi amplexi sunt, locus est apertior in actis apostolicis, q̄ vt citari sit necesse. In monachos vero solos peccat dicens, ab eis doceri quod cōsiliū sit iniurias nō vlci, cū nihil minus cōgruat illorū cum doctrinē, tum professioni, alioqui proferat locū Philippus, quo fidē faciat amarulentissime delationi. Nec minus peccat inferius cum monachorū p̄niciosas (vt illi vidētur) opiniones improbens dicit. Vanissimū & hoc est: q̄ sit perfectio christiana nō tenere propriū. Vanissimū p̄fecto, sed æquē vanū, prope dixerim est imperitē multitudini sublinire os, vt credāt monachos huiusmodi mendacia docere: nullus vnq̄ monachorū ita desipit vt diceret non habere propriū, esse christianā perfectionē, quā in sola vera pietate sitam esse sciunt, aiunt tamen nihil possidere vt proprium, cuius curis & solitudine animus ab assidua euangeliū meditatione auertatur, viā esse satis cōpendiariā ad hoc vt perfectionē assequamur: quod si & hoc vanissimum esse dixerit. Christū Iesum summā veritatē arguat vanitatis, ipsius enim est illud: Si vis perfectus esse, vade & vende oīa quę habes, & da pauperibus & c. Mat. 19. Sed quid ego Philippi calumnias scripturarum verbis refello, cum ipsa se p̄dat vanitas, experimentis rerū, quę ante. 15. annos in Germania cōtigerūt, adiuncta. Monachi (inquit) vocauerūt euāgelicā policiā rerū cōmunionē: scilicet monasticę sectę erant rustici plusq̄ cētū mille, qui Lutherano furore correpti, aduersus diuites & nobiles in Germania p̄ rerū cōmunionē arma sumpserūt, quib⁹ demū trucidati sunt, & nō pudet Philippū, dogma, cuius autor Lutherus fuit, & ipse fortassis patronus & asseuator, in monachos reijcere. An opus est argumēto euidētiore, quo p̄datur eius vanitas, & studiū calūniandi?

stra, sed non essent bona: si verò ab illo sine nobis, etiam si in nobis, fierent, essent quidē bona, sed non essent nostra. Ut ergo & nostra sint, & bona, opus est, & à nobis fieri, & à Christo, cuius spiritus adiuuat infirmitatē nostrā. Nihil itaq; boni operis soli libero arbitrio, nihil gratiæ soli potest adscribi, quādo neutra res sine altera operatur, sed utraq; simul: quārū tamen prior rationē habet causæ vniuoce, quæ sibi vendicat effectū, posterior vero rationē æquiuoce, quæ nō tam cooperatur, q̄ voluntatē humanam adiuuat operantē. Cum hæc sententia concordāt omnia scripturarū sanctarum testimonia, siue quæ nobis cuiusuis vel minimi boni adimunt facultatē, siue quæ tribuunt efficiendi operis libertatē: hoc est potentia operandi, cum adest gratia, & cessandi ab opere, etiā si maxime adsit, nec id tantū, verum & in contrariū retinendi, cum volumus. Humanæ quippe nature, vt docet Bernardus, per gratiā restitute, inest vis ad peccandū, & nō peccandum. Destitute vero, tantū ad peccandū: perfecte autē & consummate, tantū ad non peccandū: noster itaq; locus est medius, idcirco vtriusq; extremi participatione nutamus, in alterutrā partem casuri. Porro vbi ceciderit lignum, ibi manebit. Eccle. 11. Adde quod hæc nostra sententia nihil prorsus homini relinquit, vnde possit gloriari nisi in domino, in quo omnia se posse gloriabatur Paulus Phil. 4. Satis fit his paucis lineis quid nobis de gratia & libero arbitrio videretur significasse, magis q̄ exposuisse, quando quidē haud erat opus iuxta lucubratione tractare locū, tam doctē, tã piē, tam ingeniosē, tum à veteribus, tū à neotericis theologis explicatū.

Porro articulus vigesimus idē reperit, qd articulis quarto & duodecimo fuerat propositū, quāobrem sufficit lectoribus pijs & solam veritatē expetētibus quod Philippicis quarta & sequētibus ex sacris literis pro catholica veritate produximus. Querimonias Philippi, quibus huius articuli apologiā exorditur, nihil moramur. Reiecerūt (inquit) & improbarūt theologī in cōuentu Augustensi, verba confessionis, quibus dicitur,

dicitur, quod non mereantur homines remissionē peccatorum bonis operibus. Quid ni reijcerent, & improbarent qd aduersatur prophetis & Euāgelio? Confessio enim cum negative pronūciat, nullū discrimē operū, nullum meriti, nullum peccatorū aut remissionis faciens, ita bona opera à peccatorum remissionē prorsus excludit, vt nec solis nec cū fide vim aliquā illis tribuat ad peccatorū remissionem. Atqui scriptura sacra sexcentis locis exigit opera, vt cōdonentur peccata. Dan. cap. 4. consulit Nabuchodonosoro, vt peccata sua elemosynis redimat. Tobie. 4. Eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat. Luc. 11. Quod superest, date elemosynā, & ecce omnia munda sunt vobis. Mat. 6. Exponens Christus illud orationis, Dimitte nobis debita nostra &c. Si dimiseritis (inquit) hominibus peccata eorū, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniā dilexit multū. Hæc omnia & id genus alia per multa, quæ passim in sacris literis inueniuntur, perspicue, ac nullius coactę interpretationis cōmento docent bona opera multū ad peccatorū remissionē conferre: quibus cum aduersetur generalis negatio cōfessionis, haud immerito à theologis non est admissa. Verū quid fides faciat, quid & quatenus conferant bona opera ad iustificationē, quando non vno loco superius exposuimus, nunc ad articulū primum & vigesimum accedamus.

PHILIPPICA DECIMASEXTA

De cultu & inuocatione sanctorum.



diuorum cultū & inuocationem, frequenter ab hereticis impetitam, ecclesia nunq̄ passa est antiquari: cuius sententia sufficere debet catholicis, ad probandum & perpetuo retinendū, quod sacris literis nō improbat. Nam quod vnus est mediator Dei & hominū homo Christus Iesus, nihil aduersatur sanctorū inuocationi,

cationi, quos non colimus vt mediatores, sed vt suas p̄ces nostris adiungant, postulamus: quod id ipsum vicissim viri boni viuentes ambire solent. Cur, obsecro, non idē nobis liceat erga vita defunctos. Nam si idcirco non sunt inuocādi sancti, vt orent pro nobis, q̄ Christus pro nobis assiduē interpellat, nec viuentiū orationes essent nobis implorandæ: haud enim video quid impietatis cōtineat cœlites appellare sanctos, vt nos orationibus iuuet, quod non cōtinet, eos qui nobiscū in hoc mūdo versantur appellasse, quorū se Paulus apostolus p̄cibus cōmendabat. Ro. 15. nisi fortē quis dicat, posse quidē nos ac debere sanctorū viuentiū p̄ces implorare, quib' affectus nostros verbis aut literis possumus aperire, eos vero, qui iam vita decesserūt, minimē inuocandos esse: vt qui, lōga intercapedine distātes à nobis, & in alio mūdo positi, nos exaudire non possint: verū hoc non iam esset agere de sanctorū inuocatione, quatenus pia est, vel impia, sed quatinus utilis esset, aut inutilis: nā vt sanctos inuocare, quo nobis suis p̄cibus ad sint, surdis (quod veteri proverbio dictū est) canere sit, certe impietatis nihil potest habere: quando non aliud efflagitamus ab illis, quos, extra vicissitudinis aleā cōstitutos, numinis fauore & amicitia felicissimē frui, scimus, q̄ q̄ à quibusuis homunculis licet exorare. Cur aut negabimus beatorū animis, q̄ illorū nec naturā, nec sorti repugnat: & nō potius tribuemus, quod perperuo illis detulit vetustissima pietas atq; religio? Nā si foeliciū animorū naturę aut statui repugnaret absentiu p̄ces audire, nec Christus vllas audiret vt homo: qui tamen, licet Deus sit pariter & homo, quatenus homo est, hominum p̄ces quotidie audit, pro quibus etiā patrē assiduō interpellat. Erit fortassis, q̄ mihi respondeat, Christum nostras p̄ces & quicquid apud nos geratur intueri quidē, & audire, non tamē quatenus homo purus, cuius anima assumpta est ad fastigiū deitatis. Audio & probo, sed interim concedāt mihi necesse est, in eo qd̄ assumpsi. Nā quod dicitur Christus adesse, & audire nostras p̄ces:

p̄ces, propterea q̄ animus verbo dei cōiunctus, vniuersa nō modo p̄sentia aut p̄terita, verū & futura potest in illo cōtēplari, intelligēdū est, nō de vnione p̄sonali, quā gr̄eco vocabulo hypostaticā rheologi dicūt, sed de vnione beatifica, quę posterior est illa, quēadmodū in cūctis rebus prius est esse, q̄ operari. Porro vnione beatifica oēs animæ felices cōiunctæ sunt verbo dei, æque sicut & anima Christi, quis nō æqualiter, alioqui nō possent esse beatę. Ex qua cōiunctione quātū lucis aut cognitionis rerū quæ apud nos gerātur, accipiāt singuli spiritus siue angeli, siue humani, nō est nostrū adamussum pronuntiare, tamen dubitare nō debemus, quin illa cognoscāt q̄ illis ad gloriā & nobis ad salutē expedit nosse. Hic est enim illa Christi doctrina qua nos admonet ne contēnamus quenq̄ ex minimis, qui crediderint in illū, quādo quidē habent angelos dei incolumitatis suæ vindices & patronos, quos nō potest quicq̄ latere, quod clētibus suis venerit, quoniā angeli eorū semper vidēt faciē patris qui in celis est. Hic etiā est quod Raphael angelus dicit, se Tobię p̄ces & elemosinas obtulisse domino, Et frequēter sunt huiusmodi oblationes in Apoc. factę, nō modo per angelos, verū & per viros sanctos, qui iā Christo perpetuę felicitatis participes adstant: nā quatuor animalia & viginti quatuor seniores hoc eos qui sub vtroq; testamēto deo seruierāt, vidit Ioānes cecidisse coram agno habētes singulos citharas & phialas aureas plenas odoramentorū. quæ vt isdē Ioan. interpretatur, sunt orationes sanctorū. Et nisi sancti pro nobis orarēt, aut orātes exaudirētur, nequaquā dominus summā indignationis, quā habebat in populū Israel, his verbis explicasset: Si steterint (in Hier. 15. quit) Moyses & Samuel corā me, nō est anima mea ad populum istū. Adhæc Hieremiā ipsum, multis retro annis defunctum vita, Iudas Machabęus vidit orantē pro populo & ciuitate sancta Hierusalē. Hęc & id genus alia scripturæ loca & si inualida videātur aduersarijs (quæ tamen nullis apertioribus possunt refellere) validissima tamen visa sunt hactenus

ecclesie catholice, quæ tū perpetuo cōsensu, tum sanctorū ac sapientū doctrinis diuorū cultū & inuocationem probauit: nam diuus Hieronymus in hac olim cōtrouersia Vigilantiū hereticū vicit, prostruit, atq; prostrauit, id quod theologino stri in cōuentu Augustēsi, vt Philippus dicit, obiecerūt vestra cōfessione. Sed enim uero operæ precium est videre, q̄ modestè respōdeat ille, qui sanctos nō colendos aut inuocādos sed imitandos esse prædicat. Hic triumphant, inquit, aduersarij quasi iā sit debellatū: nec vident isti asini apud Hieronymū cōtra Vigilantiū nullā extare sillabā de inuocatione sanctorū: loquitur de honoribus sanctorū, non de inuocatione &c. Ita nimirū Philippus colit imitatione, quos nō vult colere inuocatione, nā sancti similit̄ modestiā præstiterūt erga illos, cū quibus de sacris dogmatibus cōferebant: sed nos eius cōtumelias nihil moramur: illud aut̄ quis ferat, quod vt nobis insultet, sanctū virū in sui erroris patrocinium videretur asciscere: nā cū totius controuersie cōstitutio versaretur in hoc, quod Vigilantius dicebat, sanctos non esse religione aliqua colendos, aut inuocandos, vt pro nobis orarent. Si hoc Hieronymus nō voluit improbare, proculdubio probatum reliquit, veruntamen hac de re ipsum eundem audiamus:

Obiecerat Vigilantius sanctorum inuocationi, quæ fiebat à catholicis, id quod & nobis hodie Philippus obiicit, non posse videlicet sanctos præsentī luce defunctos cultus videre, aut preces audire illorū, à quibus inuocantur. Ais (inquit Hieronymus Vigilantiō) vel in sinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel subter aram dei, animas apostolorum & martyrum confedisse, nec posse suis tumulis, & vbi voluerint, adesse præsentēs &c. Et paulò inferius: Et post hæc de baratro peccatoris tui cenosam spurcitiā euomens audes dicere: Ergo cerneris suos amant animæ martyrum, & circumuolant eos, semperq; præsentēs sunt, ne fortè si aliquis præcator aduenit, absentes audire non possint, & cæt. Hactenus Hieronymi verba declarant, qua de re disputaret aduersus Vigilantiū non

non, scilicet, de solis honoribus, vt Philippus comminiscitur sed etiam de inuocatione sanctorum, hoc est, de ea religionis parte, qua diuos inuocamus, vt pro nobis precentur, quod cum ita sit, Philippi conuicia integra illi maneāt, alias vt vti possit minus ineptè. Vos autem, viri germani, æquum est animaduertere cuius fidei viris pietatem vestram committatis. Nunc quibus verbis has obiectiones Hieronymus refellat, videamus: Tu (inquit) Deo leges pones? Tu apostolis vincula iniicies, vt vsq; ad diem iudicij teneantur custodia, nec sint cū domino suo: de quibus scriptum est: Sequuntur agnum, quocunq; vadit. Si agnus vbiq;, ergo & hi qui cum agno sunt, vbiq; esse credēdi sunt. Et cū diabolus & demones toto vagētur in orbe, & celeritate nimia vbiq; præsentēs sint martyres post effusionē sanguinis sui arca operiētur inclusi & inde exire nō poterunt? Dicis in libello tuo, quod dum viuimus, mutuo pro nobis orare possumus, postq̄ aut̄ mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio: præsertim cum martyres vltionem sui sanguinis obsecrantes, impetrare non quiuerunt. Si apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro ceteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti: quanto magis post coronas, victorias, & triumphos? Vnus homo Moyses, sexcentis millibus armorum impetrat à Deo veniam: & Stephanus imitator domini sui, & primus martyr in Christo, pro persecutorib; veniā deprecatur, & postq̄ cū Christo esse cœperint, minus valebūt? Paulus apostolus ducētas septuaginta sex sibi dicit in nauī animas cōdonatas: & postq̄ resolutus esse cœperit cū Christo, tūc ora clausurus est, & p̄ his qui in toto orbe ad suū euāgelij crediderūt, mutire nō poterit? Eat nūc Philippus & apud Hieronymū de sanctorū inuocatione vllam extare sillabam neget: nos totidem verbis illi de sanctorum precibus respondemus, quot Hieronymus respondet Vigilantiō, ex cuius dogmate cōstat Philippū etiā in eo esse falsum (id em̄ suspicari placet potius q̄ fallacem) q̄ ait ante Gregorij tempora non esse



esse solitos inuocari sanctos. Si enim hoc ita erat, qui sunt illi aduersum quos disputat Vigilantius, & inuehitur, & pro quibus Hieronymus illi obstitit, eiusdem cultus, quem Vigilantius negabat, patrocinium suscipiens? Quinimò ante Hieronymi tempore & Vigilantij eandem heresim constat fidelium pietati exhibuisse negocium, quod idipsum inferius attingit Hieronymus, dicens: Tertullianum aduersus hanc heresim olim scripsisse, qui & si alioqui ab ecclesia discesserit, vel hoc ipso habet auctoritatem, quod eius verba declarant antiquissimam ecclesiam fuisse consuetudinem inuocandi sanctos. Quamquam id etiam quod auctoritate Tertulliano deest, supplere poterit Ambrosius, qui libro primo de viduis ait: Obsecrandi sunt angeli pro nobis, qui nobis ad presidium dati sunt. Martyres obsecrandi sunt, quorum videmur nobis quodam corporis pignore patrocinium vendicare. Possunt pro peccatis orare nostris, qui proprio sanguine, si qua habuerunt peccata, lauerunt: Isti enim sunt dei martyres, nostri presules, speculatores vite actumque nostrorum. Non erubescamus eos intercessores nostre infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitatem cordis, etiam cum vincerent, cognouerunt. Quid ego unum aut alterum sanctorum patrum allego? nemo est eorum, qui sanctorum inuocationis religiosissime non meminerit. Et ut de qua antiquitus sit a patribus recepta persuasio quod sancti viri postquam fato concesserint, pro his qui peregrinantur, adhuc orant quod diuus Cyprianus scribens ad sanctum Corneliu[m], quasi patris ciscitur cum eo, ut qui prior altero decesserit vita, pro fratribus & sororibus superstitibus oret assiduo. Sed Philippus omnia haec diluta existimans & inutilia, scripturae locum exigit a nobis, quod precipiat, aut doceat inuocare sanctos, a quo nos vicissim requirimus locum, quo prohibeamur sanctorum preces implorare: nos quaedam attulimus, ipse nulla potest adducere nisi illa quae predicant Christum orare pro nobis, ex quibus Lutherana dialectica ex affirmatiuis colligens negatiuas, infert quod proposuerat: Christus orat pro nobis, ergo sancti non orant pro nobis; Christus est inuocandus, sancti ergo non sunt inuocandi.

Ambrosius.

Cyprianus.

inuocandi: Cur non eadem consequutione colligit, nec nos debere vicissim pro nobis orare, quia Christus orat pro nobis? Si nos sic aduersus illum scripturas citaremus, quemadmodum ille citat aduersus ecclesiam, in quos cachinos solueret orationem? quibus nos ornaret epithetis, quas technas, quas fraudes, quae sophismata nobis obijceret? Sic olim heretici colligebant: Spiritus sanctus procedit a patre, non ergo procedit a filio. Sed libet adhuc liberius agere cum illo, proferat ex patribus, quorum doctrinas recipit, & ad quos non semel prouocare solet, vel unicam sententiam, quae sanctorum cultum & inuocationem daret, ut vel hac ratione persuadere nobis possit, se aduersus totius ecclesiae consensum hanc disputationem non temere suscepisse. Atqui veteres, inquit, auctores ante Gregorium non fecerunt mentionem inuocationis sanctorum. Ecclesiae exemplum quod allegant constat nouum in ecclesia esse. Apage bone vir, quid ais? videne quid temere effutias, & rursus impingas ad lapidem, quo superius lapsus es in Hieronymo: nam ecclesiae mos in sanctorum inuocatione usque adeo vetus est, ut vix huiusmodi consuetudinis inueniri possit in initium: id quod verba sanctorum quos modo citavi, apertissime probant: de sanctorum enim inuocatione loquitur, non ut illam inducant (quamquam etiam ab illis instituta haud esset nouitatis nomine contemnenda) sed ut rem totius ecclesiae pietate receptam, & usu probatam, fidelibus illis, quos alloquuntur, commendent, atque suadeant, & ab hereticorum insolentia defendant. Et tamen Philippum (quod eius pace dixerim) non pudeat de re usque adeo graui, in qua totius populi christiani pietas vocatur crimen, tam oscitanter agere, ut quicquid primum in buccam venerit, effundat? Siccine credis imponere te posse totis viris, cum dignitatis amplitudine conspicuis, tum sapientiae splendore praecedentibus? At imposuerat tibi prius species ipsa rei, de qua diserebas, quae cum scripturis improbetur, & a vere pietatis ratione appareat aliena, non potuisti animum inducere ut crederes a maioribus nostris obseruari solitam: Scripturarum testimonia quod nulla habeas, & ea quae profers, quanti sint

pōderis, ad refragādū sanctorū inuocationi, iā exposuimus. Superest vt ceteras collectiōes expēdamus. Primū largitur angelos orare pro nobis, propter illud quod Zach. 1. legitur: angelū scilicet orasse pro Hierusalē: sed quid si nō largiretur Philippus, nunquid nō sufficeret nobis oraculū propheta? Dialecticis largiri aut donari est, id fateri, quod negare posses, quasi in his quæ iuris tui sunt, alteri cedas: quid hic habet Philippus, quod nobis largiri possit? Neq; quod mox etiā cōcedit, fatebimur ab illo nobis esse donatū, quandoquidē & illud facile erit exigere ab inuito. De sanctis, inquit, & si cōcedimus, q̄ sicut viui orant pro ecclesia vniuersa in genere, ita in celis orēt pro ecclesia in genere, tametsi nullū de mortuis orātib; testimoniū extet in scripturis &c. Hic videri posset aliquid nobis largiri, si verū esset, q̄ nullū de mortuis orātib; testimoniū extet in scripturis, ceterū cū extēt nōnulla, quid est quod in hac cōcessione illi debeamus acceptū referre? Quānā isthęc; in primis quod scriptū est Hie. 15. Dixit dominus ad me, si steterint Moyses & Samuel corā me, nō est anima mea ad populū istū. Cū Moyses & Samuel iam dudū ætates nō paucas fato cōcessissent, quid aliud dominus hac asseueratione significat q̄ placari se frequēter orationibus sanctorū, qui vita decesserant, tunc verò decreuisse, nullius viri quantūlibet sancti precibus cedere? Iā quod legitur. 2. Mac. cap. 15. q̄ viderit Iudas Hieremiam prophetā orantē pro populo & ciuitate sancta Hierusalem, Philippo somniū esse videtur, mihi verò quid de Philippi iudicio videatur, non est animus pronunciare, agnosco tamē veterū dogmatistarum præsidū, quo cōfugere cōsueuerūt, quoties in angustū disputationis mediū tenerētur. Ceterū ex quatuor libris, qui Machabæorū historias cōtinent, duos esse receptos ab ecclesia & pro canonicos habitos, testantur tū decreta pontificū, tum vetustissima patrū cōcilia, quorū nō meminisse videtur Hieronymus, cū ad Chromatiū & Heliodorū scribēs dicit, hos libros ab ecclesia legi, sed inter canonicas scripturas nō recipi;

ADVERSVS LVTH. DOGMATA 213
pi: haud itaq; nobis opus est dono Philippi, vt pro vero statuatur sanctos orare pro nobis, quinimo id quod addidit, in genere, merito nobis debet esse suspectum, quando nō modo in genere, verū & in specie pro certis causis, regionibus, atq; personis nos vicissim sanctorū apostolorū exemplis & doctrina precamur, & eodē modo sanctos & angelos & homines in celis orare credimus, nā apud Zachariā angelus tantum pro ciuitate Hierusalem orabat: & Tobia preces & elemosinæ offerrebātur ab angelo, & varia sunt exempla, quibus pro priuatis, seu causis, siue personis orādum esse docemur. Nunc his de Philippi cōcessione suppositis argumētationis vim expēdamus. Porro, inquit, vt maximē pro ecclesia orēt sancti, tamē nō sequitur q̄ sint inuocādi. Qui sic? Quia cum neq; præceptū, neq; promissio, neq; exemplum ex scripturis de inuocandis sanctis afferri possit, sequitur cōscientiā nihil posse certi de illa inuocatione habere. Et cū oratio debeat ex fide fieri, quomodo scimus, quod deus approbet illam inuocationē? Vnde scimus sine testimonio scripture, quod sancti intelligant singulorū preces? Hactenus argutē quidē & subtiliter: sed superest, vt faceret nos etiā irrideat. Quidā, inquit, plane tribuunt diuinitatē sanctorum, videlicet, q̄ tacitas cogitationes mentium in nobis cernāt. Disputant de matutina & vespertina cognitione, fortassis quia dubitant, vtrū mane an vespere audiāt &c. Videtis viri (ne quid inuidiosius attin gam) prudentissimi, quibus technis vobis insidientur vestri doctores, quibus fucis veritatē, quæ nuda est inquirenda, illi niant. Interrogāt, adsingunt, sublannāt, & in oēs sese formas atq; figuras inuoluunt, vt videātur euicisse, cum nihil minus efficiāt. Sed quid ad nos? Errāt illi, fortassis nō maliciose, sed quia ita illis videtur, & arbitrantur obsequium se præstare deo, si quibus potuerint modis & artibus, receptę in populo Christiano doctrinæ aduersentur, nos veritatē pro nostra virili parte tutemur. Primum, vt eisdē gradibus, quibus ille descēdit, nos ascēdamus, quod nobis exprobrat disputationē

de notitia matutina & vespertina in Augustini cōtumeliā potius q̄ nostrā cōmemoratur qui quarto libro super genesim ad literā, & lib. II. de ciuit. dei de hac duplici notitia disertissime tractat. Cognitionē rerū in verbo, quā habent sancti, appellat matutinā, nos illā superius attigimus, earundē rerum cognitionē in proprio genere vespertinā appellat. Augustinus ergo vocandus erit in ius, si quid impietatis habet huiusmodi doctrina: nos eius viri autoritate cōtenti sumus. q̄ diu grauior illi nō opponitur, à quo scim⁹ nihil doceri, quod nō vel ex diuinis literis vel ex arcanis naturæ penneralibus, quā solertissime est indagatus, produxerit in lucem. Porro in eo quod premittit Philippus, nos tribuere sanctis diuinitatem, quod tacitas mentiū cogitationes in nobis cernāt, more suo colligit, hoc est illegitime: nō enim sequitur: si vir sanctus cognoscat hominis alicuius cogitationes, quod statim sit Deus aut diuinitatem habeat: Cognouit enim Daniel cogitationes Nebuchodonosori regis, nec tamen habuit deitatem, & oēs ferme propheta nō modò cogitationes, verū & abditissima quęq; cognoscebant interdū, vt quibus proprias etiā cogitationes dominus reuelabat, & tamē nō erāt dii, nisi eo modo quo ij ad quos factus est sermo dei, dii quodam modo dici meruerunt. Deniq; in argumētatione ita exigit à nobis scripturæ locū, quo probentur sancti intelligere nostras preces, quasi quod nō intelligant, ipse vllis aut rationibus, aut testimonijs mōstrauerit, esse perspicuū. Cū interim nō desint viri sapiētes, quibus videatur, nullo miraculo opus esse ad hoc vt animę corporibus exuta, presertim felices, viuentiū cogitationes intelligant: nā quid (inquiunt) obstabit? localis intercapedo: atqui ea q̄ loco nō circumscribūtur, nulli rei possunt esse propinqua, atq; adeo nec distantia quidē, idcirco in alio mundo, ceu loco eminentiori, cōstituta, vniuersa quę geruntur apud nos ex æquo p̄spiciunt. Obstabit fortassis secessus interiorū sensuū, qui sunt quasi remotiores animæ officinę. Sed hi haud minus cedunt animis iā felicibus, q̄ corporibus glori-

glorificatis vniuersa corpora sunt cesura. Cur em̄ obsit animę corpus, quominus suas vires exercent? quinimo cur spiritus felix in ceteros spirit⁹ nō habeat eandē vim, quā corpora felicia in cetera corpora credūtur habere? Cōferat nūc Philippus lutheranā philosophiā cū his philosophis, nec indoctis, nec ineptis: aut si mauult, ad scripturas cōfugere, p̄bet p̄ eas p̄spiritus beati p̄ces nō videāt, nā q̄ videre nō possint nulla ratiocinatione p̄babit, nec validiora poterit argumēta p̄ducere, ad improbandū, quod hi nō inualidis certē cōfirmant: Quāq; ad hoc vt intelligant oēs nostras preces, non est illis opus videre cogitationes, quādoquidē non sola cogitatione precamur. Postremò cū fidē exigit, quæ est illi velut pantopia, nō videt sufficere nobis, dū ceteros rogamus, vt pro nobis orāt, cōmunē fidē quā habem⁹ de Christo, quod quoties per nos ipsos vel per alios oramus, quicquid petierimus si nobis accipere expedierit, p̄culdubio fiet, sin minus, aliud saluti nostræ & Christi gloriæ magis expediens, pro illo redetur: hoc tū Christi promissiones, tū sanctorū patrū exempla docent aperte: nā Dauid pro tēpli cōstructione, quā piē quidē optauerat, ac religiose accepit, vt filius, quē maxime sibi cupiebat in regnū succedere, quicq; aptior futurus erat illi functioni, tēplū ædificaret, Paulus pro stimulo carnis, quem deprecabatur, accepit vim, qua posset angelū Satana superare. Christus deniq; pro calice, quē à se transferri prolixius orauit, obtinuit, vt prætereuntis & quasi momentaneæ mortis cōmertio suos posset, hoc est electos, aternæ vitæ munere donare. Quā ergo fidē exigit in oratiōe Philippus? Qua credamus, ac certò statuamus, nos quicquid petierim⁹ adsequuturos? Hanc qui possunt habere, qui diuersum & in se & in alijs sunt experti? id quod exēplis modò descriptis apparet: An qua credamus, aut fidamus illi, quē obsecramus, vt pro nobis oret? Neq; hanc possunt habere, qui viuentiū preces efflagitāt: Omnis enim homo mendax, vnde fieri potest, vt p̄ nobis nō oret is qui p̄misit, & vt oret, fieri etiā possit, vt non exaudiatur: sed exigit fortassis fidē, qua credamus, non



improbari à Deo huiusmodi pretes, sicut enim querit à nobis: cū oratio debeat ex fide fieri, quomodo scimus, q̄ Deus approbet illam inuocationē. Nunc ut argumētationē redargutione semel exhauriam. Ego vicissim ab illo quero, cur dubitet placere deo, si sanctis deferamus honorē, quē peccatorib⁹ deferri nunq̄ prohibuit: si enim orare ut pro nobis orēt, honorare est, hunc honorē ut sibi vicissim exhibeant peccatoribus præcipit Iacobus: Hunc honorē detulit Romanis Paulus, Ro. 15. Deniq; si indigni sunt sancti, ut pro nobis orent, quomodo peccatores digni sumus, ut pro nobis inuicē oremus? Si aut̄ pro alijs orare, res est indigna, ut à sanctis petatur, quomodo Christus orat pro nobis? Sed vnus est (inquit Philippus) mediator dei & hominum homo Christus Iesus 1. Tim. 2. cap. idcirco non licet nobis plures opponere mediatores. Quid ais bone vir, nunquid oēs illi sunt tibi mediatores, qui pro nobis orant? ergo ego sum mediator tuus, pro quo nō semel (testis est mihi Christus) orauit, ut pietatis specimē quod hætenus dedisti, perficiatur: quod verò in te ad ecclesiæ sanctæ trutinam expensum, inuentum est minus habēs, reficiatur ab eo, qui calamū cassatū nō cōfringit, & linū fumigās nō extinguit: nec ego tantū, verū & vniuersi quantumlibet peccatores mediatores esse poterimus, quibus præcipitur orare ut saluemur. Iac. 5. Absit, ut tā vulgare existimationē habeamus de mediato re, cuius ratio sita est, non in eo quod pro cæteris potest orare, sed in eo quod cæterorū omniū preces & opera in illo tantū & per illū placent, ei qui dixit: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacuit & idcirco mediator est, hoc est vniuersis factus mediū salutis æternæ, ut pote de cuius plenitudine nos oēs accepimus, in illo em̄ habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter & ideo noui testamenti mediator est, ut morte intercedēte in redemptionē earū præuaricationū, quæ erāt sub priori testamēto, repromissionē accipiāt, qui vocati sunt æternæ hereditatis &c. Heb. 9. Vides hic Christum idcirco mediatorē esse

Dan. 5.

Isa. 42.

Ioan. 1.

esse pro nobis factū, ut sit via ad promissionū cōsequutionē soluēs, ut alibi dicitur, inimicitias in carne sua, legē mandato rū decretis euacuans, ut duos cōdat in semetipso, in vno no uo homine faciēs pacē, ut recōciliet ambos in vno corpore deo per crucē, interficiens inimicitias in semetipso, & euāgelizans pacē his qui longe erāt: & pacē his qui prop̄, quoniā per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrē Ephe. 2. Hunc mediatorē vniuersalis agnoscit ecclesia: cui soli acceptū fert, quicquid gratiæ aut gloriæ hætenus collatū est, aut cōfertur hominibus: reliquos verò quantumlibet sanctos colit, nō ut mediatores. Sed ut huius mediatoris ministras, quinimò ut mēbra, per quæ multoties nobis sua dona largitur, quæadmodum vir pius solet indigenti denariū manu porrigere, lingua cōsiliū, & ceteris sui corporis membris imbecilliū necessitati frequēter adesse: Itaq; cū sanctorū merita (quod nobis Philippus obiicit pro religione) orādo citamus & interponimus, nō ex sanctis facimus mediatores, sed Christū in mēbris suis agnoscimus, cui innixi, illi deo placuerāt, id quod luce clarius apparet ex ordine, quē in solēnib⁹ precibus seruat ecclesia: nā præter hoc quod cū sanctos ipsos alloquimur in letanijs, nihil ab illis perimus, nisi ut orēt pro nobis, quoties illorū merita patrē deprecātes proponimus, semper ut per Christū Iesum omnia illa nobis cōtingāt, peroramus: nimirū apertē cōfitētes, neminē sanctorū esse idoneū ad placēdū Deo, nedū ad nobis placandū, nisi Christus, in quo cetera sanctorū multitudo patri cōplacuit. Gratificauit enim nos in dilecto filio suo, in quo habem⁹ redemptionē &c. Ephe. 1. Vides nos vbiq; vnū p̄teriri mediatorē, sine quo neq; nos neq; sancti ipsi, quorū meritis vtimur, ut à Christo profectis, placere Deo poteramus: Vides nos vbiq; per illū interpellare patrē, vbiq; ad illum vnū, velut ad sacrā ancorā (quod aiunt) cōfugere, cuius merita fatemur esse, nō rārum quē in proprio ac naturali corpore gessit, sed & illa q̄ in místico quotidie operatur. Supplebat enim Paulus, quæ desunt

Gg ij

palsio-



passionū Christi in carne sua pro corpore eius quod est ecclesia: hoc est, patiebatur Christus in Paulo, quę iā in seipso pati nō poterat: quod fortassis significauit vulnus illud Christi corpori iā emortuo inflitū: Corpus nanq; Christi mortuū est ecclesia, cui dicitur: Mortui estis & vita uestra abscondita est cū Christo in deo, quid aliud à nobis requiris? Testimoniū (inquis) ex quo certo sciamus, qđ deus velit misereri, & exaudire inuocationes, p̄ hūc vel illū, p̄piciatorē, nā talis extat de Christo, p̄missio, de sanctis nulla extat talis, p̄missio. Nobis nō sunt opus alia testimonia, p̄ter ea q̄ de Christo mediatore & p̄piciatore tradūtur, cū fateamur oīa per Christū nobis à patre donari. Quod verò sanctorū p̄ces & merita, vt Christi mēbroꝝ, interponim⁹, nō cogit noua testimonia proferre, cū nihil aliud nisi Christū in illis agnoscamus, quin potius oporteret Philippū, qui ecclesię cōsuetudini & religioni temere reclamaret, ex scripturis p̄bare esse impiū, qđ nos ex eisdē p̄ductū & expositū, nihil impietatis cōtinere, p̄bauim⁹. cū enim vniuersalis ecclesia ab origine mundi eundē semper habuerit mediatorē, haud magis fidei nostre obest sanctorū inuocatio, quā israelitico populo, quod Gen. 48. orabat Iacob vt inuocaret super eos nomē eius, & nomina patrum suoz; Abraā Isaac: quanq̄ nos nullius sancti nomē inuocamus, nec in vllius nomine petimus: tantum illos, qui deo placuerunt oramus vt nobis eundē suis precibus placēt, idq; tā prophetis q̄ apostolicis doctrinis & exēplis. Cur enim tres amici Iob admonent, vt illum cum septē tauris & totidē arietibus adirēt, & pro eis sacrificium offerret, nisi quia ille aptior erat ad placādum holocaustis, cuius pietas magis placuerat? aut quid seueritatis habēt illa verba Hie. 15. Si steterint Moyses & Samuel corā me, nō est anima mea ad populum istum. Si non cōsueuit placari Deus, illoz; p̄cipuē precibus, quoz; opera illi maximē placuerunt: in Christo tamē, cuius mēbra sunt oēs sancti, electi in ipso (vt ait apostolus) ante mūdi cōstitutionē, vt essent sancti & immaculati in cōspectu Dei in

charitate

charitate. Eph. 1. Tātum igitur habētes impositā nubē testiū, quarto quoq; verbo prouocamur à Philippo, vt testimoniū ex scripturis proferamus de sanctorū inuocatione: cum ipse nullum hactenus adduxerit ad probādum, qđ sancti nō sint inuocādi, tārum entimematibus cōsuetis ex affirmatiuis colligit negatiuas, & accumulatur exēpla, quibus ecclesię proceres reddat odiosos, nā vulgi superstitionē nō dignatur attingere. Quenā exēpla? Quod ex sanctis facimus mediatores: qđ sanctorū merita pro alijs applicem⁹: qđ Christi gloriā in sanctos trāseramus: qđ fingam⁹ Christū duriorē esse sanctis, & ideo magis cōfidamus misericordię sanctorū, q̄ misericordię Christi: deniq; qđ Christū fugiētes, cōfugiamus ad sanctos: Quis hęc nō exhorreat? quis nō execretur? Sed qđ vera sint, ex proxime dictis apparet: Simile est quod inferius obiicit, fortassis, inquit, ex aulis regū sumūt hunc ordinē, vbi amicis intercessoribus vtentū est: At si rex cōstituerit certū intercessorē nō vellet ad se causas per alios deferri: Ita cū Christus sit cōstitutus intercessor & pontifex, cur quęrimus alios? Palsim vsurpatur hęc forma absolutionis. Palsio domini nostri Iesu Christi, merita beatissimę virginis Marię, & oīm sanctorū sint tibi in remissionē peccatorū, Hic pronūciatur absolutio, qđ nō solū meritis Christi, sed meritis aliorū sanctorū reconciliemur, & iusti reputemur, &c. Quarit à nobis Philippus cū Christus sit cōstitutus intercessor & pontifex, cur quęrimus alios? à quo vicissim ego quęro: Si ita Christus cōstitutus est intercessor, vt alij oēs superfluant, & sint prorsus inutilis, cur Paulus fidelium romanorū quęrebat intercessionē cur Iacobus docet vt vicissim oēs pro nobis intercedamus? cur angelus pro ciuitate Hierusalē intercedebat? an aliud est orare pro alio, q̄ pro illo intercedere? Si rex ita cōstituit certū intercessorē, vt nō velit ad se causas per alios deferri, quomodo Raphael Tobię p̄ces & elemosinas detulit ante deū? Et si angeli fidelium causas nō agūt apud deū, quorsum spectāt verba illa Christi: Videte ne cōtemnatis vnū ex his pusillis,

Gg iij

quis

qui in me credunt, quia angeli eorū semp vidēt faciē patris. Respōdeat Philippus suis proprijs obiectionibus, si nō vult negare scripturas, & quicquid pro illis respōderit, pro nobis intelliget esse respōsum: Acrius tamē vrgeret exēplū, quod affert de absolutione, si ita se res haberet, vt ille narrat: nā sacramētoꝝ susceptio specialis quēdā est fidei professio, qua soli Christo fidendū est, vt sacramēta sint efficacia, imō vt impia nō sint: sed quis nescit absolutionis formā nihil aliud necessario exigere, q̄ simplicē enunciationem, qua significetur peccator absolui, cuiusmodi est hęc: Ego te absoluo: cui sunt qui prēmittāt, Dominus Iesus Christus te absoluat, alij: Dominus Iesus Christus, qui plenā habet potestātē absoluendi, te absoluat, & ego autoritate ipsius &c. te absoluo: verū hęc & alia ad ornatū verborū, aut excitandā deuotionē, eius qui absoluendus est, pertinet: & nō ad necessitatē sacramēti. Ceterū verba quę producit Philippus, vt nos insimulet impietatis, haud absolutionis partes sunt, sed precū, quas non vlli adiungūt absolutioni, in quibus precibus quod nihil habeat periculi sanctorū allegare merita, & illorū implorare preces, hactenus exposuimus vtcunq; an sufficientes, iudiciū sit pennes pios & integros lectores, modō catholicę veritatis, quā vniuersalis ecclesia vsu simul & doctrina retinet, integritas maneat semper incorrupta. ¶ Nam q̄ varijs diuis varię tribuātur procuraciones, velut sortiones prouinciarū, &c. quæ vltimo & maximo huius articuli paragrapho Philippus enumerat, nō de sapiētīū errore, quod nobis opprobrat. Sed de vulgi simplicitate, & quorundā verbo dei abutentiū ad quęstū, procedūt iniquitate, quę omnia & si pōtificū ac sacerdotum socordia in interdū & collusionē hactenus creuerint, nunc Christi Iesu fauore primū, deinde verbi dei sarculo in dies quę impia sunt aut vana succidūtur, quę verō pręter impietate retineri possunt, aut purgātur, aut excolūtur, aut dirigantur: idq; citra tumultus & schismata, quę sunt maximē vitanda inter fideles, q̄ diu salua pietate vitari possunt: quibus vitandis

ADVERSVS LVTH. DOGMATA 221
tandis atq; sedandis nos vtcunq; prō nostra virili parte laboramus: q̄ si nobis plantantibus atq; rigantibus nondū visum est arcanę dei sapientię, vt pacis incrementū succedat, bona tamen spes est fore, vt affectus Christo probetur, cui sit honor & gloria in secula seculorum.

PHILIPPICA DECIMASEPTIMA

De communione Eucharistię sub vtraq; specie.



Communio sub vtraq; specie, de qua Philippus oppidō q̄ insolenter differit, bifariā potest à laicis vsurpari, aut quia Christū nō esse sub alterutra credūt: aut quia nō existimāt satis fieri christi p̄cepta, nisi sub vtraq; specie cōmunicent: borū prius nemo hactenus credidit, pręter eos qui vsque adeo insaniunt, vt negent realē Christi pręsentīā in sacramento, quorum hęc sim pręsentī opere nō artingimus: tātū cū illis agimus, qui de sacramento Eucharistię catholice credunt, sed nō perinde (tamen si religionis causam suę temeritati prętexunt) religiose & pacifice vrūtur. Quo igitur nomine appellē nouū hunc ritū, quē priuato cōsilio aduersus vniuersalē ecclesiā inuexistis? Creditis nobis cū Christū nō diuidi specierū varietate, vt in altera solus sit sanguis, in altera sola sit caro, alioqui in neutra esset Christus, nec in vtraq; quidē, cū neq; caro sine sanguine viueret, neq; sanguis esset viuus extra carnem: Cū ergo nō estis vnus speciei cōmunionē cōtenti, quia creditis necessariū esse vnicuiq; fideiū ad æternę vitę cōsequutionē, vt sub vtraq; specie cōmunicet, sic enim habet vestra cōfessio: Laicis datur vtraq; species sacramenti in cœna domini, quia hic mos habet mandatū domini. Mat. 26. Bibite ex hoc oēs: vbi manifeste pręcipit Christus de poculo, vt oēs bibāt &c. Falsa igitur est hactenus ecclesia, quę tā multis seculis hunc morem intermisit, nō enim cōstat, vt vos ipsi in cōfessōe vestra fatemini, quādo aut quo autore mutatus sit, mos geminę cōmunionis

munionis, quod proculdubio facile cōstaret, si nō esset iā ve-
tustissima ista mutatio. Quōd si admiserimus ecclesiā tot se-
culis errasse, videtis q̄ multa infidelis aduersum nos collige-
rēt absurda: nā vt cetera pr̄termittā, quonā autore errauit:
illo nimirū, qui pollicitus est ei, se affuturū vsq; ad seculi fi-
nē: quiq; spiritū sanctū illi promisit, à quo doceretur omnē
veritatē. Quomodo verò hāc docuit, circa quā (cum tamē à
vobis necessaria ad salutis aeternae consequutionē asseratur)
vniuersa ecclesia tot seculis errauit? Hanc obiectionē diluit
Philippus huiusmodi verbis: Nos (inquit) ecclesiā excusa-
mus, quae hanc iniuriā pertulit, cū vtraq; pars ei cōtingere nō
posset, sed autores qui defendunt, recte prohiberi vsum inte-
gri sacramēti, quique nūc nō solū prohibent, sed etiā vtētes
integro sacramēto excōmunicāt, & vi persequūtur, nō excu-
samus: ipsi viderint, quomodo deo rationem suorū cōsiliorū
reddituri sint. Nec statim iudicādum est ecclesiā cōstituerē,
aut probare quicquid pōtiffices cōstituunt, pr̄sertim cū scri-
ptura de episcopis & pastoribus vaticinetur in hāc sententiā
vt Ezechiel ait: Peribit lex à sacerdote. Philippus his ver-
bis ita causam ecclesiae agit, vt in ius trahat plures, nō modò
pontifices & episcopos, verū & viros nō minus pietatis ob-
seruatione, q̄ sapientie fulgore cōspicuos, quorū tēpore con-
stat intermissum fuisse morē cōmunicādi sub vtraq; specie:
est enim vsq; adeò vetustus vnus speciei vsus in cōmuniōe
vt eius initium nec aduersarij quidē inuenire potuerint. Est
apud Eusebiū Cēsariensem lib. 6. Ecclesiasticę historię cap. 55.
epistola Dionisiū vetustioris aliquanto episcopi viri pietate
iuxtā atq; eruditione insignis qua nihil obscure significatur
Eucharistię sacramentū vnica specie iā tunc solitū tradi saltē
infirmis: eius verba vt interpretata sunt à Rufino trāscitibā.
Dionisius verò ad hoc scribēdo ad suprādictū Fabianū inte-
xit etiā quandā historiā dignā memoria dicēs: Serapionem
quendā fuisse apud Alexādrīā vnū ex his qui lapsi sunt: eo-
demq; sepe deprecātū vt susciperetur nec tamē impetrasse.

Oppressum

Oppressum deinde hunc esse egretudine, ita vt triduo iā sine
voce prorlus iaceret. Paululū verò quarta die respirātē, vo-
casse ad se filiā suā, & dixisse: Quousq; me detinetis? Quo-
eso vos, cito aliquis presbyterum roget, vt possim aliquādo di-
mitti. & cum hoc dixisset, rursus sine voce permānit. Abijt
cursu puer ad bresbyterū noctis tēpore, infirmabatur pres-
byter, venire nō potuit: Tamē quia pr̄ceptū fuerat à me, vt
lapis in exitu nemo cōsolationis solatia denegaret, & maxi-
me his quos prius id rogasse cōstaret, parum Eucharistię pu-
ero dedit qui ad se venerat: Quod infusum iussit seni pr̄be-
ri, Regrediente adhuc puero, anteq̄ ingrederetur domū, rur-
sus Serapiō respiciēs, redisti, inquit, fili: & licet presbyter ve-
nire nō potuit, tu tamē imple quod tibi pr̄ceptū est, vt pos-
sim discedere. Cumq; esset cōpleta solēnitās, velut cathenis
quibusdā vinculisq; disruptis: letiorē iā spiritū reddidit, &c.
Hęc Eusebius. Vnde quod sacramentū cōmissum est puero,
q̄ parū Eucharistię datū, q̄ infundi iussum, vino scilicet aut
aqua, quo sumi posset ab ægroto, qui moribundus & æstuās
glutire nequibat, omnia hęc declarāt in sola specie panis acci-
disse. Nā si moris esset speciē vini dari, nō fuisset opus infusi-
onis tā disertē meminisse. Sed vsa fuerit aliquādo ecclesia v-
traq; specie. At eadē generali synodo mutauit hāc cōsuetudi-
nē: quinimò iam dudū ætates iustissimis causis mutatā eisdē
restitui vetauit, nec autoritatē quā Philippus detrahare pon-
tificibus verbis p̄phetę conatur, vniuersalis synodi decretis
negare poterit, tamen nihil sit tā firmū & euidēs, quod non
possit apud ignaros eleuari: Vnde & aduersus hac & id ge-
nus alia argumēta obiicitur Christi pr̄ceptū, quod nullis ho-
minū consuetudinibus aut decretis possit labefactari: Bibite
inquit, Christus ex hoc oēs. Nos Christi pr̄cepta labefacta
re nō conamur, sed intelligere: nec animū inducere possum⁹
ecclesiā vllō tēpore Christi pr̄ceptū deseruisse, nedū aduer-
sus illud quicq; publicè decreuisse: Cū enim generalis cōciliij
decreta p̄duxerim, nō me existimo humanā cōsuetudinem

Hh

aut.



aut humanas allegasse leges, sed diuinas: quandoquidē eo loco habēda sunt omnia quę generali synodo sanciūtur, maximē si totius ecclesię catholicę cōsensus accesserit, nō suffragiorū (quod fieri nequit) collatione declaratus, sed vniuersorū, qui alias nunq̄ discesserāt ab ecclesia, obedientia & approbatione processus: Consideremus tamē, si placet, qui sint illi, quibus præcipitur, vt bibāt. Nēpe apostoli Christi duodecim cū quibus discūbebat vt narrat Mat. quibus succedunt episcopi & presbiteri: ita vt si ad hoīes illos verba Christi referas, nullos possint alios obligare, si verò ad ordinē & personas quas gerebāt solos obligēt sacerdotes: alioqui cū æquē generaliter dictū sit: Hoc facite in meā cōmemorationē, omnibus Christianis esset præceptū vt cōsecrarēt: aut si hæc verba nō præcipientis sunt, vt illa. Sed potestatem tradētis omnibus esset collata cōsecrādi potestas: id quod & si Lutherus olim docuerit, à nullis est lutheranis hucusq; receptū: Soli enim sacerdotes cōsecrant, & nihil ab ecclesię consuetudine & doctrinē in hoc differt vestra cōfessio. Quicquid igitur præscriptionis & præcepti habēt illa verba, nō ad oēs Christianos, sicut nec posteriora hæc, referendū est, sed ad sacerdotes, qui vtriusq; cęsurę pondus sustinere debent: Est tamē aliquid in prioribus nēpi illis: Bibite ex hoc oēs, quo potuerunt simplices Christiani aliquādo vti, sanguinis scilicet potio, quod non est in posterioribus: quippe quod cū solā significēt hierarchicę potestatis collationē, nihil sit in eis quod simplicibus christianis possit cōcedi. Et quanq̄ Philippus obli^o autoritatē quā vna vobiscū Germani, se deferre synodis vniuersalibus superius est professus, nō existimet ab ecclesia fieri quod pōtiffices cōstituerūt. Augustinus tamē ecclesiā fecisse iudicat, quicquid pōtiffices & episcopi, cęteris Christianis nō refragātibus faciūt: Et hinc assumit potissimū mediū argumētationis aduersus Donatistas: Cū igitur tot secula pontiffices & cęteri sacerdotes sanguinē Christi non ministrauerint laicis, nisi quatinus ad corporis cōmunionē sequit sanguinis participatio et cō-

muni fideiū nō refragantiū cōsensu ista cōmunio sit probata, tanq̄ quę sufficeret ad æternā salutē, nemini dubiū esse debet, quin profit, & sufficiat: nec opus sit laicis cōmunionē potuli, ne cogamur alioqui dicere, tā multos annos ecclesiā caruisse re, quæ necessaria illi erat ad salutē animarū. Imò nullā cogereur credere toto illo tempore ecclesiā fuisse, si nemo erat in illa qui hęc veritatē auderet publicē, p̄fiteri, & pro ea si opus esset mori: quanq̄ quē per deū vererētur, aut quē timerēt? Principes? Horū nihil intererat, nec ad illos attinebat huius causę cognitio: Romanū pōtifficē? Atqui ecclesię nunq̄ defuerūt aliquot viri boni, quorū tāta esset pietas & fidei virtus, vt vtriusq; principibus etiā inuitis, quin & mortē intētantibus, veritatē, quæ scitu necessaria videretur ecclesiæ, nunq̄ fuerint tacituri. Seruauerat sibi dominus in Israelis plebecula flagicijs & infidelitate corrupta septē millia viroꝝ. Et christiana respublica per vniuersum pene orbē diffusa nullū torseculis habuit, qui staret à veritate, qui clamaret, & profiteretur, quod tātopere necessariū erat ei & cęteris vniuersis fidelibus? Ego quidē nequeo hætenus intelligere, quid cōducatur, aut quid emolumētī afferat pontifficibus & cęteris sacerdotibus hæc cōsuetudo, vt si in rē christianorū esset vtriusq; speciei cōmunio, nō illā p̄petuò retinerēt. Haud enim auget subtracta cęsus ecclesiarū: neq; quia lex est prohibitiua, disp̄sationibus aut cōpositionibus dicit Romanos, tantū prospicit fideiū pietati, ne circumducto calice & promiscuę multitudini virorū, fœminarū, adolescētīū, senū, sapientiū, insipiētīū, ægrotantiū, & valentiū, decūbentiū, & ingredientiū propinato, sinistrū aliquid accideret, eorū quibus tener ac fluidus liquor est obnoxius. Qua in re nō cōferimus Christi præceptū cū humanis traditionibus, nec humanā prouidentia diuino mādato præferri cōtēdimus: sed hoc agimus, vt intelligantur Christi verba per Philippū aduersus nos producta: quorū optima interpret est cōsuetudo christianorū, nō quæcunq; sed cū sanctissimorū viroꝝ, tum catholicę synodi do-



strina confirmata, & omnium fidelium roborata consensu. Non satis assequi possum quid sibi velit Philippus, cum dicit nostros theologos non hoc egisse Auguste, ut excusaret ecclesiam, cui adempta est, inquit, altera pars sacramenti: Et addit: Id decuit bonos & religiosos viros. Erat quæreda firma ratio excusandæ ecclesiæ, & docendarum conscientiarum, quibus non potest contingere, nisi pars sacramenti: Nunc ipsi defendunt recte prohiberi alteram partem, & verentur concedere usum utriusque; &c. Quid ego audio? An non excusat ecclesiam à sumptione alterius partis, qui defendit recte fidelibus prohiberi laicis? An aliter defendenda est, quam docendo, adstruendo, confutando? Scimus oes quomodo sit actum de hisce rebus Auguste: non armis, sed verbis, non exercitiis, sed literis, non turbulento vulgi preiudicio, sed tranquillo sapientium congressu: ubi defendisse atque probasse, recte prohiberi laicis alteram speciem communionis, quid aliud est, quam ecclesiam excusasse? si modo excusatione opus est ecclesiæ, quæ nihil excusandum statuere potest aut docere? Excuset ecclesiam Lutherus, qui illam toties accusat, qui à tempore Niceni consilii ecclesiam à veritate lapsam ausus est blasphemare, nos sola ecclesiæ consuetudine & approbatione uniuersa, quæ nobis crimini dantur ab hæreticis, excusamus: quia sanctam & catholicam ecclesiam agnoscimus, & in symbolo profitemur: quod neutiquam esset, si quicquam accusandum admitteret. Erramus singuli fortassis catholici, oes tamen errare non possumus: nam qualis fuisset ecclesia, in qua tot seculis nemo fuerit, qui pro re adeo necessaria nepe pro Christi precepto (si Philippo credimus) publice deserto reclamaret, usque ad Husem & Vitclefus nos uellos hæreticos Lutheri duces? Non vult recipere Philippus locos, quos nostri ex scripturis produxerunt, ostendentes apostolorum tempore usum fuisse fideles altera parte sacramenti, idque significari, quoties de fractione panis calice præmissio fit mentio. Fortassis hic est tam superstitione dialecticus, ut non admittat negatiuam collectionem ex affirmatiuis propositionibus qua tamen nihil frequentius (quod superius non vno loco monstrauimus)

strauimus) solet uti. Nos ut non oes huiusmodi collectiones probamus, ita non oes reijcimus in disputatione, loquor theologica, in qua summo iure agere, est interdum iniuria sacras literas afficere: Vbi præmissum fuerit aliquid, quo maxime opus erat his quæ dicuntur, quodque maxime coherebat cum eis, videtur scriptura negare, quod non asseuerat: atque adeo tunc temporis non prorsus inepte ex affirmatione vnius & alterius præmissione colligitur eius quod præmissum est, quodque nusquam est aliàs in eisdem literis affirmatum, negatio. Ceterum causam cur Philippo non probetur huiusmodi collectio, audiamus: Quamquam autem, inquit, non valde repugnamus quominus aliqui (loci scilicet adducti) de sacramento accipiantur, tamen hoc non sequitur vnam partem tantum datam esse: quia partis appellatione reliquum significatur communi consuetudine sermonis. Pulchra, me Christo, responsio, per quam sequitur non potuisse fideles corpus Christi sumere sine sanguine, non tamen sequitur, non potuisse panis suscipere speciem, sine specie vini: quandoquidem regulariter vnius partis intelligentia, tunc in alterius expressione concluditur, quando neutra potest esse sine altera, aut illud efficere quod totius narrationis summa complectitur. Ita animæ appellatio corporis, interdum etiam totius hominis significationem in sacris literis habet, & multi id genus tropi in eisdem inueniuntur. Corpus autem Christi viuum, quale continetur in sacramento, quis non posset esse sine sanguine, potest tamen sub specie panis contineri & fidelibus tradi sine sanguine seorsum consecrati participatione: nam etiam tunc cum apostoli Christo Iesu ministrante communicauerunt suscepta panis specie verum corpus Christi atque perfectam calice etiam nondum hausto communionem susceperant, tamen aliis mysterijs ante poculum nondum complectis: quæ mysteria non ad quosuis Christianorum, sed ad Hierarchas solummodo in ecclesia pertinent. Haud igitur est opus istis locis, quæ Philippus fatetur accipienda de sacramento, ut addamus de nostro calice in scriptura præmissum, quando quod attinet ad veram corporis

& sanguinis Christi cōmunionē, æquē p̄fecta est sine poculo atq; cū eo. Et hæc de Philippi responsione per tropos: Est autē operē precīū animaduerrere, q̄ æquus sit nobis Philippus antagonistes: Cū locū producit ex scripturis, contēdit singula verba simpliciter esse accipiēda: expositiones, si quæ afferuntur, clamat esse impias, esse sophismata, cū verò vicissim scripturæ locis vrgetur, tunc quid nō cōminiscitur, vt effugiat: ibi omnis abscedit scripturæ simplicitas: accedunt tropi dialectici, grāmatici, rhetorici, vt est in hac responsione videre: In multitudine argumētōrū quæ producūtur à nostris haud possunt omnia esse paria. Philippus infima quæq; carpit, inuadit, exagitat: & vsq; ad sanguinē, quod aiunt, emungit. Et fingamus, inquit, liberū esse vti vna parte aut ambab', quomodo poterit prohibitio defendi? Quomodo? Quia si calicis cōmunio non est necessaria, non debet in periculū contumeliæ Christi vulgo concedi. Postremò ipse (quod nostros accusauerat non fecisse) ecclesiā excusat, quæ hanc iniuriā pertulit. Imò verò hoc est ecclesiā accusare: nā (vt nos etiā p̄ nostris attingimus) qualis esset ista ecclesia q̄ ptulerit antiquari Christi præceptū, q̄ non stetit à Christo aduersus sacramēti diuisores, nō clamauit, non totis viribus sategit, vt retinet Christi mādātū si de hac re vllum esse credebat: Pertulit, inquit Philippus, hanc iniuriā. Carnificū iniurias & tyrannorū ptulit ecclesia, q̄ & hodie illi nō desunt, at quā ob rē illas ptulit non vt cōniueret & dissimularer veritatē, sed vt veritas regnaret, & aduersus mundi huius & inferorū phalanges esset in propatulo, nec hostiū peruicacia posset aboleri, aut obscurari Christi doctrina: nā hoc est quod ecclesia ferre nequit: alioqui non esset ecclesia. Quinimò tantū vt hæc non ferat, omnia discrimina subire decreuit, sciens q; portæ inferi non p̄ualebūt aduersus eā. Vnde & gloriatur in Psal. 16. Propter verba, inquiens, labiorū tuorū ego custodiui vias duras. Nos ergo illā dūtaxat ecclesiā agnoscimus, quæ Christi præcepta p̄peruo retinet, nec vnq̄ passa est intercipi veritatē. Idcirco quis

quis nouandarū rerū cupidi, vt vulgi curā gerere videātur, fingāt vniuersas præcipi, quod solis sacerdotibus est p̄ceptū, nos tamē quicquid ecclesia ausa est intermittere, constanter asserimus, nō esse Christi mandatū: sed vtinā abscindantur, qui vos conturbant.

PHILIPPICA DECIMA OCTAVA.

De cœlibatu & matrimonio.



Vllibi magis regnare sibi videtur Philippus, q̄ cū causam agit matrimonii, aduersus illos cœlibatū, qui sacris initiātur. Sic in exordio velut cæstro percitus furit, gestit, subsannat, inuehitur, cōtumelijs indulget, & maledictis theologos nostros infectatur, atq; lacescit, vt nihil minus in euangelica cōtrouersia quā euangeliū præstet. Ita triūphat, ac sublimis effertur, quasi in limine cōtrouersie vicerit: Mox ad artē cōuersus, exordit ab insinuatione, quā cæsaris laudibus amplificat, conat̄ aduersarios trahere in inuidiā, & nullū nō mouet lapidē, quo lectoris animū p̄ iudicio sibi cōciliet. Nos oratoris partibus Philippo concessis, vt de quib' optime præcipit, magnifice præstet, euāgelica modestia contenti, theologi partes exequi conabimur, & ita exordis præteritis, ac cæsaris nunq̄ satis pro merito celebrati laudibus prætermisissis, in rē ipsam oēs cōsiderationis & orationis nostre neruos intendamus. Et quoniā Philippus in præfatione iudicē ambit virū bonū, & timētē dei, oēs vos obsecro, quot quot estis in Germania viri boni, neq; enim dubito plures esse, adeste animis, & vtriusq; partis argumēta simul expēdite. Primū quoniā duplex hominū genus cœlibatū in ecclesia profitetur, clerici scilicet & monachi, quorū nō vtriq; eodē iure tenētur, ad cōtinendū: nos primo de ipso cœlibatu indefinite & sine personarū designatione, mox de sacris initiatorū vltimo de monachorū cœlibatu differemus: Cœlibatū fatemur nemini esse præceptū lege diuina, neq; cōiugiū quidē: id quod



quod & Philippus ipse negare non potest, tamen coniugiū multis verbis testimonijs & argumentis conetur adstruere, vniuersis esse præceptū, qua tamen de re inferius sibi aduersatur, secumq; pugnat, nec sibi vnq; in hac materia cōstat: sed vtcunq; se habeāt verba Philippi, hoc citra controuersia est Christianis nō esse præceptū cōiugiū, quibus nō semel cōsultitur cœlibatus. Imō nec bonū quidē est cōiugiū, tantū abest vt sit præceptū, si Hieronymo credimus: Illi enim est minus malū in remediū maioris permissum. At iniquior fuit matrimonio Hieronymus, nō negamus, fortassis hanc seueritatē illius tēporis lasciuia & Iouiniani hæretici petulātia requerebat: nos in neutrā partē ab euangelica doctrina declinātes dicimus, bonū esse coniugiū, sed meliorē cœlibatū. 1. Cor. 7. Qui matrimonio iungit virginē suā, bene facit, & qui nō iungit melius facit, quin & toto ferme capite de hoc discrimine Paulus differit. Præterea Christi doctrina tantū abest à præcepto cōiugij, vt cū de illo ageret. Mat. 19. potius videatur præcipere cœlibatū, eis saltē qui possent capere verbū hoc cū tamē cōiugiū nemini præceperit. Qui sunt (inquies) qui possunt capere? Non admodū multi, vt reor, sunt tamē aliqui, aliās frustra dixisse Christus: Qui potest capere capiat. Cōtēdit tamē Philippus coniugium præceptum esse, si non omnibus, certe ijs qui cōtinere non possunt. Vnde probat? Ohe mille locis scripturę, & est in speciē verisimile: sed quādo hic veritatē tātum inquirimus operepreciū facturos nos credo, si rē ipsam introrsum dispiciamus. Est qdē cōiugiū, vt superior diximus, bonum: nō tamē vniuersa bona diuinis legib; præcipiuntur: sed illa, quorū opposita sunt in vniuersum mala, vt fides cuius oppositum est infidelitas, pietatis impietas, modestię luxus, pudicitie libido &c. Hęc & id genus alia sunt bona, quę sacris literis præcipiuntur, aut necessaria prædicantur, cōiugio verò cū opponatur cœlibatus illo superior atq; perfectior, non erit coniugium de ijs quę mandātur, vt fiant sed quę volētibus facere permittuntur, & p̄obātur etiā si velis.

lis. Alioqui maximo se periculo exposuissent multi viri boni, qui nescientes an possent continere, cœlibes tamē conati sunt viuere. Quis enim aut vnde scire potest homo, quod continere non possit? an quia non tentatur? ego huiusmodi homines, si qui sunt, nō existimo esse illos, qui se castrauerūt propter regnum celorum: sed qui ex vtero matris nati sunt eunuchi, nō orbitate mēbroꝝ quæ nemini aut q̄ paucissimis in vtero matris contingit, sed singulari naturæ proprietate, quæ à quodā corporis tēperamēto proficiscitur, nā eos, qui se castrauerūt propter regnum celorū, legimus multis fuisse tērationibus obnoxios: quas etsi frequēter sentiret, nunq; tamen cōsenserunt. Huius rei exēpla nō est opus in Hieronymo, Benedicto, & cæteris antiquissimis monachis requirere, cū Paulus apostolus abunde suppeditet, cui datus est stimulus carnis, propter quē ter dñm deprecatus est: Et Ro. 7. Fateretur se inuenire in mēbris suis legē quandā, repugnatē legi mēris suę, & captiuū ducentē in legē peccati, hoc est, in cōcupiscentiā, quę erat in mēbris eius. Addit tamen: Si autē quod nolo illud facio, cōsentio legi quoniā bona est. Et multa alia, quibus ostēdit se nō cōsensisse iis, quę per cōcupiscentiā sentiebat, de quorū numero erat stimulus ille carnis q̄ tantopere deprecabatur. Quibus ergo notis dignoscetur illi, qui cōtinere nō possunt? Certe difficile est, esse tamē nōnullos, negare nō audeo cū Christus dicat: Nō oēs capiunt verbū istud: Et qui potest capere capiat. Cæterū ex his quę dicta sunt, apparet cōiugiū nō esse præceptū omnibus, quia multis cōsultitur cœlibatus, nec eis qui cōtinere nequeūt, possumus dicere cōiugium præcipi, quoniā cū hos difficillimū sit dignoscere, ita vt de se ipso vnusquisq; nihil min⁹ sciat, q̄ vtrū possit an nō possit cōtinere: huiusmodi præceptū aut oēs in matrimoniū protruderet, cū in rebus ambiguis tutiorē non eligere, sit periculū amare, atq; in illo (sicut ait scriptura) perire: aut difficilimis scrupulis cōscientias irretiret. Quomodo ergo his malis occurrit diuina sapiētia? Nempe neutrū præcipiendo, nec
li
matri.

matrimonium nec cœlibatū, sed vtrunq; permittēdo, vtrūq; probando, semper tamen alterum, hoc est cœlibatū preferendo: & frequētissime consulendo. Mat. 19: Qui potest capere capiat. 1. Cor. 7. Bonū est homini mulierē nō tangere. Et rursū. Dico autē nō nuptis & viduis, bonū est illis si sic permāserint sicut & ego. Et rursū: De virginibus præceptū dñi nō habeo, cōsiliū autē do, tanq̄ misericordiā cōsequutus à deo. Et paulo inferius: Si acceperis vxorē, non peccasti, & si nupserit virgo nō peccauit: tribulationē tñ carnis habebūt huiusmodi. Postremo totū caput verbis q̄ supra citauimus cōcludit: Qui matrimonio iungit virginē suā bene facit, & qui nō iungit melius facit. Et: Mulier alligata est legi, quāto tēpore vir eius viuit, quod si dormierit vir eius, liberata est à lege, cui autē vult nubat, tantū in dño, beatior tamē erit si sic permāserit secundum meum consilium. Vides vbiq; Paulo matrimonium non præcipi, sed indulgeri fragilibus, cœlibatum verō præferri, & ad illum capescendū vniuersos subinde moneri.

Aduersus hæc omnia plures locos ex sacris literis producit Philippus. Primū (inquit) Genesis docet, homines conditos esse, vt sint fœcundi, & sexus recta ratione sexū appetat: Digna profecto authore Philippo scripturarū interpretatio scilicet hic erat finis tā magnifici operis, quod sex diebus absolueret virtus diuina, vt homo totius opificij princeps & scopus lusitaret in aula mūdi vernāte floribus & pratis, luminaribus & stellis ornata. Ego hominē me esse scio, absit tamē vt credā, ad hoc cōditum esse, vt gignēdis liberis inferuiam, neq; quicq; huiusmodi in Genesi traditū inuenio: Superior finis propositus est homini, nēpe vt præesset piscibus maris, volatilibus celi, & bestijs terrę, & sic vniuersis hisce creaturis vtēs solo fruere creator. Hic finis est, & ratio diuino profusus opificio congruēs: Genesios verba sunt: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, & præsit piscibus maris &c. Vides hominis finē vsq; adeo sublimē, vt creaturis omnibus eminētior ipsum attingat creatorem? Hoc est enim ad

imagi-

imaginem dei factū esse, vt Augustinus exponit, vt eius capax sit, & particeps esse possit. Et Caldeus paraphraſtes interpretat. Vt sit sicut similitudo nostra. Hic est finis noster, hic scopus quo vniuersa præcepta diriguntur, quæ verē sunt, præcepta: nā gignere quantū legitimē filios cōditionē naturæ nostræ sequitur, nō assequitur finē, quod id ipsum vt donemus aliquādo fuisse præceptū, erat fortassis cū orbi ita deerāt homines, vt defecturū videretur genus humanū, nisi illi qui supererāt alios procrearēt: vnde eadē v̄ba quæ in exordio mūdi duobus hominibus dicta sunt, post diluuiū paucissimis illis qui superfuerūt denuo repetuntur, vt intelligas præceptū illud totius orbis inferuire necessitati, nō vniuscuiusq; libidini, aut quantū vis honestē, voluptati: Nūc verō cū plenus hic mūdus sit colonis, vniuersis cōsulitur cœlibatus, nemini præcipitur cōiugiū. Roget tamē aliquis: Nū si oēs quorquor sunt homines, essent cœlibes, nōne periret humanū genus, ita & tūc cū paucissimi erāt? Huic quæſtioni respōdet Hieronymus contra Vigilantiū: Si oēs, inquit, virgines fuerint, nuptiæ nō erūt: interibit humanū genus, infantes in cunis non vagiēt, obstetrices absq; mercedibus medicabunt, & grauissimo frigore solus atq; cōtractus dormitantiū vigilabit in lectulo: Rara est virtus, nec à pluribus appetitur. Atq; vtinam hoc oēs essent, quod pauci sunt &c. In eandē sententiā respondet Augustinus huic quæſtioni, quā sibi etiā ipse pposuerat. Attamen verba illa (inquit) Crescite & multiplicamini mādatū dei cōtinēt, præcipiētis vt homines gignāt, & terrā impleāt hominibus, quæ & si modo sit plena, cito tamē in desertum & solitudinē redigeretur, si homines à generatione cessarēt: vnde & verba illa Crescite & multiplicamini, nō permittentis sunt sed præcipiētis, id quod modus ipse loquēdi præse fert: Quatinus & quando præceptū sit homini generare (si modo præceptū est vnq̄) modo exposuimus: idcirco nihil nobis affert hæc obiectio, præter hoc quod verba dei, speciē videtur habere mādati: Quanq̄ & huic parti nihilominus respon-

disse mihi videor, mādātū enim non specie verborū sed rei ipsius pōdere est expēdendū, alioqui si quicquid imperatiuē dicitur p̄cepti vim habet, nihil apertius p̄cipitur q̄ cœlibatus ijs qui possunt cōtinere: quibus dicitur: Qui potest capere capiat. Hęc formula imperatiui modi est, secundū quā multi cōiuges qui possent alioqui cœlibes vixisse, cōtrahēdo peccassent: Nā vt sint multi cœlibes, qui cōtinere nequeāt, certe cōiuges aliquos esse nō dubito, qui cōtinere possent, si cœlibes permanere voluissent, quos peccare cōtrahēdo dicemus, si quicquid imperatiuē dicitur admiserimus, esse p̄ceptū. Nō ergo quia imperatiuē dicitur: Crescite & multiplicamini, statim iudicandū est esse p̄ceptū, sed ad rē ipsam, de qua scriptura loquitur, est attendendū, an videlicet ita sit bona, vt quę illi ex aduerso fuerit opposita, sit mala. Quāq̄ qd opus est tā proluxa disputatione, ad ostēdendū verba illa nō cōtinere p̄ceptū, cū ex ijs quę paulo antē scriptura cōmemorat, constet nō ideo esse dicta, vt aliquid p̄cipiāt, sed vt fecūditatē quandā & prop̄sionē ad gignēdū hominū naturę conferrēt: cuius rei signū est euidentissimum, q̄ eadē v̄ba dicta fuerāt paulo superius piscibus vniuersis & volatilibus quibus vt de p̄cepto nunc loquimur, constat nihil p̄cipi posse, cū sint rationis atq; adeo libertatis prorsus expertes: Verba ergo ista, crescite & multiplicamini, non pro imperio dicta sunt, sed pro beneficio. cōtulit enim illis deus nō tantū hominibus, verū & animalibus brutis naturalē illā gignendi vim atq; pp̄sionē, qua semel à deo cōdita vnaquęq; genus suū nemine etiā imperāte vrouehunt atq; cōseruāt. Ita quod sicut dixisse deū, fiat lux, nihil aliud est q̄ fecisse vt esset lux, & dixisse: Germinet terra fecisse vt terra germinaret, ita dixisse crescite & multiplicamini nihil aliud esse videtur, q̄ fecisse vt animalia crescerēt & multiplicarent, sed quid hoc ad p̄ceptū de quo loquimur: certe non magis q̄ illud. Congregentur aquę quę sub celo sunt in locum vnum, & appareat arida, quod etiam sub formula dictum est imperandi.

Adduntur

¶ Adduntur etiā apostoli verba, ad cōfirmandum p̄ceptū esse cōiugiū. 1. Cor. 7. Propter fornicationē (inquit Paulus) vnusquisq; vxorē suā habeat, & vnaquęq; suū virū. Et illud eiusdem cap. Melius est nubere q̄ vri. Hic tamē locus nihil p̄cipit, tātū permittit nobis cōiugiū ne fornicemur: quod si mihi nō habetur fides, consulātur oēs veteres interpretes quorū si vel vnus fuerit inuētus, qui hęc verba interpretet esse p̄cipiētis, vt nunc p̄ceptū accipimus, fateor me causa excidisse, nam de formula imperādi iā exposuimus, quod nō quoriscunq; ponitur, intelligēda est p̄cipere. Loquuntur imperatiuē qui mādant, qui verāt, qui suadēt, qui precātur, qui docēt, qui permittūt, & ad multa alia vsurpatur modus imperādi: Quod si vbicunq; positus est intelligitur p̄cipere, hoc iā cōlequetur p̄ceptū esse nō potētibus cōtinere vt vxores ducāt, potētibus verò, vt permaneāt cœlibes, ita enim imperatiuē dicitur: Qui potest capere capiat. Sicut vnusquisq; propter fornicationē vxorē suā habeat. Iā si hoc admiserimus, vides q̄ perplexa, q̄ ambigua redderētur omnia quę ad cœlibatū pertinet & cōiugium, quā multi cōiuges deberēt cōtinuisse, q̄ multi cœlibes cogentur ad matrimoniu, quod, vt cætera prætermittā, omnibus sapiētibus dicitur onus. Sed quid hominis ego sum qui multis coner verbis & cōiecturis adstruere, Pauli verba nō esse p̄cipiētis, quod per sese perspicuū est & euidēs: Etenim si Paulus hoc vellet, vt vnusquisq; teneretur vxorē ducere, quomodo possent illi cōstare quę toties repetit eodē cap. Bonum scilicet esse mulierē nō tāgere, virginitatē se nō p̄cipere, cōsulere tamē, melius esse cœlibē p̄manere, virginē matrimonio nō iungere & id genus alia. Atqui nō omnibus (inquit Philippus) p̄cipitur cōiugiū, sed his quibus periculū est ne fornicetur. Propter fornicationē enim (ait Paulus) vnusquisq; suā vxorē habeat, quod & inferius confirmat inquiens: Melius est enim nubere q̄ vri: quę verba superiora explicāt, & quasi p̄cepti causam reddunt, facile igitur possunt dignosci qui

li ij

sint



Ant idonei ad cœlibatū, & qui sint qui teneātur ad matr imo-
nium: Qui nō vritur, nō ducat, si nolit, qui vritur, nō potest
ab apostoli p̄cepto excusari. Optimè quidem, videris rem
(quod aiunt) acu tetigisse, sed expone mihi obsecro, quid sit
vri: nā si vri est vtcunq; tētari, neminē credo esse aut fuisse
vnq; Christo Iesu & eius matre virgine exceptis, qui nō ali-
quando vreretur, & ira neminē alloqueretur Christus cum
dicit: Qui potest capere capiat, & Paulus cū dicit: Qui mari-
monio iungit virginē suā bene facit, & qui nō iungit melius
facit. Dices tamē non esse vri vtcunq; tētari. Sed cū quis ve-
hemēter tētatur, tunc dicēdus est vri. Atqui vehementer tē-
tabatur Hieronymus, vt ceteros nunc p̄termittam, cum
inter deserti algores & æstus, inter ardores & brumas, fame,
siti, situ, & squalore cōfectus, cadauer potius q̄ homo, videre-
tur tamen sibi interesse choris fœminarum, idq; multoties il-
li vsu veniebat: Quid cōmemorē Paulos, Antonios, Hilario-
nes, Benedictos? Vides quod sanctorū miriades hac breuitate
p̄stringam. An audebis dicere, q̄ oēs hi vrerentur quos le-
gimus vehementer fuisse tentatos? Quod si vrebantur, me-
lius erat illis nubere, q̄ sic vri, quin & peccabant in Pauli p̄-
ceptum: Miseri, qui tot labores, inedias, vigiliis, tot deniq;
cruces pertulerunt, vt peccarēt. Quis hoc dicat? quis hoc fe-
rat? Quomodo ergo nos explicabimus hos labyrinthos? Ego
vero facile hūc nodū dissoluo: quia intelligo, nihil ab aposto-
lo de matrimonio aut cœlibatu esse p̄ceptū, sed omnia re-
linqui arbitrio vniuscuiusq; ita vt nec peccent coniuges etiā
si cōtinere possent, nec cœlibes in hoc quod cœlibes sunt, etiā
si forte non contineant: quorum incontinentia erit peccatū
non tamen cœlibatus, alioqui cur potius cœlibatus huius qui
non continet erit peccatum, quā cœlibatus Antonij aut Hie-
ronymij? An quia illi haud ita tentabantur, vt caderent? Ego
vero non paucos existimo viros alioqui bonos & virtutis
studiosos leuioribus tētationibus cecidisse, quā Antonius
aut Hieronymus pertulerunt. Non igitur lapsus vnus vel

alterius

alterius nec multorum quidem qui resistere tentationibus
potuisset, faciet cœlibatum esse peccatum. Dices fortasse: Nō
omnes tenentur illam vim sibi inferre, quam Hieronymus
& Antonius intulerunt, vt non cederent tentationi, quam ob-
rem opus est illis alio remedio, vt non peccent. Fateor tamē
teneri omnes ad illa quę nonnulli heroes p̄stiterunt, idcir-
co illis qui lapsi sunt, melius fuisset vxores cognouisse, q̄ con-
cubinas, quia melius est nubere q̄ vri, hoc est, melius est con-
iugem habere, q̄ illegitimo congressu aut fœdis se cogitationi-
bus polluere. Sed hic iam vides non p̄ferri matrimonium
cœlibatui, etiam si multis & magnis tentationibus impetatur
& concutiarur, sed illegitimē voluptati, quę vel corpore ex-
pletur, vel mente suscipitur. Hoc est vri. Hac est fornicatio
illa, quę vt viretur, consulit Paulus illi qui aliter vitare aut
non conatur, vt vxorem suam habeat, nihil tamen p̄cipit.
Rogabis fortasse, cur ægroto, & qui non valet aliās euadere
non p̄cipiatur medicina. Quia difficilis cognitu est mor-
bus, & remedium non admodum expediens, nisi ijs quibus
est necessarium, imō & ceteris obest, ne aggredierentur sub-
limiora, & innumerabilibus scrupulis obrueretur piorum ho-
minum imbecillitas. Adhęc tanta est omnium hominum
aut plurimorum propensio ad coniugium, vt nihil sit illis,
quatinus animalia sunt, magis naturale quā velle gignere,
id quod maxime assequitur matrimonium, & sunt morbi
quibus ostendisse remedium admonisse est. Idcirco non est
magis opus p̄cepto ad hoc vt matrimonia cōcant, quā
ad hoc vt homines comedant aut bibant.

Philippi-

P. ALFONSVS VIRVESIVS
PHILIPPICA DECIMA NONA.

De cœlibatu clericorum.

Is de cœlibatu indefinitè præmissis, nunc de ecclesiæ decretis circa cœlibatū disseramus: Nā Philippus dignitatis collatione ac ceteris alijs inter cœlibatū & matrimonium prætermisissis, tantū de legibus negociū conatur exhibere catholicis. Primū omnium in confesso est apud oēs, q̄ ecclesiā neminē cogat ad hoc vt sit cœlebs, tātum decreuit, vt quādo negari nequit, quin nonnulli possint esse vnā cœlibes & casti, illi nēpe qui ex vtero matris prodierunt ineptū cōiugio, & qui postea vi aliqua aut ægro-
tatiōe facti sunt spadones, postremo qui possunt capere verbum Christi cōmendātis eos qui se castrauerunt propter regnū celorū. Decreuit, inquā, vt sacerdotes quorum munus est orare primū pro se, vt ait Paulus, deinde pro populo, & totius ecclesiæ in hoc personā gerere, sumerētur de illis qui possint & velint esse cœlibes, & ita perpetuo cœlibatū astrinxit eos, qui sacris essent iniciādi. Hic videor mihi videre Lutherum Philippū, & reliquos huius classis antesignanos, sanis & clamoribus obstrepētes. Qui possunt (inquiēt) adolescentuli procerū ac diuinitū filij, vicij, voluptatibus, luxu, lasciuia enutriti, nō in sapientiæ & pietatis gymnasijs vt olim, sed in principū aulis vel in foris perpetuo versati, cuiusmodi sunt ferè oēs qui sacerdotia obtinēt, castū præstare cœlibatum? aut quis credat fore, vt legitimè cōtineat vulgus istud sacrificulorū, quos ex meris nebulonibus episcopi prece aut precio quotidie faciūt sacerdotes? Quotusquisq; hominū sacris iniciatur vt Christo seruiat, & nō potius ignauo, quod illis videtur, vitæ genere sine labore victū sibi paret, & quod datum fuerit per fas & nefas ad sacerdotia grassetur? Quos alios nunc sacerdotes habemus? quos spadones propter regnū celorū nobis occinis? Nā his qui vi aut naturæ defectu facti sunt spadones, nihil fidimus, tum quod paucissimi sint ad tātam

ad tantam messem ecclesiæ, tum q̄ multi eorū parū apti ob alios defectus tanto muneri inueniantur. Cōsequitur enim frequēter animi quædā imbecillitas & agritudo ad corporis tā insignē orbitatē. Quāobrē & ecclesiā huiusmodi multis hominibus sacerdotia interdixit. Hæc & alia id genus multa vitia nō tā verè q̄ petulāter obijcerētur ab aduersariis. Sed nos, si quādo calamitates id genus incidūt catholicis rebus & sacris nō semel respōdimus, nō defendi à nobis episcopoz & sacerdotū mores, sed ecclesiæ decreta, quæ experta nō expedire, vt qui deo militāt implicēt se negocijs secularibus, præcepit ne sacerdotes mariti & patresfamilias essent, alioqui quomodo possent secularia vitare negocia, quibus opus esset vxori liberis & familiæ prospicere: illis præsertim quibus tenuis esset res. Ad hæc cū sacerdotis munus, vt diximus, sit orare subinde pro populo, ecclesiæ preces, vota, oblationes deo offerre, esse deniq; ministrū & angelū, vt Zacharias ait, de cuius ore populus legē requirat, q̄ potest hæc omnia præstare mariti, vxoris amplexibus, filioz blādijs, rei familiaris & totius œconomiæ curis implicitus? Paulus apostolus cōsulit cōiugibus, vt interdū secedāt ab sese, quod possint orationi vacare, nec audet illis præcipere, tamen iā cōiugio obligatis, vt ad pristinā vitæ cōsuetudinē reuertamur, tantū hoc illis indulget ne propter incōtinētiā tētētur à satana. Quid igitur faciendū erit illi cui semper est orandū idq; nō priuata, sed publica oratione? Isdē apostolus matrimonia dissuadēs omnibus Christianis causam adnectit, q̄a velle illos sine sollicitudine esse, sine qua nō potest esse maritus. Quod si tantū expedit omnibus Christianis sine sollicitudine esse, vt quod profitentur assequi valeāt, quid iudicandū sit de sacerdotibus, quoz est vsq; adeo ceteris eminere, vt in collatione isti vt homines nēpe pastores, illi vt pecudes habeātur. Volo vos, inquit apostolus, sine sollicitudine esse: Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo: Qui autē cū vxore est, sollicitus est quæ sunt mūdi, quomodo placeat vxori.

Et mulier innupta & virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. 1. Cor. 7. Philippus citâs illud eiusdem apostoli. 1. ad Tim. 2. q̄ mulier saluatur per filiorū generationē, immane q̄ insolēter nobis insultat. Si talē inquit locū aduersarij de cœlibatu proferre possent, tum verò miros triūphos agerent. Paulus dicit saluari mulierem per filiorum generationē. Quid potuit dici contra hypocrisim cœlibatus honorificētius, q̄ mulierē saluari ipsis cōiugalibus operibus, vsu cōiugali, pariēdo & relijs œconomicis officijs? &c. Quid sibi vult vsus cōiugalis primus in ordine officiorū & partui prælatus? Cur nō apertius dixit gignēdo, pariēdo &c. An p̄duiuit suis verbis tametsi satis honestis nominare rem, cuius merces (si diuis placet) est æterna salus & vita? Vbi est nunc doctrina quæ vniuersis nostris operibus adimit merēdi virtutē etiā cum fide? Siccine quod hæctenus negabatur ieiunijs precibus eleemosynis, ipsi deniq; charitati, hominem scilicet seruare ne Christi gloriæ videremur detrahere, nūc demū filiorū generationi, quod cōmune cū brutis est homini, tribuitur? sed additur fides. Quasi hæctenus quisq; merēdi vim bonis operib; asseruerit sine fide. Iā verò ad insultationē reuertamur. Metitur vt existimo Philippus ingeniū aliorū ex animo suo, qui vnico verbulo scripturę pro suo dogmate reperito statim adornat triūphos. Ecce nos locū meliorē nō mutūlum aut perperā interpretatū p̄duximus pro cœlibatu, & tamen nulla trophea erigimus, nullos canimus triūphos, tantū testimonia ipsa in eodem sensu quo scripta sunt ab apostolo sub oculos ponimus, quia nō hoc agimus, vt de fratribus nostris triūphemus, sed ne veritas quorūdā sceleribus, aliorū dogmatibus obruatur. Iā vt donemus verba apostoli ad Timotheū ita & eodē sensu scripta fuisse, quo accipiūtur à Philippo quātū interest inter fœminā esse saluā, & esse sanctam quorū prius tribuitur coniugate, posterius virginis? Adde q̄ viris in loco quē citat philippus nihil iuuat matrimoniū ad salutē, in nostro verò, viroꝝ cœlibatui tribuitur placere deo.

matri-

matrimonio placere mundo. Philippus tamē vt est ad colligendū ex arcanis literis catholicas veritates ingenio solers, ad vtrunq; cōiugē perrinere quod apostolus de fœminis dixerat cōfirmabit, nec iniuria quidē, quippe qui cōiugali vsui viris iuxta ac fœminis cōmuni salutē nō quancunq; sed æternā verbis apostoli sit pollicitus. Obsecro te bone vir, per Verberis cestū diuinū, & Lutherana cōiugis sacrosanctos amplexus vt mihi bona fide respōdeas, cū scripturarū loca trunca mutila & aliorum q̄ ipsa ferūtur adducis, & his artibus propositū euicisse credis, an te sapiētibus & in eisdē scripturis exercitatis scribere existimas, an quibusdā dūtaxat Germanis, quibus nihil aliud, sonāt scripturæ, q̄ Lutheri cōmēta dogmata? Nos hūc locū superius exposuimus, tātū matrimonio tribuētes, quantū nec tu, nec ceteri paranimphi vultis agnoscere. Sed opere p̄ciū erit ipsum apostolū hac de re prolixius audire, vt hoc in loco ille se nobis, sicut in ceteris cōsuevit, aperiat. Pauli verba sic habēt: Mulier in silentio discat cū omni subiectione. Docere aut mulieri nō permitto, neq; dominari in virū, sed esse in silētio. Adā enim primus formatus est, deinde Eua. Et Adā nō est seductus, mulier aut seducta in præuaricatione fuit. Saluabitur aut per filiorū generationē si permāserit in fide & dilectione & sanctificatione cū sobrietate. Hic prudēs lector facile poterit animaduertere, q̄ dissideant hæc verba ab intētionē philippi. Nō hic nuptas mulieres innuptis cōfert apostolus, sed vxores viris quibus nō permittit, vt dominētur vxores: nec vt doceant quidē aut alio munere dignitatis fungātur, causamq; addit, q̄ prior cōditus sit vir, quæ res videtur illi primas in demo tribuere, ad hæc nō seductus quēadmodū mulier in prima illa præuaricatione, in qua immanē quantā perniciē attulit fœminæ cōsiliū & viri obsecundatio, vt ex hoc venire possit in suspensionē erroris, quicquid domi suę cōsulerit, aut docuerit. Nullū ne igitur officiū in Christiana republica vxoribus relinquit apostolus, quod sibi possint promereri Christū: Reliquit prorsus, sed ea

Kk ij

quę

que infirma sunt in cōiugio, nēpe tē diū & labor gestādi veterum, pariēdi, educādi, & id genus alia que sunt mulieris propria, vniuersa demū illa que deus quondā interminatus est Eue, que ita peccato etiā dimisso remanēt, vt tamē honesta sint & locupletata non mediocri gratiē fructu, & velut inferiora mystici corporis mēbra sacramēti velamine cooperata. Alioqui tot curas, tantā sollicitudinē, tā multas carnis etiā molestias secū affert matrimoniū, vt interdū videatur apostolo malū (quod aiūt) necessariū, cui pro magno tribuit, nō esse peccatū. Si acceperis vxorē (inquit) non peccasti, & si nupserit virgo nō peccat, tribulationē tamē carnis habebūt huiusmodi. Ego aut vobis parco. 1. Cor. 7. Hęc omnia quātum disidēt ab instituto sacerdotū, quos decet summa tranquillitas & quietudo: Quid opus est multis? Philippus ipse veritate coactus fateretur multa commoda que matrimonio defunt inesse cōiugati, ait enim: Nec Christus aut Paulus laudant virginitatē ideo quod iustificet, sed quia sit expeditior & minus distrahit domesticis occupationibus in orādo, docēdo, feruendo. Ideo Paulus ait: Virgo curat ea que sunt domini. Laudatur igitur virginitas propter meditationē & studiū. Sic Christus nō simpliciter laudat hos, qui se castrāt, sed addit, propter regnū celorū, hoc est, vt discere, aut docere euāgelium vacet. Recte sanē Philippus, tametsi nō absolutē cōiugatus cōmoda Christi & apostoli eius verbis exponit. Ob has igitur causas & alias huiuscemodi quas lōgū esset nūc recēdere sancti patres decreuerūt, vt sacerdotio nō fungerētur nisi illi qui cōelibes esse possent & vellēt. Dicat interim quispiā: Si hoc ita esset, vnde nobis suppeteret tāta sacerdotū multitudo quantā hodie habemus? Imo ob id etiā si alię nō essent causę, expediret sacerdotes esse cōelibes & pudicos, vt nō esset illorū tāta colluuiēs, que inuidiā maximā & cōtemptū cōciliat ordini sanctissimo: Adhęc laicorū ordo minus grauaretur impēlis quas necesse est fieri nō modicas alēdis tā multis ociosis. Quod si Germani episcoporū authoritate sacrificos

omnes

omnes ineptos & impudicos arcuissent à sacerdotij functione, illis duntaxat relictis in ministerio, qui prestare possent quod proficētur (credo enim inueniri potuisse tot quot satis essent ecclesijs) nō posset mihi nō probari. Nūc remediū inuenerūt (vt nō dicā acerbius) insolēs & indecorū. Nā quis ferat sacerdotē presbyterū, hoc est, senē, grauē, maturum diuinis mācipatū mysterijs, cuius grauitas & modestia populi ineptias debet cōpescere, totos dies mulierculę blādiētē, dum agit procū, dum spōsam ambit, & illi studet placere, dum domi se nouus maritus oblectat cū illa, & mores suos ad mores illius accōmodat atq; demittit? An nō hęc omnia imō & grauiora atq; ineptiora subeunda sunt illi, qui voluerit esse maritus? Que q̄ indecora sint, & q̄ pessime cōueniat illis cum sacri muneris functionib', quis nō videat? quis nō sentiat? Miror quibus pręstigijs potuerit Lutherus totā ferme alienare Germaniā vt vidētes nō videāt, audiētes nō intelligāt, & noua temeritate ferāt, quod vix crederē ethnicos vnq̄ tulisse. Apage (inquies) imō apostoli ipsi & oēs ecclesię proceres tulerūt de quorū doctrina & chronicis cōstat olim presbyteros fuisse maritos, nos nihil nouū inueximus, veterē morē restitui mus, qui Romanorū pōtificum decretis citra ecclesię totius authoritatē est antiquatus: Ego haud inficias eo apostolorū tēpore & aliquot post annis sacerdotes fuisse cōiugatos, nō q̄ vnq̄ licuerit sacerdotibus vxores ducere, quod vos pmisitistis, sed quoniā pauci tunc tēporis erāt fideles, & ij qui sapientia & probitatis meritō erāt sacris pręficiēdi oēs duxerant vxores, vt pote q̄ atate integra venerāt ad fidē, & senes aut proxime seniū iniciabātur, vnde & presbyteri cęperunt appellari, necessitas ipsa cōegit, vt ex cōiugatis fierēt sacerdotes. Porro q̄ illi qui semel sacerdotij munus obierāt, postea ducerēt vxores, res est hactenus nūq̄ visa, atq; adeo nouo exēplo à vobis excogitata, que tātum abest ab apostolorū placitis & cōsuetudine, vt decretū tulerint inter alia, ne quis sacerdos post cōsecrationē posset vxorē ducere. Verba canonis sunt

Kk iij

VI

ut latina fecit Haloander ex Græcis quæ nobis summus eccle-
siæ pōtifex apostoli Petri discipulus Clemēs reliquit. Ex his
qui cœlibes in clerū peruenerūt, iubemus, ut lectores tārū
& cātores (si velint) nuptias cōtrahāt: Hūc sequutē sunt syno-
di Arelatēsis & multorū pōtificū ordinationes, quæ vetant
obligatū cōiugio sacerdotē fieri. Licitū ergo fuit aliquot an-
nos ex cōiugibus sumi presbyteros, nunq̄ tamē presbyteris
licuit subire cōiugiū. Quod si qua ratur quæ nā sit causa dis-
criminis. In re de qua tā solēniter ab origine ecclesiæ ppetuō
cautū est à maioribus sufficeret mihi respondere, sic visum
fuisse apostolis & ceteris sanctis patribus, qui spiritu sancto
illuminati ecclesiā docuerūt gubernarūt, & puererūt. Quic-
quid enim illi sciuerūt, pro oraculo nobis est habendū: quip-
pe quod in eos maxime competat illud quod à Salomone in
huius operis p̄fatione mutauimus. Verba sapientiū sicut
stimuli & quasi clauī in altum defixi, quæ per magistrorū cō-
ciliū in data sunt à pastore vno: his amplius fili mi ne requi-
ras. Et illud quod Christus in eandē sententiā dicit: Qui vos
audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ex ijs tamē q̄
hactenus diximus, & inferius dicētur, perspicua satis sit causa
discriminis: nēpe ad illud cogebat necessitas: hoc vero nulla
potest necessitate nec ratione quidē excusari: aliā tamen vel
eandē alijs verbis perfunctoriē saltē attingā. Cōiugiū res est
inferior sacerdotiū: ita ut à toto genere, ut aiunt, cōiugiū or-
do profanus sacerdotiū vero sacer habeatur. Ab ordine er-
go imò atq; profano licet ascendere ad sacrū & sublimē: quis
verò nō videat, è cōuerso haud æquē decētē esse regressum?
At interim sacerdotes nostri oēs, inquiēt Germani, erāt vsq;
adeo impudici, ut cū cōcubinis designarēt oia illa, quæ voscū
vxoribus admitti indigna sacerdotiū iudicatis. Huic malonō
potuit melius q̄ cōiugibus mederi, quæ ut sint indecora pres-
byteris minus tamē dehonestāt sacrū ordinē, q̄ scortationes
& adulteria. Si mederi malo est, qd' illegitimē fiebat & clā,
lege permittere, ut publicè fiat, fateor vos occurrisse sacer-
dotum

dotum vestrorū libidini, quibus permisistis palā facere & im-
punē, quod hactenus occultē & legibus vindicantibus facie-
bāt. Nisi forrē existimatis aliud esse quod nūc fit, & vxores
posse habere legitimas, quibus interdictū est ab apostolis, à
cōcilijs, à pōtificibus, ab vniuersa demū ecclesia, cuius nullū
hactenus exēplū pferre potestis, quo insolitā istā licentiā ad-
dēdi sacerdotibus cōiugia tueamini. Quamuis enim subinde
nobis occinat Philippus: quos deus coniunxit, homo non se-
paret: ego non possum animum inducere coniunctos à deo,
quos ecclesia nō cōiugit. Quid, malum, nō coniungit? imò
quos perpetuō distraxit, atq; disiunxit. Neque enim hic ha-
bet ecclesiam illam veterem, ad quam confugiat, neq; concil-
ijs quæ tā magnifice nūc p̄dicat, potest iuari: alioqui pro-
ferat ex illis vel vnicū verbū, quod huiusmodi cōiugia pro-
bet, & fatebimur nos causa excidisse. Quid: separabuntur ne
vxores à maritis? quid ni, cū non sint vxores, sed cōcubinae?
Quid igitur faciēt tot miriades hominū in sacerdotiū stulte
obtrusi, qui cōtinere nequeūt? Explorēt primò si possint, po-
stea ijs qui omnino nō potuerint consulat ecclesia, cuius in-
terest animarū saluti sine scandalo & schismate prospicere.
Qui poterūt (inquiēs) explorare modo quid possint? Primū
alsiduis precibus perāt à deo cōtinētiā: quia nemo potest es-
se cōtinens nisi cui dederit ipse. Deinde laboribus & inedia
corpus extenuēt, adhęc fœminarū cōsortia nedū lusus & blā-
dimēra deuitēt, nā inter cōmessationes & pocula, in crapula
& ebrietate in muliercularū cōsuetudine & cōiuctu, etiam si
marmoreus sit homo, difficile p̄stabit cōtinētiā. Verissi-
me enim vsurpatū est ab adolescēte illo apud comicū. Sine
Cerere & Libero friget Venus. Hic Philippus respondet no-
stris similia quæ dā admonētib'. Cur sibi quoq; nō cantūt hęc
magnifica p̄cepta? Et addit: Sed ut supra diximus, tantū lu-
dunt aduersarij, nihil agunt ferio. Vrinā non magis illuderet
vobis Philippus, viri Germani, q̄ nos ludimus. An lusus est
adhortari ad preces ieiunia & ceteros pios labores, quibus
continen-



cōtinentiā promereri simul & obtinere valeamus? Si cōtinētia, inquit, esset omnibus possibilis nō requireret peculiare donū. At Christus ostendit eā peculiari dono opus habere: Quis negat? Hoc vere est ludere, exprobrasse modo nostris, q̄ preces exigāt & ieiunia, vt petatur à deo cōtinētia, & statim inimulare eos, quasi dicāt sine dei dono posse cōtingere. Scimus neminē continere posse sine dono speciali, at hoc donū nō datur ebriosis, voracibus, ignavis, sed assiduè orātib; ieiunātib; aut certè abstinētib; & ad hoc summo studio & totis animi viribus incumbētib; vt contineāt. Ita demū datum est Paulo, ita Antonio, Hieronymo, Benedicto, Bernardo & ceteris sanctis omnibus aut multis contingit, & ita hodie aliquot bonis viris non paucis credēdū est dari, de quorū numero illos esse credo quibus Philippus dicit: Cur sibi nō quoq; canūt hæc magnifica præcepta: Verū vt hæc sint maxime vera, nō tenētur, inquit, ceteri eadē præstare, quæ præstiterunt illi. Si de simplicibus loqueremur Christianis, verum ais, nūc cū de his qui sua spōte sacerdotiū expetierūt, & sunt assequuti loquamur, quibus apostoli, cōcilia, pōtiffices, & sancti oēs asseuerāt, non licere ducere vxores, iure ab illis exigimus, vt summa vinitāt ad id, etiā si difficillimū sit, q̄ semel sunt vltro professi, & vt omnia tū faciāt, tū patiātur, quibus cēlibes queāt euadere. Hic Philippus nobis occinet illud apostoli: Propter fornicationē vnusquisq; suā vxorē habeat. Et: Melius est nubere q̄ vri, quod remediū suauius est multo iis, quæ nos proposuimus: nec remediū tātū est, verū præceptū, vt ipse vult, quod nullis humanis legibus nullis votis possit derogari: Nos superius ostēdimus concessionē esse & indulgentiā nō præceptū. Verum vt sit tantūmodo cōcessio, non minimā difficultatē faciunt verba illa: Propter fornicationē vnusquisq; vxorē suā habeat: quibus vnicuiq; tribuitur ius dicēdi, si aliter fornicationē vitare non potest, quo iure ego vt ingenuæ loquar non video quomodo se quisq; possit priuare illoꝝ quibus explorata fuerit propria fragilitas, quin si

mul se vita eterna priuet. Displicet enim deo infidelis & stulta pmissio. Ecclesiastes. 5. Et quid stultius, q̄ id polliceri, quod præstare nequeas? Receptissimū verò est apud theologos, in via salutis humanæ nullā esse perplexitatem, hoc est, neminem ita legibus aut votis posse teneri, quin aliqua pateat illi modus quò saluti suæ cōsulere possit. Iā si daremus illū qui temerè se legibus aut votis cōtinētiæ astrinxit, nec posse ducere vxorē, quia cœlibatū promisit, aut saltē admisit, nec posse cōtinere, quia non est de illis qui possunt capere verbum istud, quādoquidē nō oēs capiūt, vt Christus ait: huiusmodi homini claua esse videretur vtrinq; salutis via (quis aut hoc credat?) nā si duxerit peccat in professionē & leges ecclesiæ, si nō duxerit, peccabit, si continere nequeat in ius diuinum. Quid igitur faciet, quo se vertet misellus homo, qui peculiari illo cōtinēdi munere destituit? medius tenetur, & vtrinq; diris & inextricabilibus scrupulis constringitur? Ego author illi essem, vt omnia tētaret, quo p̄ficere posset quod est pollicitus, nec id oneris illi imponerē, nisi se ipse iure illo ducēdi quod habet oēs homines, sua sponte priuasset, ita vt nihil iuris sibi reliquerit, præter id quod conferunt apostoli verba: Propter fornicationē vnusquisq; vxorē suā habeat &c. quo nō potest vti nisi prius tētatis omnibus, deprehēderit se fornicationē aliter vitare nō posse, nā si potest aliter vitare, nullum superest ei ducēdi ius, quo celsit in vniuersum cœlibatus professione. Cur non potest (inquit) quod concessū est omnibus vri? quia libertatē illā cōmunē sponte sua obtulit deo exhibēs corpus suū hostiā viuētē sanctā deo placentē, si tamē, quod apostolus addit, rationabile fuerit eius obsequiū, hæc oblatio cū possibilis sit, vt supponimus, tametsi difficilis & piā esse cū apostoli Pauli tū Christi ipsius verba declarēt, quis dubitet, quin illū qui semel obtulerit obliget ad reddēdum? verū de hoc fasius infra, eū de votis monachorū differemus. Nunc ad illū quē legitimus scrupulus angit, & excruciat, qui si omnibus q̄ Christiana prudētia fert, serio ac fidei



ardore tentatis, viderit se non posse cōtinere, cōfidenter ego illi auderē cōsulere, vt non propria autoritate quæ porius esset temeritas sed summi pontificis indulgētia salutē suę per matrimoniū prospiceret. An nō poterit hoc pontifex indulgere? Quid ergo potest. Si animas Christi sanguine redēptas de ipsis faucibus inferi, quo se incautē præcipitarūt, euadere conātes, nō potest eripere? An tantū potest excōmunicatiōnū & anathematū fulmina vibrare, leges cōdere, & totius orbis lites Romā trāsferre? Ego verō quicquid iuris illi Christiana respublica tribuit, libenter agnosco, ita tamē vt animarū salutem præcipue intelligat sibi cōmissā, & ad hāc tuendā ac prouehendā sciat se plenitudinē potestatis accepisse. Hoc est enim esse Christi vicariū, cū casus necessitatis inciderit, posse se facere id, quod Christus ipse faceret, ne salus animarū discrimen aliquot maius subiret. 2. Cor. 10. Si quis cōfidit Christi esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut & ipse Christus est, ita & nos, nā etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quā dedit nobis dominus in edificatiōe & non in destructionē vestrā, nō erubescā. Potest ergo pontifex huiusmodi necessitatibus (modo verē sint) per matrimonia occurrere, alioqui si hāc potestatem summus pōtifex non habeat qui poterit ecclesia mēbroꝝ suoz pericula omnia vitare, cū in cōperto sit plures nūc incidere passim necessitates dispensandi, & moderādi leges & iura, q̄ condēdi. Hic tamē aliquis roget: Quid opus est pontificis indulgētia ad prospiciendū animæ salutē, vbi cōstat de periculo & necessitate? Cui ego: Quid opus est medico ad prospiciendū corporis salutē vbi cōstat de aduersa valetudine? Nā vt me aliās simili quæstioni respōdisse memini, quis ægro conce dat facultatē abutēdi pharmacis, etiā si sit medicus? Potest quidē cognoscere q̄ necessaria sint ei medicamēta, quibus verō & quatinus sit vtēdum nō proprio iudicio sed sapientis medici cōsilio definit: Ad eundē modū censendū est de animi morbis aut quibusvis alijs necessitatibus, nisi quod in his nō quicuis potest esse
medicus

medicus, cuius cēsura sit salutē, p̄spiciendū, sed (quod ait Paulus) qui vocatus fuerit à deo tanq̄ Aaron. Hinc enim est illa potestas, quā isdē dicit sibi & ceteris apostolis traditā ad ædificationē, alioqui periculū esset, ne quod ipse etiā alibi cauendū præcipit, Christiani (vt sunt homines in deteriora procliuēs) libertatē hanc darēt in occasiōe carnis. Quasi liberi (inquit Petrus apostolus) & nō quasi velamē, habentes maliciæ libertatē. Cū nos liberos dicit, ostēdit nulla attritos esse legē nisi quatinus charitati, quā Iacobus legē perfectę libertatis appellat, ceteræ leges inferuiunt, cū vero cauet ne libertas hęc velamē malicię sit nobis, priuatę indulgētię abusum, p̄hibet. Quis enim iustā indulgendi mensurā in propria necessitate sibi arroget, cū & necessitas ipsa nō facile dignoscatur, sit ne vera necessitas, an morbus animi ementitæ necessitatis specie obrepens? Ceterū cū legis alicuius coarctatis libertas pontificū autoritate cōceditur (loquar fortassis audacius) in tuto est cōscientia illius cui cōcessio indulget, etiā si minus attente (vt sunt humana) dū tamen nō maliciose aut oscitāter rem ipsam expenderit. Nouit enim Christus signētū nostrū & scit mortaliū cogitationes semper esse timidās & incertas prouidentię humanę. Cū igitur (vt ad institutū redeamus) tot ac tā rationabiles causę coegerint ecclesiā, vt cōiugiū separaret à sacerdotio, quid est in hac ordinatiōe, quod Philippus possit in crimen vocare? aut quid iniquius esse potest, q̄ propter prauos mores hominū sanctissimas ecclesię leges dānare, rescindere? Ad hęc cū cōstet nec apostolorū nec vllō iā inde ab apostolis tēpore permissum esse sacerdotibꝝ ducere vxores, qua fronte defendi potest facinus istud germanorū sacerdotū, qui tā impudenter nulla ratione habita ecclesiasticę potestatis, nulla hierarchici ordinis, nulla pontificię dignitatis, nulla demū apostolicę disciplinę atq; cēsurę, quia inter cōiugia & gręcas cōpotationes, in quibus totos dies solēt interdū cōsumere, nō videntur sibi posse à mulieribus abstinere, ausi sunt in ecclesię cōtemptū & totius populi christiani



scandalū ducere vxores: Et super hæc omnia (si diuis placet) quibus hæc nō probātur, se sequi hæretici audiūt. Magis odio (inquit Philippus) digni sunt aduersarij nostri, q̄ Encratitæ qui quadā specie religionis lapsi vidētur: Illi Sardanapali cōsulto abutūtur prætextu religionis: En noua hæresis Sardana palorū, peior hæresi Encratitæ. Agnoscis lector Philippicos lepores, & euāgelicā modestiā eius qui se euāgeliū restituisse gloriatur: Sardanapalus à quo nobis nomē imponit, Assyrio rū rex fuit, luxu, libidine, & voluptatibus infamis. Qui sunt igitur veri Sardanapali? Nēpe qui totos dies porāt in ganeis certāt sorbitiūculis, ciatorū numeris vincūt, emortuā libidinem pipere, gariophillo, gingibere & id genus alijs falfamētis restituūt, nunq̄ firmis gressibus surgūt à mēsa, quorū ingluui es vtrūq; solē attingit, quorū deus vēter est & gloria, quibus pro ludo est publice palpare mulierculas, amplecti, osculari, lusitare, & à leenicorū ritu minimū aut parū abesse, quibus virginitas nō est mūdicia, cēlibatus est hypocrisis, ieiuniū su perstitio, quibus vt vētri liberius inferuirēt & rei, Christus semel meruit regnū celorū, nec alijs bonis operibus opus est illis, nisi vt credāt sese, vtcunq; vixerūt, saluas fore. Hi sunt mores, hæc placita Sardanapalorū. Attamē opere precii est videre, pro quibus factis aut quibus meritis iudicemur peiores Encratitis, & Sardanapali audiamus. Multi (inquit) hæretici malè intellecta lege Moyfi, cōtumeliosè senserūt de cōiugio, quales fuerūt Encratitæ de quibus supradiximus: Et cōstat monachos p̄simum solitos esse de cēlibatu supersticiosos sermones serere, qui multas pias cōscientias p̄pter legitimū vsum cōiugij perturbauerūt. Nec difficilē nobis esset exēpla cōmemorare: Nā etsi nō dānabāt coniugiū in totū propter procreationē tamē vituperabāt tanq̄ vitæ genus, q̄ vix vnq̄ deo placeret, aut certe nō placeret nisi propter procreationē: cēlibatū verò efferebāt tanq̄ angelicū vitæ genus. Hunc prædicabāt gratisimū deo sacrificiū esse, mereri remissionē peccatorū, mereri aureolas, ferre cētesimū fructū & alia infinita.

Has

Has religiones angelorū Paulus improbat ad Col. opprimūt enim cognitionē Christi, cū sentiūt homines, se iustos reputari propter tales obseruationes, nō propter Christū, deinde opprimūt cognitionē p̄ceptorū dei, cū præter dei præcepta excogitātur noui cultus & præferūtur præceptis dei, quare se dulo aduersandū est in ecclesia his supersticiosas pertuasionibus de cēlibatu, & vt pia cōsciētia sciāt cōiugium deo placere, & vt intelligāt quales cultus approbet deus, sed aduersarij nostri nō requirūt cēlibatū per superstitionē, sciūt enim nō præstari castitatē, verū p̄texunt supersticiosas opiniones, vt imperitis fucū faciāt. Magis igitur odio digni sunt q̄ Encratitæ, qui quadā specie religionis lapsi vidētur: Illi Sardanapali cōsulto abutunt prætextu religionis. Hæc summa est criminū. Propter quæ Philippo visi sunt catholici magis odibiles Encratitis, & digni qui Sardanapali appellētur, quæ criminā equū est, vt mēbratim expēdam. Primū dicit monachos solitos esse de cēlibatu supersticiosos sermones serere. Quos sermones: Nēpe q̄ cēlibatū cōmendat Christus, atq; suadeat, q̄ Paulus cēlibes præferat cōiugibus, q̄ prædicet melius esse nō tradere virginē nuptui, q̄ locare, q̄ ingenuè asseueret cēlibes placere deo, maritos mundo, diuisas esse vxorem & virginē, virgines Christianas corpore & spiritu sanctas. Hi sunt supersticiosi sermones quos monachi serūt, quorum sermonū superstirio etiā apostolū Paulū in ius vocat, ipsius em sunt, sed additur nescio quid de aureolis, quarū nō meminit Paulus. Et q̄ totius criminis caput est, fructus cētesimus virginitati tribuitur. De aureolę nomine, quæ solet virginitati à theologis tribui, nō est aius cū Philippo cōtēdere. Hoc certè verissimū est, quoddā glorię decus ita peculiariter deberi virginibus, vt nemini aliorū quātūlibet perfecto contingat. Quod, inquires, est illud? Id nimirum de quo Ioānes apost. in apoc. Vidi & ecce agnus stabat supra mōtē Siō, & cū eo cētū quadraginta quatuor millia habētes nomē eius & nomē patris eius scriptū in frōtibus suis. Et audiui vocē de celo tāq̄

LI iij

vocem



voce aquarū multarū, & tanq̄ voce tonitruī magni, & voce
quā audiui, sicut citaredorū citarizatiū in citaris suis, & cāta-
bāt cāticū nouū ante sedē & ante quatuor animalia & senio-
res, & nemo poterat dicere cāticū, nisi illa centū quadraginta
quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cū muli-
eribus nō sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequūtur
agnū quocunq; ierit. Habes summā celestis prerogatiue, que
solis est beatis cōcessa virginibus, vt ere nomine quod volue-
ris ad illā significādā, si nō placet aureola. Si quis enim videt
cōtēriosus esse nos talē cōluetudinē nō habem⁹, neq; ecclesia
dei. Porro q̄ monachi tribuunt virginitati fructū cētesimū,
vetustissima est sanctorū patrū interpretatio, ita vt si hac &
huiusmodi occasionibus ad augendū huius disputationis vo-
lamē vellē vti, vel sola trāscriptione possem videri aliquid
magni fecisse: sed quid ego in re nō dubia testibus vtar non
necessariis? Satis sit Hieronymū recepta à vetustioribus hac
euāgelici feminis expositiōe & doctrina vsum fuisse nō mo-
do ad Letā, ad Gerontiā, ad Eustochiū, verū & aduersus Ioui-
nianū. Nā qua frōte audeat quis reprehēdere in nobis, quod
à tali viro & antiquiorib⁹ illo factū accepimus? Hactenus de
primo crimine. Proximū est, q̄ monachi & si nō dānant con-
iugiū in totū propter procreationē, tamē vituperāt tanq̄ vi-
tē genus, quod vix vnq̄ deo placeret, aut certe nō placeret ni-
si propter procreationē. Quā responsionē mereatur tā mani-
festa calumnia, vos viri boni, ad quorū iudicium prouocauit
Philippus obsecro iudicate. Quoties grauitatis vestre ac pru-
dētię venit in mentē, nō possum nō mirari, qui factum sit vt
tā pertinaciter ab ecclesia discesseritis, sed rursus cum ad do-
ctorū vestrorū artes & imposturas oculos cōuerto, quos nō
pudet tā aptē fallere, & quicquid sibi visum fuerit, quo nos
vobis odiosos reddāt & suspectos cōminisci, mirari tātis per-
desino. Ecquis est qui nesciat, vnū de capitibus cōtrouerſarū
q̄ hactenus habuimus cū Luthero fuisse matrimonij digni-
tatē, cui Luther⁹ adimit sacramētū, nos tribuimus? Et nunc
(si

(si Christo placet) audimus nō probari nobis cōiugium, nisi
propter procreationē. Est inter theologos receptissimum &
solēne, tria esse cōiugij bona, proles, fides, sacramētum. Horū
meminit Augustinus sup Genesim ad literā & alijs locis, ab
eo accepit sentētiarum magister. Hinc dimanauerunt p̄ vni-
uersa gymnasia, ita vt nullus sit neq; summarum, vt vocāt, li-
ber, imò nec puerorum vlla chartula, in qua nō inueniantur
explicata atq; digesta. Horum Lutherus & eius asseclę prolē
tātū reliquerunt. Nā fidē sustulerunt diuortio, quo ita sepa-
rari permittunt cōiuges, vt vtroq; viuo liceat alijs cōiungi.
Sacramentum nō modò negāt, verū irridēt. Et interim occi-
ditur nobis q̄ doceamus nō placere deo coniugiū, nisi p̄pter
procreationē. Philippus verò inter hęc nōdū explicat aliud
quā obrē matrimonij placeat, quanq̄ nec placēdi quidē vni
illi deferet, si sibi cōstare velit. Certē Paulus videtur cōiugi-
bus negare plenā facultatē placendi deo, cum dicat cœlibis
studiū esse, placere deo: mariti verò quomodo placeat mun-
do: hoc tamē haud matrimonij vitium est, sed nostrum: cui
vitio vtcunq; mederi potest cœlibatus, nā cōiugio videt̄ au-
geri, sunt tamē alia bona in matrimonio que quotidie p̄di-
cātur à nostris, dū illi ex sacris literis & totius ecclesię traditi-
one sacramēti gratiā & dignitatē tribuunt. Est nāq; sacramē-
tū gratiæ signū efficac, modò sit eius capax interior is, cui ex-
terius sacramētū cōfertur, quod idipsum cū matrimonio af-
feratur à nobis, quis nō videat quātum bonum, imò q̄ mul-
ta bona in hoc vno illi tribuamus? Cur ergo tāto bono sacer-
dotes vti nō pmittim⁹? Quia ipsi se p̄ maiore bono sua spō-
te priuarūt. cur verò etiā nō sacerdotibus & liberis suadem⁹
vt cœlibes viuāt? ego vix crediderim me suasse cuiq̄, tantū
admoneo vt vnusquisq; cōsciētā suā & vires cōsulat, & id se
quat, quod saluti suæ magis expedire iudicauerit. Pro his ve-
rò qui suadent respondebit Paulus, cuius exemplo faciunt,
apertē enim pronunciat velle se oēs esse absq; sollicitudine,
quam secum affert matrimonium, estq; multus in suadēdo
cœliba-



ecclibatū, quā multis nominib' p̄fert cōiugio. Mihi satis est ostēdisse q̄ absit à vero, quod nobis objectū est à Philippo. Tertiū criminis caput est, quod cōmēticijs religionibus angelorū, vt vocat Paulus, opprimamus cognitionē Christi & cognitionē p̄ceptorū dei: cū p̄ter dei p̄cepta excogitantur noui cultus, & p̄ferūtur p̄ceptis: Quare aduersandū est, inquit, in ecclesia his superstitionis p̄sualionibus. Hoc sic verū est, quis nō videat q̄ sit horribile & detestandū nedum aduersandū. Sed quoniā religiōes angelorū vocat monasticā professionē, de qua suo loco differemus, tantum hic attingā, quod ait has esse quas dānat apostol. ad Col. vnde & nomen vsurpat, quod cōstat esse vanissimū, nā apostolus tātum ibi loquitur de superstitionibus iudaicę legis, quę sunt, inquit, vmbra futuroꝝ. P̄stat tamē integrum afferre periodū. Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in p̄te dici festi, aut neomenię, aut sabbatorū, q̄ sunt vmbra futuroꝝ, corpus autē Christi. Nemo vos seducat volēs in humilitate & religione angelorū quę nō vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suę, & nō tenēs caput ex quo totum corpus &c. Hic Paulus solis aduersatur ceremonijs iudaicis, idq; hoc nomine p̄cipue, quod cum omnia illa signa essent & vmbra veritatis, q̄ facta est in Christo Iesu, retinere mordicus & pertinaciter vmbra, nihil aliud erat, q̄ negare veritatē. Signorum enim tā peruicax obseruatio, quid erat aliud q̄ assertio, nondum aduenisse qui signis illis promittebatur. Id erat Christum non obscurare modo, verum & negare. Huiusmodi obseruatiōes Paulo dicuntur angelorū religiones, nō monastica professio de qua nec meminit quidem Paulus, nisi quatenus hortatur ad multa q̄ sequuntur monachi, rametsi nō omnia assequantur. Est autē nominis ratio sumpta à beati Stephani verbis qui legē acceptā esse dicit, vt narrat Lucas, in dispositione angelorū, & isdē apostolus ad Gal. scribit legē esse per angelos ordinatā. Sunt qui hoc nomen referāt ad priuatas reuelationes quas cōminiscebātur Iudęi, quo simplicibus facilius imponerent

ponerēt, ne legē mosaycā paterentur antiquari: ita vt Paulus ironicē nomen vsurpauerit. Verum vt cunq; accipiatur, luce clarius apparet, nihil ad nos attinere, qui ritus quosdā & ceremonias ex diametro, quod aiunt, à Iudaicis dissiidētes obseruamus, vel ad corporis mortificationē, in qua est abstinentia cōtinētię fidelissima custos, vel vt sacra certo ordine peragantur, lā q̄ obicitur, à nobis opprimi cognitionē mādatorū dei quia nouos cultus mādatis p̄ferimus. Si nouos cultus conlilia appellet euāgelica Christū Iesum in partē criminis vocare videtur: is enim interrogāti iuueni respondit: Si vis ad vitā ingredi serua mādata, ad perfectionē verō, proposito consilio quod nullis est hactenus cōprehēsū p̄ceptis, inuitauit: Si vis, inquit, perfectus esse, vade vēde omnia quę habes & da pauperibus & veni sequere me: quanq̄ nō ignoramus perfectionē Christianā solius esse charitatis, qua finis est mādatorū dei, cōsilia verō eō plus vidētur habere perfectionis, quō magis inseruiūt charitati. Verū de hoc copiosius infra. Nunc satis sit ostēdisse qualia sint, & quid veritatis habeat crimina propter quę vocamur à Philippo peiores Encratitis, & Sardanapali: pro quibus meritā gratiā nunq̄ cōmittet, vt referamus. Sed fortassis nos Sardanapalos appellat ob facinora q̄ paulo post ex Satyricis p̄ctis cōmemorat aduersus Romanos: Nos verorū Sardanapalorū doctrinā & mores superius descripsimus, quibus illa cōueniāt iudicet lector, nā vt veritatē tacere nō possumus, itā cōtumelia quenq̄ afficere nolumus, vt Philippus qui Romanis viuētibus & Christianis obicit crimina p̄ctica licētia in defunctos & infideles quondā ita stata peiores verō q̄ Encratitę, ob id vocari nos credo, q̄ ex Paulo citat Philippus aduersum nos. Spiritus autē manifestē dicit, q̄ in nouissimis tēporibus discedēt quidā à fide atēdentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorū in hypocrisi loquētium mēdaciū & cauteriatā habētium cōscientiā, prohibētū nubere & abstinere à cibis, quos deus creauit ad p̄cipiēdū cū gratiarū actione fidelibus & ijs qui cognouerunt

meritatē. Hęc ex Paulo. 1. Timot. 4. sed nos superius nō semel
 respōdimus, q̄ ecclesia neminē cogat ad cœlibatū: tantū de-
 creuit, vt sacerdotes nō fiāt, nisi ex ijs, qui possint & velint
 esse cœlibes. Cur ergo, inquit, prohibet ne sacerdotes qui con-
 tinere nolūt ducāt vxores? an nō est hoc prohibere nuptias
 quod apostol' dānat, & vocat disseſionē à fide? Si hoc esset
 quod Paulus dānat, nunq̄ apostolorū & totius ecclesie decre-
 to sacerdotes arcerētur à cōiugio. Nō est prohibere nuptias,
 vetare, ne qui semel cœlibatus votū suscepit, fiat maritus, &
 irritū faciat fœdus, quod cum Christo pepigerat: Sed quod
 Manichęi & Encratitę heretici faciebāt, docere quęcunq; cō-
 gressum viri & fœminę quantūuis legitime coherentiū esse
 illicitū, & in mundū, hoc est, nuptias dānare, & phibere, nul-
 las credere esse licitas. Lex verō ecclesie nullas dānat aut pro-
 hibet: solū ostendit, quas credūt esse has, nō veras esse nupti-
 as. Quāobrē? Quia nō magis qui se castrauerunt propter re-
 gnū celorū, hoc est, propter euāgelicā pietatē possunt pie gi-
 gnere, q̄ naturaliter, qui naturę defectu aut iniuria mutilant.
 Vtriq; dicuntur eunuchi, quia vtriusq; perpetuō est adempta
 gignēdi potestas: alteris legitima, alteris naturalis, atq; adeo
 neutri sunt apti cōiugio, alioqui inepta videretur illa Christi
 collatio, quā affert Mat. 19. cœlibatus professionē duplici spa-
 donū generi adiungēs & æquās: Episcopi ergo & ceteri eccle-
 sie ministri quorū interest latagere, vt ecclesiastica disciplina
 seruetur, huiusmodi societates sacerdotū & fœminarū iure
 dissoluunt, ac dirimūt, cur enim nō dirimāt publicas scorta-
 tiones & inhonesta cōtubernia, quę nuptiarū fūco perpetrā-
 tur? At occidūt, inquit, multos bonos viros tātū propter cō-
 iugiū: & cū canon iubeat suspēdere sacerdotes, isti parū com-
 modi interpretes suspendūt, nō ab officio, sed ab arboribus:
 Atq; hęc ipsa parricidia ostēdunt hęc legē doctrinā esse dæ-
 moniorū, nā diabolus cū sit homicida, legē suā defendit his
 parricidijs. Omirto in his verbis q̄ legē quā ab apostolis su-
 peri' ostēsum est fuisse sancitā, & ab apostolicis viris p̄petuo
 firmatam

firmatā atq; seruatā, ne sacerdotes ducerēt vxores (ca est em̄
 p̄pter quā facete nimis, vt sibi videtur, dicit homines ab ar-
 boribus suspēdi) legē diaboli appellat, & doctrinā dēmoniorū
 Hic enim maxime locū habet illud Hieronymi: Perfidia ex-
 posuisse, superasse est. Tantū expēdamus an iure plebantur
 illi, qui sacris semel iniciati ducūt vxores. Sūt qui velint mo-
 destē agi aduersus hereticos, & omnia debere tentari, priusq̄
 veniatur ad vltimū discrimē. Quę oīa? Nēpe vt verbis, soli-
 dis rationibus, cōciliorū placitis, scripturarū sanctarū & sacro-
 rū interpretum testimonijs doceātur, & cōuincātur. Omnis
 enim scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendū, ad
 arguendū, ad corripiendū, ad erudiendū. Tim. 3. Quomodo
 aut erit scriptura vtilis nobis, nisi ea in his quę recenset apo-
 stolus vtamur? Video enim vsu receptū esse apud plerosq;, vt
 aduersus illos agant literis & verbis, in quos nō possunt
 seuire verberibus, aut necibus grassari: q̄ si quēpiā miserum
 homuncionē naēti fuerint, in quē liberū sit illis animaduerte-
 re: mox arreptū infami iudicio sistunt, in quo, vt celerrime
 absoluat, & ostēdatur immunis à culpa, criminis tamē no-
 tā nunq̄ nō feret. Si vero aut aliorū cōsuetudine seductus, aut
 circūuentus astutia, fortassis & incuria lapsus deprehēditur,
 statim nō solida doctrina, nō blandę suasiones & monita pa-
 terna (tametsi patres gaudēt appellari) sed carceres, flagra, se-
 cures, aut faces expediuntur: quibus & si corpus afficitur sup-
 plicio, animus tamē nō potest immutari. Solus enim ad hoc
 est idoneus, sermo dei viuus & efficax, penetrabilior omni
 gladio ancipiti, &c. Rogēt tamē aliquis: Quid fiet ijs, qui per-
 uicaci temeritate omnia ista cōtēnunt: scripturas nō audiūt
 nisi perperā expositas & ad eorū dogma p̄tortas: vniuersa-
 lis ecclesie cōsuetudine & patrū autoritate nō mouentur:
 cōciliorū decretis tantisper obediunt, eatenus scilicet, quate-
 nus illis fauere videntur? Quid, inquiet, fiet istis? nun permit-
 tetur illis impune in simpliciū animas grassari, & fidelīū sub-
 uertere cōscientias? Absit. Ego huiusmodi monstra quę cicu-
 riri

fieri nulla diligētia possunt, cū Augustino Hieronymo & ceteris patribus semper radicatus si heri possit, amputanda iudicauit. De qua re memini me olim ad Erasmodū scripsisse. Hoc cōcilio fieri credo cedes illas & supplicia, quę Philippus miris querimonijs & tragicis verbis exaggerat. Haud enim plectūtur sacerdotes, quę vxores habeāt solūmodo, sed quę admōniti eas dimittere nolint, quę falsę cōiuges sunt, & verę cōcubine: neq; hoc solū, verū & ab altaris officio manus nō continent, quod sanctorū patrū decretis Philippus non negat esse cautū. Hęc cōtumacia est, quę à iudicibus animaduertitur, in qua Philippus ipse fatetur inesse schisma, nostris hæresis aperta videtur. Cōtinet enim iudiciū prorsus insanum, quo huiusmodi oēs credunt ecclesiā semper aberrasse, quę hæcenus prohibuit sacris iniciatos coniuges fieri.

Difficillimū est Philippi insolentiā & contumelias in hac materia ferre, nā si respōdeas euāgelica modestia, si contēnas causa videberis excidisse: omnia furiosis clamoribus & cōuiciōrū caligine obnubilat, & vel erroris fiducia, vel causa diffidentia verbosis insultationibus conātur extorquere, quod firmis rationib; nō potest euincere. Argumētationibus suis utcumq; cōgestis, trāsīt ad nostra: illa duntaxat quę sibi dicit fuisse proposita, vt significet nobis nō esse alta: nos quędam hucusq; ptulimus: graniora & efficaciora credimus ab alijs esse producta, aut certe posse produci, verū respōsiones eius afferamus: Primū, inquit, dicūt à deo reuelatā esse legē: vide licet videtis extremā impudentiā istorū nebulonū? Audent affirmare, quę diuinitus reuelata sit lex de perpetuo cœlibatu, cum aduerteretur manifestis scripturę testimonijs, quę iubēt vt vnusquisq; habeat vxorē suā propter fornicationē: item quę vetat dissoluere cōtracta matrimonia. Paulus admonet quę autorē habitura fuerit ista lex, cum vocat eam doctrinā demoniorū. Et fructus indicat autorē, tot mōstrosæ libidines tot parricidia, quę nunc suscipiūtur prætextu illius legis &c.

Quid scriptura sacra iubet, quidue permittat circa cœlibatū

batū & cōiugia, superius exposuimus: nūc satis sit repetere, quod millies suppositū esse volumus. Ecclesia neminē cogit ad cœlibatū, qui cōtinere nō possit, aut nolit, præcipit tantū vt illi tantū qui volūt, an possint ipsi viderint, qui onus vltro subeunt, presbyteri ordinētur, & nō alij, quę lex q̄ ratio nabilis fuerit, ex his quę nobis sunt exposita, iudicari potest nec solis innitimur priuatis reuelationibus, quod genus argumentorū mihi in rebus serijs minimē placet, sed euāgelicis & apostolicis testimonijs & cōcilioꝝ decretis, aduersus q̄ omnia cū Philippus dānet cœlibatū, quē hypocritam appellet, & illi aduersandū esse in ecclesia pronunciat, nunq̄ tamē audiet à nobis, nebulosus, asinus, Sardanapalus, & peior Encratitis, tantum pro his & id genus alijs nominibus aut potius ignominijs Christū precor, vt Philippus nō sit, quę ab ecclesię principibus, iudicibus, & pōtificibus audit. Iā quę de fructibus dicit facile est in cōtumeliā cuius vis legis etiā diuinæ cōuerti, si fructus legis vocētur abusus transgressorū. Lex enim quātū libet bona non potest perficere, vt omnia peccata vitentur, quin quodāmodo peccata multiplicat, dū per occasionē auget concupiscētiā. Rom. 7. Occasione accepta, peccatum per mādātū operatū est in me omnē cōcupiscētiā, peccata igitur illa quę Philippus imputat legi, nō legis fructus sunt, sed carnis & cōcupiscētię, inter quos fructus omnium pessimus est morbus iste insurgēdi aduersus bonas leges propter malos hominū mores, nā caro semper aduersus leges insurgit, non modo trāgrediēdo, verū iudicādo & dānando quicquid legibus etiā diuinis cauetur. Rom. 8. Sapiētia carnis inimica est deo, legi enim dei nō est subiecta, nec enim potest: hæc sapiētia est, quę cœlibatū dānat aduersus Paulū, vt Hieronymū & ceteros ecclesię proceres prætermittā. Et optime dictū est ab apostolo, sapiētiā carnis inimicā esse deo: nihil est enim quod magis carni deū reddat infensum & exosum, q̄ legis cōercio, quia prohibetur voluptatibus suis & cōcupiscētię in seruire, vnde non solū aduersus doctrinā cœlibatus, verū &

aduersus legē continentia multi verbis, plurimi operibus in
 sūgūt, qui ita scortis vti licere sibi putāt, quēadmodū & ci-
 bis, nā cōtinere (inquiūt) quid aliud est, q̄ nature inferre vim
 & eius motibus & inclinamēto, quod illi insitū est à deo, ad
 uersari? q̄ si illis cōiugij remediū afferas, optime (inquiunt)
 quasi mecum possim, miles, mercator, aut qua vis alia causa
 hospes, vxorculā circumferre. Quid q̄ nec vxorē habere pos-
 sum, quādo indotata me ad famē rediget Saguntinā, & quā
 dotē habuerit, mihi inopi & in diē viuētī nō nubet. Hic & id
 genus alijs verbis vtitur caro, ad excusandas excusatiōes in
 peccatis, quin & legis, quā solutis mulieribus prohibet vti,
 fruct⁹ esse dicūt ceterē mōstroſe & horrēde libidines, ac Ve-
 neris monumēta nefandē, vnde & oēs mēchi & scortatores
 mire sibi placēt, & de pudicitia blādiuntur, cū vident, aut au-
 diūt quosdā in id genus celeribus deprehēsos. Quid est hoc
 aliud, q̄ huiusmodi flagitia cōtinētię legibus imputare? Quid
 dicā de his qui grauissima quapiā cōtumelia sunt affecti? q̄
 procaciter aduersantur legi, quę præcipit nobis remittere fra-
 tribus de cordibus nostris, q̄ audacter huic opponūt & præ-
 ferūt illā viri boni descriptionē ex Cicerone: Vir bonus est
 qui multis prodest, nemini nocet (nisi laesit⁹): qua, si pro-
 nisi, habuisset etiā, nihil potuit dici venustius, nihil elegātius
 nihil verius, nihil euāgelicæ philosophię propinquius, sed ad
 illā virtutis perfectionē carnis sapiētia nō potuit attingere:
 spiritus enim & nō carnis est percipere arcanū illud verē pie-
 tatis fastigiū, quod absconditū est sapientibus & prudētibus,
 & paruulis tantūmodo reuelatū: Aduersatur ergo caro legi
 diuinæ, quę præcipit cōtumelias & dāna patiēter ferre, & no-
 xā inferētib⁹ cōdonare, quin & fructus eius esse dicūt cōi-
 cia, probra, maledicta, interdū & verbera, quā procacium fu-
 ror cōtemptę modestiē solet inferre, verū hæc haud diuinæ
 legis, sed humanæ maliciæ fructus sunt: Ad eundē modū &
 illa quę Philippus cōmemorat, nō sunt cēlibatus fructus, sed
 humanę libidinis, quādo quidē & in martis solēt inueniri fre-
 quenter

quēter, nā vltionis seueritatē quā appellat parricidia, superi⁹
 exposuimus esse malū (quod veteri prouerbio dictū est) ne-
 cessariū, quod inuitis, vt reor magistratibus infligitur contu-
 macibus. Ceterū si huius legis alios veriores fructus exigas
 proferā tibi Nicolaū, Martinū, Gregoriū, Hieronymū, Au-
 gustinum, Basilium, & alios Christi pontifices ac sacerdotes
 qui vel ab ineūte pueritia, vel integra iā etate se castrauerūt
 propter regnū celorū: quibus cēlibatus asseruit euangelicā li-
 bertatē, vt ecclesię dei & prōptius inferrent, & creditis sibi
 gregibus expeditius ministrarēt, vt omittā monachos & vir-
 ginū miriades: aduersus quos Philippus nec vnū quidē anti-
 titē proferte poterit, qui coniugis simul & episcopi functus
 officio miraculis doctrina aut insigni quadā ac rara pietate
 in ecclesia enituerit, nā scortatores, adulteri, aut prepostera li-
 bidine, infames carnis & cōcupiscentiæ, vt diximus, fructus
 sunt, quos velut spinas & tribulos Christiana professio, colo-
 num stupore aut negligētia inculta, producit. Hos cēlibatus
 bonis & pudicis habet admixtos, quoniam similis est quilibet
 Christianæ pietatis ordo sagenæ misse in mari, & ex om-
 ni genere piscium congreganti. Mat. 13.

Secūdo loco dicit sibi obiectū fuisse illud Isaię: Mundami-
 ni qui fertis vasa domini, & multa alia dicit esse citata in hęc
 sententiā: quibus omnibus respōdet virginitate sine fide nō
 esse mundiciā corā deo. Quis dubitet? Sed addit, cōiugium
 propter hoc mundum esse, iuxta illud, omnia munda munda-
 dis, & æternas mūdicias & caremonias legis nō esse huc trās-
 ferendas, quia euāgelium (inquit) requirit munditiā cordis &
 subdidit exēpla, quibus cōcludit, cū cōiugium sit mundū, recte
 dici his qui in cēlibatū nō cōtinēt, vt ducant vxores, ita vt
 eadē lex, mūdaminī, qui fertis vasa domini, præcipiat vt im-
 mundi cēlibes fiāt mūdi cōiuges. ¶ Nos aduersus hæc om-
 nia quid obijcimus? Nēpe q̄ Paulus ait, cēlibem esse sanctū
 corpore & spiritu. 1. Cor. 7. quā sanctitatem apostolus Mo-
 saycę legis abrogator inuictus, vt euāgelij vindex acerrim⁹
 viuere-



242
vniuersis Christianis nedū sacerdotibus suadet, & parum ab
est quin præcipiat. Nullū igitur periculū est à superstitione
Iudaica in his quæ autore Paulo sequimur, qui interpretes vi-
detur esse prophetici testimoniū, quod nostri citauerāt, nā q̄
erat Philippus ex eodē, omnia mūda mundis, de cibis dictū
est, quorū delectū abrogat Christiana libertas, at cur non (in
quies) locū habebit etiā in vsu cōiugali: Paulū interroga, cui
vtraq; sentētia est, quanq̄ ciborū mūdiciēs ad idololatrię sus-
pitionē refertur, qua prorsus caret omnis qui fideliter & ci-
tra superstitionē cibis inideliū fuerit vsus, id quod de impari
matrimonij vsu docet apostol. 1. Cor. 7. Sanctificatus est vir
infidelis per mulierē fidelē, & sanctificata est mulier infidelis
per virum fidelē. Itaq; par est in hoc ratio vtriusq; sed non
hic agimus de hisce rebus, quatinus illarū delectū adsequitur
superstitio. Sed quatinus vsus refertur ad cōtinentiā, qua in
re multū interest inter ciborū & cōiugij vsus, nā cibis vtrū
parcissimē qui maximē abstinēt, nō tamen possunt prorsus
nō vti, vsu verō cōiugali potuerunt multi carere perpetuō,
ad hęc ciborū vsus nō comitatur carnis quedā intēperies &
petulātia, cuius naturaliter oēs homines pudet, qualis est in
veneris actibus quantūcunq; legitimis, & in ea sitā esse reor
immūdiciē illā, propter quā cōiuges nō iudicauit apostolus
sanctos esse posse carne & spiritu. Deniq; nō tātum corporis
verū & spiritus sanctificationi obesse mōstratur huiusmodi
vsus, quādo cessandū ab eo cēset Paulus, iis quibus vacandū
est orationi. Eandē doctrinā significat Petrus apostol. epist.
1. cap. 3: Viri similiter (inquit) cohabitātes secundum scientiā
quasi infirmiori vasculo muliebri impartietes honorē, tanq̄
& coheredibus gratiē vitæ, vt nō impediātur orationes ve-
stre. Quāobrē sacerdotes, quorū munus est semper orare, iu-
re decreuit ecclesia maritos nō fieri, negare ergo castū celi-
batum esse mūdiciē & sanctificationē Christianis, est apo-
stolo aduersari dicēti: Bonum est homini, mulierē nō tāgere
& rursus: Volo autē vos oēs esse sicut me ipsum. Et rursus
Dico

Dico autē nō nuptis & viduis bonū est illis si sic permāserint
sicut & ego, & post multa quibus cēlibatū suadet: Mulier in
nupta & virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpo-
re & spiritu: et eiusdē epist. cap. 6. Omne inquit peccatū quod
cunq; fecerit homo extra corp^o est, qui autē fornicatur in cor-
pus suū peccat. Quicquid habet fornicatio corporeę functio-
nis & immūdicię, cōmuni est illi, cū legitimo cōgressu, à quo
solo animo differre videtur, idcirco cōtagio illa qua peccatū
istud afficit corpus peccātis eadē aut similis propemodū est
in actu cōiugij, propter quā apostolus corporis sanctitatē ne-
gat cōiugibus, quā virginibus tribuit. Quandā ergo veram
sanctitatē atq; mūdiciā euāgelio dignā possidet castus cēli-
batus quā cōiuges q̄diu cōiugio vtuntur assequi nō possunt,
& hanc requirit in sacerdotibus suis ecclesia, quē admōdū &
synagoga, dū eius typū gereret, suas mysticas mūdiciēs &
sanctificationes exigebat. ¶ Vltimo dicit obiectū sibi fuisse
q̄ dogma istud ecclesia dānarit in Iouiniano: Hoc argumētū
Philippus librat in antitetis doctus posuisse figuras, nā exor-
ditur ab ironia, mox honesti nominis vmbra sibi fauorē, no-
stris inuidiā cōciliat, tandē erūpit in apertū cōuiciū. Tertiū
(inquit) argumentū horribile est, q̄ hēresis Nouatiani sit cō-
iugium sacerdotū, bona verba. Nouū hoc crimē est, cōiugiū
esse hēresim. Iouiniani tēpore nondū norat mundus legē de
perpetuo cēlibatu: impudēs igitur mendaciū est, cōiugium
dānatū esse, &c. & post nōnulla alia subdit. Quod verō ad Io-
uiniani causam attinet de collatione virginitatis, & coniugij,
supra diximus quid sentiamus. Nō enim æquamus coniugiū
& virginitatē, & si nec virginitas neq; coniugiū meretur iusti-
ficationē. Postremō iuxta rhetorū præcepta, verba cōmiserati-
onis in peroratione multiplicat, nobis minatur dira, princi-
pes, qui dogmati suo fauēt, consolāt, quasi nos nō legerimus
illud Isaię. Et erunt qui beatificāt populū istum seducētes, &
qui beatificātur præcipitati. ¶ Tædet me iā verborū, qua in
recēsendis & confutādis Philippi verbis expendūtur, idcirco
Nn vt ea

vt ea quę per singula essent animaduertēda, in cōpēdiū redigamus, tria p̄cipuē cōtinet respōsio Philippi. Primum est Iouiniani tēpore nondū norat mundus legē de perpetuo cęlibatu. Proximū: Coniugiū sacerdotū nō est hēresis Iouiniani. Terriū: Quod sequitur ex p̄cedēribus, mentirosos esse nostros in eo, quod obiecerant argumentādo. His tribus dictis ordine p̄pōstero respōdendū duxi, vt eisdē gradibus ascendamus, quibus Philippus descendit. Quod postremō dicit obiectū illi fuisse à nostris impudēs mendaciū, nō potest vsque quaq; refelli, quia nostrorū obiectionē scire nō possumus, nisi verbis eius, qui nec fraudis aut vanitatis in referendo teneretur, p̄parat sibi aditū euadendi dicens: nō sibi fuisse factā à nostris copiā cōfutationis, ne coargui possent vanitates & calumnię in illa cōtente. Ego cōgressibus istis nō interfui, idcirco horū omniū fides sit penes Philippū. Opere p̄eciū tamē existimo fore, si dispiciamus an illi cū Iouiniano circa cęlibatum & cōiugia saltē in cōmuni cōueniat, vt ex hoc prudens lector animaduertat, vtra fuerit vanior, nostrorū obiectio, an Philippi responsio, qua dicit sibi cū Iouiniani dogmate nō cōuenire. Iouiniani dogmata mihi scire nō cōtigit, nisi ex autoribus qui eius vel obiter meminerūt, vel confutarūt errores: haud enim, vt credo, extāt illius cōmētaria. Augustinus & alij tantū articulos hēresum recensent. Hieronymus verō aduersus illū scripturus, assertionū capita distinguens, addit etiā argumenta, quibus suā hēresim cōfirmabat. Hieronymi verba sunt: Proponā breuiter aduersarij sententias, & de tenebrosis libris eius quasi de foueis serpētes protrahā: neq; si nā venenosum caput spiris maculosi corporis p̄tegi, pateat quod noxiū est, vt possit conteri, cū paruerit. Dicit virgines viduas & maritatas quę semel in Christo lotę sunt, si nō discrepēt cęteris operibus eiusdē esse meriti. Nititur approbare eos qui plena fide in baptisate renati sunt, à diabolo nō posse subuerti. Terriū proponit inter abstinentiā ciborum & cū gratiarū actione perceptionē eorum nullā esse distantia.

Quartum

Quartū quod & extremum, esse omniū, qui suū baptisima seruauerint, vnā in regno celorū remunerationē. Hos quatuor errores in eo deprehendit Hieronymus, quorum p̄bationes mox etiā his verbis producit. Audite patienter virgines, audite quęso voluptuosissimū concionatorē, &c. ¶ Sunt & alij loci quibus Hieronymus perfunctoriē attingit verba Iouiniani, cuiusmodi est ille in medio ferme prioris libri: Esto (inquit) nuptiarū virginitatis sit diuersa conditio. Quid ad hoc potest dicere? Si virgo & vidua fuerint baptizate, & ita permāserint, quę erit inter vtranq; diuersitas? Et paulo inferius: Frustra, inquit, hęc loqueris quia & episcopi & presbyteri & diaconi vnus vxoris viri, & habētes filios ab apostolo cōstituantur, pro his dictis & alijs, q̄ possent ex aliorū libris colligi sufficiat nobis argumētum Erasmi, viri matrimonio non admodū iniqui, sed autoris. Si quē aliū habet atas nostra, gratissimi. Iouinianus (inquit in argumēto) ex monacho clericus, homo obscurus sed diues, nec eruditus tamē nec eloquēs. Iā olim extinētā basilidis hēresim conatus est instaurare, editis super hac re cōmentarijs, quibus ex diuinę scripturę testimonijs perperā intellectis, probare nitebatur virgines viduas & maritatas eiusdē esse meriti, si cęteris vitę operibus nō discreparēt. Deinde vere baptizatos nō posse relabi in peccatum, quē errorē Augustinus adscribit & Pelagio, ad hęc nihil interesse inter vescētē cibis & abstinentē, modō cū gratiarum actionē sumat. Postremō par omnibus fore p̄miū in regno celorū, quicumq; suū baptisima seruauerint. Hęc cū Romę doceret neminē sacerdotum, aut alicuius nominis clericum in errorē potuit trahere, tantum mulierculas quasdā corrupit, adeo vt hoc audito quędā virgines sacrę p̄uētę iā etatis nupsissent viris. Porro q̄ ipse nō duceret vxorē, id negabat se facere, quod hinc p̄miū aliquod speraret, sed ne molestijs matrimonioꝝ irretiretur, hoc est, nō vt melior esset, sed liberior. Hactenus Iouiniani dogma circa matrimoniū & cęlibatū, autoribus Hieronymo, Augustino Erasmo, perspicuū fecimus.

Nn ij

cius,



imus, nunc quid de hisce rebus Philippus sentiat, ne quit nisi eiusdem verbis intelligi: quæ utinam ita possent interpretari, ut nullam dānati erroris suspensionem simplicibus inferrent: alioquin quid proderit, si nos quatumvis quomoda coacta tamen interpretatione velimus excusare Philippum, & alius imò & alii oēs nolint credere, in scribendo sensisse, nisi quod verba ipsa præ se ferunt: quibus si multum autoritatis detulerint, ut Germani deferunt, erit illis occasio incidendi in hæresim ab ecclesia dānatam, si nihil aut parum, iudicandi illum incidisse, & peribit in cōscientia eius frater, pro quo Christus passus est. Sed fortassis hæc nobis sine causa dicuntur, idcirco quædam eius dicta Ioviniani dictis adnectamus, ut ex utrorumque collatione lector pronunciare de conveniētia aut differētia facile possit.

Quinto loco suarum probationum: Cælibatū, inquit, ideo prædicat aduersarij se requirere, quod sit mundities, quasi coniugium sit immundities, ac peccatū, aut quasi cælibatus mereatur remissionem peccatorum & reconciliationem, coniugium verò non mereatur remissionem peccatorum &c. Et huc allegant ceremonias legis Mosaicæ quod cum in lege, tempore ministerij sacerdotes se parati fuerint ab vxoribus, in nouo testamento sacerdos, cum semper orare debeat, semper debet continere. Hæc inepta similitudo allegatur tanquam demonstratio, quæ cogat sacerdotes ad perpetuum cælibatū, cum quidem in ipsa similitudine coniugium concedatur, tantum ministerij tempore cōsuetudo interdicitur. Et aliud est orare aliud ministrare. Orabant sancti tunc quoque cum non exercebant publicum ministerium, nec cōsuetudo cum coniuge prohibebat, ne orarent: Sed respondebimus ordine ad hæc figmēta. Primum, hoc fateri necesse est aduersarios, quod coniugium sit mundum in creditibus, quia est sanctificatū verbo dei, hoc est, est res licita & approbata verbo dei, sicut copiose testatur scriptura. Christus enim vocat coniugium coniunctionem diuinam cum ait. Quos deus coniunxit. Et Paulus de coniugio, de cibis & similibus rebus inquit sanctificantur per verbum, & orationem, hoc est per verbum, quo cōsciētia sit certa, quod deus appro-

bet,

bet, & per orationem, hoc est per fidem quæ cum gratiarum actione tanquam dono dei utitur. Itē. 1. Cor. 7: Sanctificatur vir infidelis per vxorem fidelē &c. id est, usus coniugalis licitus & sanctus est propter fidem in Christum, sicut licitum est uti cibo &c. Itē. 1. Tim. 2. Saluatur mulier per filiorum generationem &c. Et paulo inferius: Si mundities proprie opponitur concupiscētiæ, significat mundiciem cordis, hoc est mortificatam concupiscētiā, quia lex non prohibet coniugium, sed concupiscētiā, adulteriū, scortationem: Quare cælibatus non est mundities potest enim maior esse mundities cordis in coniuge, velut in Abraham, aut Iacob, quam in plerisque etiā verè continentibus. Postremo si ita intelliguntur cælibatum mundiciem esse, quod mereatur iustificationem magis quam coniugium, maxime reclamamus. Iustificamur enim neque propter virginitatem, neque propter coniugium, sed gratis propter Christum, cum credimus nos propter eum habere deum propitium. Hic exclamabunt fortassis Ioviniani more æquari coniugium virginitati, sed propter hæc cōiugia non abiiciemus veritatem, de iustitia fidei, quam supra exposuimus. Neque tamquam equamus coniugio virginitatem, sicut enim donum dono præstat, prophetia præstat eloquentiæ, sciētia rei militaris præstat agriculturæ, eloquentia præstat architectonicæ, ita virginitas donum est præstatius coniugio. Et tamquam sicut orator non est magis iustus coram deo propter eloquentiam, quam architectus propter architectonicam ita virgo non meretur magis iustificationem virginitate, quam coniunx coniugalibus officiis, sed unusquisque in suo dono fideliter seruire debet, ac sentire, quod propter Christum fide consequatur remissionem peccatorum, & fide iustus coram deo reputetur: Nec Christus aut Paulus laudant virginitatem ideo quod iustificet: sed quia sit expeditior, & minus distrahitur domesticis occupationibus in oratio, docendo, seruiendo. Ideo Paulus ait: Virgo curat ea quæ sunt domini. Laudatur igitur virginitas propter meditationem & studium. Sic Christus non simpliciter laudat hos qui se castrant, sed addit propter regnum celorum, hoc est, ut discere aut docere euāgelium vacet. Non enim dicit vir

Nn iij

ginita-

ginitatē mereri remissionē peccatorū aut salutē &c. Longiorē
 vereor me trāscripsisse sermonē quā solertis lectoris ingeniū
 vellet. Iungatur tamē his alius paragraphus, quo nos Encrati-
 tis cōfert, & quēdā alia quę superius adscripsimus, ex quibus
 omnibus haud erit operosum colligere, q̄ dissideat Philippus
 à Iouiniano. Aequat Iouinianus matrimoniū cęlibatui, dicēs
 eiusdē esse meriti. Aequat Philippus dicēs nullius esse meri-
 ti, habes tamē hic discrimē quo possis alterū excusare ab hę-
 resi alterius, sed cogita vtrū illi qui dānarunt Iouinianū, q̄
 negaret virginitatē aut cęlibatū maioris esse meriti q̄ coniu-
 gium, probassent Philippū qui asseuerat virginitati nullum
 inesse meritū, Iouinianus probat cęlibatū, vt vitę genus quā si
 bi sumpsit, & diuersam esse cōditionē fatetur cęlibis & cōiu-
 gis, ita tamē vt ista diuersitas nō faciat cęlibē meliorē, sed li-
 beriorē. Philippus putat se ab eius hęresi euasisse: q̄ dixerit
 varia esse dona cęlibatus & coniugium, at qualia dona? sicut
 propheta pręstat eloquētię, sciētia rei militaris pręstat agri-
 culturę: eloquētia pręstat architectonicę. Et tamē sicut ora-
 tor nō est magis iustus corā deo propter eloquentiā, q̄ archi-
 tectus, ita virgo &c. Agnosce verba Philippi, nec em̄ quicq̄
 affingo, agnosce ergo & alia apertiora, vt nec in quibus opus
 est pinguiore minerua, possint ignorare conuenientiā. Nec
 Christus, inquit, aut Paulus laudāt virginitatē ideo q̄ iustifi-
 cet, sed quia sit expeditior. Nō hic quaerebatur an virginitas
 sola iustificaret, quod nemo vnq̄ credidit, sed vtrū in Chri-
 stiano sit maioris meriti q̄ cōiugiū, respondebit vt suprā nul-
 lius esse meriti, vt semper sit aliquid quo dissideat à Iouinia-
 no, at quomodo differt? non quidē errores eius corrigendō,
 aut minuēdo sed augēdo, nā & hic aliūde poterat sumi diffe-
 rentia, ab eo videlicet q̄ pœnitētia ductus, q̄ tā modestē lo-
 quutus fuerat de cęlibatu, postea pręfert illi cōiugiū, cum
 dicit, nos nō habere talē locū pro hypocrisi cęlibatus, qualē
 pro cōiugio ipse producit. Citat Iouinianus aduersus eccle-
 siā exordiū Genęseos, & ex vtroq; testamēto colligit matri-
 monij

monij laudes, donec perueniat ad Paulū, ex quo obiicit locū
 prioris epist. ad Tim. quasi ecclesia p̄hiberet nubere. Eisdē te-
 stimonijs vtitur Philippus, eadē obiicit, eadē colligit aduer-
 sus catholicos. Iouinianus tamē haud agrē fert si certo modo
 doceātur homines cęlibatū, quādoquidē ipse cęlebs vixit.
 Lutherus aut, Pellicanus, Oecolapadius, Osiander, Philippus
 ac ceteri huius sectę oēs sunt mariti: cōtempserunt enim cę-
 libatū, cuius votū ferme oēs susceperāt, & ceu rem ignauā &
 immundā abiecerunt. Et Philippus sedulo aduersandū esse
 p̄nunciat in ecclesia superstitionis p̄suasionibus de cęlibatu:
 q̄ si à verbulo superstitionis p̄sidiū illi petas, vt nō quassu-
 bet, sed superstitionis p̄suasiones dānare videat. Vide obse-
 cro quas appellet superstitiones. Prędicare cęlibatū & laudi-
 bus efferre tanq̄ euāgelicę vite genus, dicere hūc gratissimū
 esse sacrificiū, mereri remissionē peccatorū, mereri aureolas,
 ferre centesimū fructū. Horū quēdā affingit, quę nusq̄ sunt
 à nobis prędicata, vt est illud: mereri remissionem peccatorū.
 Cetera haud nostra sunt, sed Hieronymi Augustini & cete-
 rorum, qui olim dānarunt Iouinianum: apud quos frequens
 est illa fructuum distributio, ab origine ecclesię per sancto-
 rum manus vsq; ad nostra tempora deducta: irem collatio
 cęlibatus & angelicę vitę, sumpta ex Christi verbis Matt.
 22. Nō nubent neq; nubentur, sed sunt sicut angeli dei in ce-
 lis. Has p̄suasiones, quibus pleni sunt veterum sanctorum
 libri, Philippus appellat superstitiones: & cum hoc (si diuis pla-
 cet) blāditur sibi, q̄ Iouiniano nō cōsentiat. Sed esto noui do-
 gmatis autor Philippus, quādoquidem ita vult, nihil illi cum
 Iouiniano cōueniat: omittamus eius dicta cum Iouiniani do-
 ctrina cōferre, cōferamus tamen cum sacris literis: Primum
 omnium virginitatem nullius meriti esse vult. At Ioannes
 in apoc. singulare pręmium virginibus tribuit, cuius alij bea-
 ti nō sunt participes, quātacinq; fide alioqui & charitate pol-
 luerint: quis enim sine fide nemo mereatur, nō tamen sola fi-
 des est quę meretur: quod superius est à nobis abunde mō-
 stratum.

firatum. Vocat Isaias eunuchos, hoc est cœlibes, ad singulare
 primum, si modo cetera custodierint, sine quibus impossi-
 bile est placere deo. Verba prophetæ sunt: Hęc dicit domi-
 nus eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ
 ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea
 & in muris meis locum, & nomē melius à filijs & filiabus no-
 mē sempiternū dabo eis, quod nō peribit. Si hoc primum
 cōmune est omnibus iustis, cur Eunuchi specialiter vocātur
 ad illud? quanquā enim mox alienigenas etiā custodiētes pcepta
 dei vocet ad primum, nō tamē quicquid pollicetur, quo se ceteris
 prelatis intelligat. Cōcordat apostolus Paulus prophe-
 tæ, qui. 1. Cor. 7. pollicetur magis beatā esse cœlibē quā cōiuga-
 tā, si permānerit in cœlibatu: Magis igitur aduersatur catho-
 licæ veritati Philippus dicēs virginitatē nullius esse meriti,
 quā Iouinianus, qui dixerat, non maioris esse meriti quā cōiuga-
 tiō. Philippus se cœlibatū secludit à pietate, cōferens illud &
 æquās cū oratoria & architectonica ac ceteris politicis arti-
 bus. Paulus tribuit illi sanctitatē mētis & corporis, & placere
 deo, quod summa pietatis est. Negat Philippus virginitatē
 esse mundiciē, aut sanctitatē, magis quā coniugiū. Propterea quod
 dixerit Paulus sanctificari virū infidelē in coniugio propter
 vxorē fidelē. At Paulus loquitur hic de illo genere sanctitatis,
 & mundiciē, quod securā reddit vxorē, ne infidelis & idolo-
 latriæ viri cohabitatione se pollutā & immundā existimet:
 quæ sanctificatio per quā similis est Leuiticis & externis sanctifi-
 cationibus: Isdem tamē apostolus eodē capite aliā sanctitatē
 veriorē, nempe corporis & animi, tribuit virginibus & innu-
 ptis, quā cōiugiū etiā cū summa fide, quā diu inter officia cōiuga-
 lia versatur, nō potest assequi: Demū tota Philippi doctrina
 si cū Paulo cōferas, ex diametro dissidet à septimo cap. prio-
 ris epist. ad Cor. vt cetera loca prætermittā. Conabitur quod
 discrimē istud effugiat, apostoli dicta suo more interpretari.
 Vbi dixerit apostolus melius, interpretabitur expeditius: vbi
 sanctum, interpretabitur aut simpliciter iustū, vt non possit
 cœlibatus

cœlibatus esse, aut licitū & approbatū verbo dei, vt possit
 esse etiā matrimoniū, vbi Christus regnū celorū interpretabi-
 tur, scripturas discere & docere. At quid hoc tāto labore fa-
 ciet, nisi vt nō solū à sacris literis verū ab ecclesia catholica
 suis interpretationibus se recessisse declarer? Et cū hęc ita se
 habeant, vsque adeo nō oēs stupidos fore, Philippus existimat,
 vt ad cetera omnia conuenientes, solo illo verbulo mouere
 mur. Nō æquamus coniugiū virginitati? Sed quid ego quæ-
 ror. Haud nostra hæc iniuria est o Germani, sed vestra (vt
 nunc tandē ad vos nostra cōuertatur oratio) ad quos cū, ceu
 ad viros bonos, in exordio prouocasset, neminē vestrū pu-
 tauit futurū, cui quicquid esset emunctæ naris, aut integri ac li-
 beri iudiciū, quo posset hæc omnia conferre, & Iouinianū in
 Philippo agnoscere. Iā quod legē perpetui cœlibatus ante Iou-
 niani tēpus nouerit mūdus, vel ex ijs apostolorū & cōcilio-
 decretis cōstat, quæ superius commemorauimus, in quibus
 edita lege cauetur ne possit fieri maritus, qui semel se sacer-
 dotio cōsecrarit, quod si post coniugē ductā fuerit (vt quondā
 necessitate fiebat) sacris initiatus, ab ea separari præcipitur, si
 modo sacerdos haberi voluerit, ita vt semper fuerit cœliba-
 tus sacerdotio indiuidua cōnexus, id cū ipsa verba decreto-
 rum Hieronymus palā facit aduersus Iouinianū, qui pro suo
 dogmate episcoporum ac ceterorum sacerdotū matrimonia adle-
 gauerat ex Paulo. 1. Tim. 3. cui inter cetera hęc respōdet Hie-
 ronymus. Sed & ipsa episcopalis electio mecū facit, nō enim
 dicit eligatur episcopus, qui vnā ducat vxorē, & filios faciat
 sed qui vnā habuerit vxorē, & filios subditos in disciplina.
 Certe cōfiteris non posse esse episcopū, qui in episcopatu fi-
 lios faciat, alioqui si deprehensus fuerit, nō quasi vir tenebitur
 sed quasi adulter dānabitur, aut permittit sacerdotibus exer-
 cere opera nuptiarū vt idē sint virgines quod mariti, aut si sa-
 cerdotibus nō licet vxores tāgere, in eo sancti sunt, quia imi-
 tatur pudicitia virginalē. Er parū infra: Oportet episcopum
 irreprehensibilem esse vt nulli vitio mancipatus sit, vnus
 vxoris

uxoris virum, qui vnā vxorē habuerit, nō habeat, &c. Ibidē
 etiā obseruat Hieronymus, quod superius attigimus, eo tem-
 pore apostolos pmisisse, vt episcopus esset vnus vxoris vir
 quādo recēti adhuc ecclesia nō poterāt inueniri tot virgines
 nec cœlibes quidē, quot episcopis & sacerdotibus opus erat.
 Obseruemus & nos in v̄bis Hieronymi, tāta seueritate fuisse
 cautum, ne episcopus, ne sacerdos, vxorē haberet, vt tunc cū
 nō poterāt ordinari nisi mariti, cogereñt mox ab ordinatiōe
 dimittere cōiuges. Si deprehensus, inquit, fuerit: nō quasi vir
 tenebitur, sed quasi adulter dānabit. Nō hic spectemus Hier-
 onymū, cuius verba sunt, tamen si habet, vt par est, multum
 pōderis eius autoritas, sed attēdamus tēpora illa quibus hic
 erat mos totius ecclesie, tā vetustus, tam receptus, vt ex eo,
 tanq̄ ex re quę ab ipso etiā aduersario negari nō poterat, col-
 ligat, ecclesiam semp̄ cœlibatū cōiugio prētulisse, adeoq̄; decre-
 uisse, vt sacerdotes aut eligerentur cœlibes, aut electi fierent
 si talē locū, imō si tales locos (nā Hieronymi verba nō eius,
 sed sanctorum precedentū & cōcilioꝝ sententias continent)
 posset proferre Philippus, ad cōfirmādum sacerdotes aliquā
 do duxisse, quas tragœdias nobis excitaret, quas q̄relas, quas
 minas, quos terrores nobis incuteret, quibus nos execratio-
 nibus deuoueret, q̄ diris, q̄ terribilibus? q̄ tumidū euge suis
 caneret principibus? quorum vicē, ita me Christus amet, vt
 vehementer doleo. Ecquid est magis dolendū, magisq̄; lugen-
 dū, atq; tot viros genere illustres, maiorū cum imaginibus,
 tū insigni (vt fuerāt nō ita pridē oēs germani) pietate claros,
 ad hęc musarum (quod illorum pleriq; sunt) alumnos & con-
 tubernales, ita fascinosos esse, & velut circeis poculis demen-
 ratos à Luthero, vt eius & ceterorum fraterculorū ac sacrifi-
 culorū libidini supplices inseruiant. Hęcine est decus germa-
 nicum, & peculiaris illa animi collitudo, qua ceteras natiōes
 anteire dicūt? Hęcine est antiqua illa germanorū cū pietas,
 tum grauitas, quę semper à doctrina Christi suscepta, ecclesiam
 religione coluit, fidei simplicitate sustinuit, armis prouexit?

Itane

Itane Lutherus, Pellicanus, Oecolāpadius & ceteri profesio-
 nis suę desertores nō poterāt voluptatibus indulgere, oble-
 qui veneri, & libidinis suę frena laxare, nisi tota pene Germa-
 nia cōsentiente, probāte, fauēte? Quę olim cum ecclesia non
 ferebat legitimas sacerdotū vxores, cohabitare maritis: nūc
 aduersus ecclesiam pugnat ne monachi & sacrificuli quidā se-
 parentur à cōcubinīs? Hęc fierent, si testiculi vena vlla pater-
 ni viueret in vobis? Siccine nō pudet Germaniā, quę quōdā
 romanorum arma, tyrannorum seuciā, hæreticorum etiam
 Arrianorū furorē excelsa quadā animi magnitudine & in-
 genuitate cōtempnit, in cuius laudibus magnificis alioqui &
 opulenti semper cōstantia sibi primas obtinuit, nunc tā ab-
 iectē, tā effœminatē, tā indecorē impudicis quibusdā frater-
 culis cessisse, vt patiatur se ab ecclesie totius cōmuniōe di-
 uelli, ne illi diuellant à scortis? Videtis quātus se cāp̄ aperiat
 quæ se nobis offerat copia perorādi, si rhetoricis schematibꝰ
 & Philippi coloribus vti vellēt? sed ea est causę quā defenden-
 dā suscepimus ratio, vt nō tā splendide orationis ornāmēta,
 q̄ solida argumēta desideret: quę vter nostrū expeditius pr̄tu-
 lerit, & aptius quibusuis etiā Germanis, modo liberi sint &
 integri, iudicare permitto, ita tamen vt de totius causæ sum-
 ma nemo hominū, nec angelus quidē de celo, secus ac iudica-
 tum est ab ecclesia, pronunciare pr̄sumat.

PHILIPPICA VIGESIMA.

De monastica professione.



Bsoluta causa cœlibatus illorū, qui sacris or-
 dinibus iniciati, ecclesie tātum legibus con-
 tinent, reliquum est, vt quod in pr̄cedētis
 disputatiōis polliciti sumus exordio, de ijs
 disseramus, qui nō ecclesiasticis tātū decre-
 tis aut sacramenti necessaria cōsequutione,
 sed voto, nulla lege, nulla loci gradus aut ordinis necessitate
 sed sua tantūmodo sponte suscepto, tenent ad cōtinendū, su-

Oo ij

per

per quorū instituto prolixius olim cōferētes scripsimus ad
 Erasmi, virū quidē doctū simul & piū, sed in quo frequēter
 modū desideres, quē ego honoris potius, q̄ cōtumeliæ causa
 nominatū volo, etenim ea dicā, quæ ille nonnunq̄ ioco, inter
 dū & serio agnoscit. Huic cū tā apertē bellū mihi suscepisse
 videretur aduersus monachos, vt p̄fessionē interdū ipsam
 nedū mores, subinde traduceret, decreui admonitione cōsu
 lere, & fus (quod aiunt) minernā docere, nō quæ illum crede
 rē ignorare, sed quæ vel p̄cipiti scribēdi libidine, vel immo
 dico christianæ pietatis zelo minus attentē cōsiderasse vide
 batur. Quāobrē quādo veritas, cui soli nauamus operā, ora
 tionis aut verborum varietate nō indiget, satis ad huius loci
 explicationē erit, quicquid ibi diximus, vel p̄cipua quædā
 trāstulisse. Productis quibusdā verbis Erasmi ex epistola ad
 Paulū Volziū abbatē, & cōfutatis, adiūcio. Hactenus de exter
 nis obseruationibus & delectu. Nunc de votis, quæ nos inte
 rius attingunt, attētius aliquāto cōferamus, in quorū cōtem
 ptū ne repēte aut sine causa incidisse videreris, de monacha
 tus origine p̄loquutus, mille cū annorū vetustate cōcludis
 atq; in Benedictū & Bernardū tibi primos monachos refers.
 At nō ita visum est Basilio, nō Hieronymo, nō Augustino,
 nō demū religiosissimo viro Ioanni Casiano, qui quo pro
 pinquiores apostolorū tēporibus fuere eo te melius verissimi
 le est monachatus originē prospexisse. Hi oēs monachorum
 institutū ab apostolorū tēporibus repetunt & institutis, quos
 nihil nisi pium credibile est homines docuisse: vtpote qui ni
 hil p̄cipiebant: quod prius à Christo nō didicissent. Sed tu
 cuius studium videtur monachorum p̄fessionē dericere.
 Non admodum, inquis, desiderabimus tria illa vota ab ho
 minibus reperta. De votorū nomine, vtrū vota ne an polli
 citationes, p̄missiōes aut pacta appellanda sint, superfluum
 esset nunc & puerile cōtendere. De re aut ipsa, hoc est, de ani
 mæ sese hostiam viuam deo offerētes cōsecratione atq; dedi
 catione, quæ sit primo quidē in baptismo vitæ æternæ cun
 ctis

ctis hominibus ianua, postea verò non vno modo & fieri po
 test, & refici, quorum omnium arctissimus est p̄fessio cu
 iusdā euāgelicę p̄fectionis, cuius verbum non oēs capiunt,
 etiā illi qui eius instituto se verbis & extimo cultu tradide
 runt, quam monachi tribus illis votis exprimimus. De hac
 inquā, audeo dicere, q̄ nō hoīs cuiusuis adinuētio sit, sed dei
 & hoīs Christi Iesu totius virtutis ac pietatis magistri tradi
 tio, q̄ multa solos docuit apostolos, quæ turbę aures p̄ animi
 crassitudinē & curarū seculariū strepitū ferre nō poterāt. hęc
 vt manifestiora fieri possint, vota singula seorsum cōferam.

Primum omnium cœlibatus votū proferatur, quod ple
 runq; sine alijs suscipi solet, iuxta cōsiliū apostoli dicētis: Bo
 num est homini mulierē non tāgere, propter fornicationē
 aut vnusquisq; vxorē suā habeat. Et rursus. Igitur qui ma
 trimonio iungit virginē suā bene facit, & qui nō iungit me
 lius facit: Et rursus de vidua: Cui aut vult (inquit) nubat tā
 tum in domino. Beatior aut erit si sic permāserit secundum
 meū cōsiliū, puto aut q̄ ego spiritū dei habeā. Hoc itaq;
 votū nō rārum ab apostolo, verū & ab ipsius Christi doctri
 na originē ducit. Scribit em̄ Mattheus differēti Christo de
 matrimoniū fœdore q̄ nulla posset ratione dissolui, respon
 disse discipulos: Si ita est causa hominis cū vxore non expe
 dit nubere, quibus Christus ait: Nō oēs capiunt verbū istud
 sed quibusdatū est, sunt enim eunuchi, qui de vtero matris
 nati sunt: & sunt eunuchi, q̄ facti sunt ab hominibus, & sunt
 eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnū celorū. Qui
 potest capere capiat. Ex his Christi verbis facile (vt reor)
 erit vniciq; colligere, cuius instituto cœlibatum amplecta
 mur. Christus etenim ipse hęc egregiā virtutē cōmēdās, ad
 eius nos cōtentionē inuitat dicēs: Qui potest capere capiat.
 Iure aut p̄ceptioni addidit tēperamētū, quoniā vt prius di
 xerat non oēs capiunt verbū hoc, id est, nō oēs assequuntur
 hoc ordine p̄fectionis fastigiū. Dixit aut quispiā. Ego cœ
 libatū à Christo cōmēdatū haud nego, verum q̄ huic tam

raræ difficultiq; virtuti se quisq; astringat voto nō dei sed ho-
 minū esse traditionē confirmo. Hoc opus, hic labor est, ad-
 struēdi nō cœlibatū sed necessitatē perpetuo continēdi, quæ
 proficiscitur ex voto, quā ratiocinatione prius, mox ipsius
 Christi verbis demonstramus. Principio vouere res hone-
 stas, studiosas, pias, honestū ipsum etiā esse ac deo gratū, per
 sacras literas manifestius q̄ vt dubitare possimus, apparet, si
 voto (inquit deus ipse) vel spōte quispiā obtulerit hostiā ea
 dē similiter adetur die, qui locus duobus modis pietatē præ-
 stari significat, spōte scilicet, cū quis nulla se astrinxit neces-
 sitate, & voti nūcupatione, quæ scilicet spōte suscipiatur, neces-
 sario tamē quod semel promissum est exhibetur, vtrunq;
 modū deus probat, vtrunq; cōmēdat, quod idipsum eiusdē
 verbis aut similibus horū quæ modo citauimus Moyses nō
 semel declarat. Hinc est illud, quod. i. Paralip. dicitur. Letat^r
 est populus cū vota sponte promitterēt, hoc est, quod dixi-
 mus, vota spōte offerri, necessitate præstari. Ne temere quid
 loquaris (inquit Salomon) neq; cor tuū sit velox ad proferē-
 dū sermonē corā deo. Et parū infrā. Si quid vouisti deo ne
 moreris reddere, displicet em̄ isti infidelis & stulta promil-
 sio, sed quodcunq; voueris redde, multoq; melius est nō vo-
 uere, q̄ post votū promissa nō reddere. Apparet igitur his
 locis & id genus alijs quæ in eandē sententiā possent afferri,
 vota quæ de rebus pijs cōcipiuntur, & nuncupātur, & bona
 esse, & placere deo, cui bona cuncta placent. Cœlibatū verò
 rē esse nō modo bonā verū & optimā palā faciunt Christi
 verba illa quæ produxeramus, ex quibus efficitur, cœlibatus
 votū ipso deo authore suscipi, cui gratū esse tū locis scriptu-
 rarū tū rationatione monstrauius. Quid q̄ Christus ipse
 (vt quod de verbis eius pollicitus sum nō patermittam)
 haud quencunq; cœlibatū, sed perpetuū & cōstātē, quicūq;
 nullo modo differuisse liceat, spadonū illa distinctione com-
 mēdat, ipsa enim vox per triplex spadonū genus distributa
 de illis Christū differuisse significat, qui nullo modo aut iu-
 re

re vsquequaq; generare possint. Hi sunt em̄ quos eunuchos
 & spadones appellamus, quorū duo genera Christ^{us} exposuit,
 quibusq; tertiū addidit, eorū videlicet quibus nec vis nec na-
 turæ viciū, sed pietas gignēdi potestātē subtraxit, vt quēad-
 modū vtriq; illi non possunt naturaliter gignere, ita vt hi
 qui sibi pietatis causa gignēdi ius ademerunt, nō possint nisi
 impie generare, quod idipsum nequit, nisi his qui voti susce-
 ptiōe continēt accidere; alioqui cœlebs etiā si sit virgo, quo-
 tiescunq; voluerit, pie tū nubit, tū ducit, si cœlibatū deo non
 promisit quādoquidē nō est eius cœlibatus castratio illa quā
 Christus cōmēdat, & suadet, dicēs: qui potest capere capiat,
 quibus ego verbis Paulina quēdā adiungo, Et qui nō potest
 capere nō contēnat: alioqui Christū ipsum nō modò cœli-
 bē sed & virginē spernit, quē virgines soli sequuntur quo-
 cunq; ierit, quiq; vsq; adeò cœlibes honestare decreuerit, vt
 matrē nō elegerit, nisi eā quæ cœlibatus votū perpetuò sus-
 ceperat. Aliās qui posset virginis illa respōsio cū angelica le-
 gatione cōgruere: Quomodo fiet istud quoniā virū nō co-
 gnosco? Potuit nimirū illi ab angelo respōderi: Erh̄ hactenus
 nō cognoueris, quid miraculi habet cōceptionis & pariendī
 promissio facta virgini, quæ & adulescētula est, & despōsata
 viro? Sed hanc respōsionē excludebat virginis animus, qui
 certū erat & pollicitatione aut si maus inuiolabili proposi-
 to (puerile est enim de nominibus contēdere) fixū perpetuò
 cœlibē fore. Hoc est quod nos votū cœlibatus appellamus,
 cuius autorē habemus Christū, exēplo verò eius matrem,
 hoc inter cetera nomine super oēs fœminas benedictam, q̄
 prima omnium hoc se voto deo rotā dicauit & astrinxit, idq;
 nō authoribus Benedicto, Bernardo, aut antiquiore Basilio,
 sed Christo ipso celestis disciplinæ magistro, qui vernātis li-
 bi candorem, quem cunctis erat fidelibus cōmendaturus,
 in virgine matre sumptis primitijs cōsecrauit. Hęc prolixi^{us}
 quàm opus erat. Nunc aliud de tribus votis conferamus.

Hæc est voluntaria paupertas, cui promissum est regnū
 celestium

celorū, diuitibus ingressu difficile, ne dicā impossibile, nota
sunt Christi verba apud Mat. quibus hæc omnia cōtinētur
quibusq; pronūciat rex omniū abdicationē nō quācunq; sed
que voto cōcipitur, ad euāgelicā perfectionē multū confer
re: Si vis (inquit) perfectus esse vade vēde omnia que habes
& da pauperibus & sequere me, quo in loco eadē qua supe
rius ratiocinatiōe colligere possumus, perpetuē paupertatis
promissionē & piā esse, & deo gratā: sed maiora molimur,
ostēdere videlicet, nō de quacunq; paupertate Christū esse
loquutū, sed de ea que voti nuncupatione cōfirmatur, eanq;
esse que nobis gradū facit ad perfectionē. Hoc venditionis
verbū significat, q; spē adimit, quas semel abiecerimus facul
tates, rursus recuperādi. Cur enim vēdere suadet, si non per
petuō deserēdas docebat? Potuit pfecto dixisse: Vade & em
niū que habes, seposita cura, eorū dispēsationum alteri trade,
aut penes aliquē bonorū tuorū facultates depone, vt me expe
ditior sequi possis, sed hoc nō esset illius summæ virtutis, q
perfectionis aditū cōtinēt, disciplinā nobis tradidisse: que, vt cē
libatus spadonis nomine nuptiarū ius adimit in perpetuū, ita
vēditionis verbo omnē diuicias habēdi spē & affectū euāge
licā perfectionē capeissentibus subtrahit. Hoc igitur Christ
hic agit vēditionē, quod superius castrationis verbo signifi
cauerat, vtrobiq; perpetuā & irreuocabilem perfectionis ag
gressionē suadet, quā nos voti nūcupationē appellamus, vo
ce si nō euāgelicis literis aut apostolicis expressē tradita, cer
tē re quocunq; eā velis appellare nomine, nō ab alio q; à Chri
sto accepta, quanq; & nomē ipsum sæpe aliās est sacris literis
vsurpatū quoties aliquid firmū constās & irreuocabile deo
offerri declarāt, cuiusmodi cœlibatum aut paupertatē, quæ
Christus nobis cōmēdauit & docuit, esse debere probauim.
Sed hic fortasse quispiā obiiciat, haud esse credibile christia
nos oēs apostolorū tēporibus monachos fuisse, aut paupertatis
votū suscepisse, cum tamē legātur oēs iuxta hūc, quē modo
produximus, euāgelij locū vēdidisse omnia quæ habebāt &
in pati-

in pauperū vsu erogasse, fuisseq; omnia tā diuitib' q; pauperi
bus cōmunia, distributa singulis pro vt erat opus vnicuiq;
quod idipsum si monachorū est institutū necesse est nos fate
ri oēs illius tēporis Christianos monachos fuisse, quod nec
verisimile est, & ecclesię ratio quæ multiplici cōstet diuerso
rū ordinū, p̄fessione nequaq; id nos credere finit. Huic ergo
argumētationi respōdeo, non esse meū disquirere à quibus, q;
multis, quare, quot modis tēporalia bona contēni & in pau
perū vsus erogari possint, nā multa fiunt à monachis, quæ à
quibusuis Christianis fieri posse, & interdū fieri, sine mona
chatus adscriptione nō ignoramus: quorū pietas peculiaris &
tēporanea nihil detrahit publicæ pietatis p̄fessione, qualis
est monachorū institutio: sed & negari mihi posse, videor, vt
aliter obiectioni respōdeā, quod primo ad colligendum pro
ponitur, oēs scilicet Christianos apostolorū tēporibus bona
sua abiecerisse, vēdidisse, tradidisse pauperibus. Fecerunt hoc
multi in Hierosolimitana p̄sertim ecclesia, sed nō oēs, quot
quot aut fecerunt, quid erit si fateamur monachos fuisse, aut
si nomine offendaris id fuisse, quod monachi esse conantur
p̄fiteri, rametsi multi nō assequantur? Extāt apostolorū scita
illa omniū prima atq; celeberrima, quibus cauetur, vt cōuersi
de gētibus abstinēt à sanguine & suffocato & fornicatione.
Sanguinē & suffocata, quorū abstinētia data est ad tēpus Iudeo
rum neophitis, quibus cōuiuēdum erat ceteris Christianis,
omittamus. De fornicatione, te rogo, an ne credis bona sua
in fidei susceprione deseruisse, qui se nec à fœminis quidē nō
suis cōtinebāt. Credo igitur oēs illos aut illoꝝ plures, de qui
bus scriptū est. Multitudinis credērium erat cor vnū & ani
ma vna, neq; quisq; eorū que possidebat aliquid suū esse dice
bat, sed erāt illis omnia cōmunia, monachos fuisse, si nomi
nis humilitatē nō contēnas, quādoquidē & illa facultatū ab
dicatio nō sine publica fiebat contestatione quadā, quæ pro
fessionis & voti speciē videretur habere, alioqui haud intel
ligo in quo Ananias fuerit spiritui sancto mentitus, de quo

Scriptum sit: Anania cur tentauit Satanas cor tuū, mētiri te spiritui sancto, & fraudare de precio agri: nōne manens tibi manebat, & venundatū in tua potestate erat? quare posuisti in corde tuo hāc rē, nō es mētirus hominibus sed deo. Manebat ager Ananię Christiano, ante vēditionē agri, manebat & agri preciū illi post vēditionē, nec mortuus fuisset, si agrū nō vēdidisset, nec si vēditi se precio nō abdicasset. Quid ergo abrenunciādo facere voluit, si iā Christianus erat? profecto monachus fieri decreuerat, aut si nomine offendaris, euāgelicā se velle paupertatē amplecti conceptis verbis professus est, quibus spiritui sancto mētibus cōuincitur, eō q̄ non vere & simpliciter, quod ceteri eiusdē professionis cōfortes pręstaret, fecisset, perpetuā scilicet integrā perfectā paupertatē, cuius votū cōceperat, amplecti, & cuiuscunq; rei vel minimæ tanq̄ propriæ possidēdæ sibi ius & sp̄e prorsus adimere. Erāt igitur oēs illi quorū meminit Lucas, quosq; describit in cōmuni viuētes, euāgelicę paupertatis professores sub apostolorū & reliquorū Christi discipulorū pastoralī ducatu viuētes. Postea verō q̄ apostoli & proceres discipulorū ob euāgelij negociū larius peragēdū, per totū dispersi sunt orbē, ij qui sub apostolorū magisterio nō modo fidē Christi, verū & euāgelicā perfectionē professi fuerāt, quibusq; apostolicus adhuc inerat pietatis ardor, ne ceterorū Christianorū, remissius viuentiū, cōtagio & ipsi tepescerent, discedētes à ciuitatibus suis in locis suburbanis ac secretioribus cōmanere cęperunt, ac sub euāgelica regula & aliquibus forte institutis haustis vt verisimile est, ab ipsa apostolorū doctrina, verbo dumtaxat tūc tēporis tradita agminatim viuere qui, p̄pterea q̄ segregati à ceteris fidelīū turbis naturales societates viri scilicet & vxoris parentis & filij, domini & serui, sola euāgelicā cohabitatione cōtenti respuebāt, castrātes semetipsos propter regnū celorum, & propter æternę hereditatis thesauros inenarrabiles in terra thesaurizare nolentes, monachi appellari à ceteris Christianis cęperūt. Horū itaq; studiū monachatus

chatus ille est, quē tu pietatē esse negas, nā monachorū hierarchę Basilius, Benedictus, Bernardus, & reliqui oēs, non tā monachatus exorientis institutores, atq; delabentis (vt hominū studia quātumlibet pia, tādē m̄ frigescent) restitutores fuerunt: quēadmodū & de Antonio antiquiore etiā monacho Hieronymus p̄dit, q̄ nō tā ipse ante oēs monachos fuit q̄ ab eo omniū incitata sunt studia. Quorū omnium? nō certe Benedictensium aut Franciscanorū, qui nondum erāt, sed eorū qui de apostolorū reliquijs adhuc perdurabāt, quorum temporibus proximus fuit Antonius. Et hi quidem primo ceteris christianis minus cōmunicabāt, nō de dignationis cōtemptu, sed proprię vtilitatis intuitu, cui soli prospicere licebat, & cōsulere, tunc cum publica vtilitas eorū operā haud desiderabāt, nā episcopi & sacerdstes adeō salutis animarum cupidi erāt & studiosi, vt qui episcopatū expeteret, bono cui dā laborioso & operoso, vt Paulus ait, se m̄ciparet, & presbyteri episcoporum vices piē & fideliter exequēbātur: neq; de decimis aut prędiorum iure erat eis cōtentio, sed de euāgelici muneris functione, in qua nō solum piecate, verum & æmulatione quadā, vt significat Paulus, Christus annunciabatur, q̄ illi honoratiore habentur, nō qui ditiores essent aut satellitibus stipatiore & exoletis, sed qui in euāgelio predicādo & ardentiores & frequentiores, Quāobrē nulla monachos tunc temporis cogebat necessitas, vt cellularum recessus egrederent, tā paucis credentibus, vt potius vulgi multitudine infici possent & opprimi, q̄ pauculis illis fidelibus de quibus summa erat cura episcopis & presbyteris subuenire. Porro cum successu temporum credentium augerēt multitudo, & principum seuitia in christianos in dies remitteret ita vt ecclesiarū episcopi & ceteri ministri fidelīū oblationibus ditari iā inciperēt, cępit abundare iniquitas, charitas frigescere, rerū tēporaliū sollicitudo episcoporū mentes ab euāgelio munere seducere, monachorum & quorumcunq; piōrū hominū ac sapientiū opera in ecclesia desiderari: cuius occa-

fionis prae-textu monachi familiaris, & (vt ita dixerim) man-
 fuerit reliquis christianis comunicabatur: quibus salubria cō-
 filia & aeternae vitae impartiebantur praecepta: huius rei causa
 ceperunt in precio & veneratione maxima in populis habe-
 ri: ita vt sicut ex Dionisij, Hieronymi, & Augustini literis col-
 ligitur, magna esset episcopis & ceteris ecclesiae p̄ceribus cu-
 ra, de monachorum iudicio in separandis hereticis à cōmu-
 nione fideiū, qui tunc habundantius pullulabant: episcopi etiā
 maxime vererentur monachorum offensionem ob sapien-
 tiā & sanctitatē, quā in eis populus venerabatur, & suspicie-
 bat. Hac autē omnium ordinū obseruātia monachorū nōnul-
 li (vt est hominū ingenū incōstās) abusi, plus iusto ceperūt
 isolescere & autoritatis arrogare sibi: alij extra cœnobita diu-
 tius euagari, q̄ necessitas exigebat, & monastica ferebat disci-
 plina, vnde coacti sunt episcopi, sinodici actis ad quosdā eos
 regulas modestiae & honestioris vitae instituta reuocare, &
 monasteriorū praepositis vt eos in pristina viuendi norma &
 quiete cōtinerēt praecepere: cuius rei gratia obediētię votum
 fiebat, vt omnis creatura, iuxta doctrinā apostoli, potestati-
 bus sublimioribus subderetur: Monachorum igitur insolē-
 tia in causa fuit, vt obediētiā cōceptis verbis profiterētur.
 nō q̄ eius votū tunc tēporis primō ceperit, sed q̄ nō ante
 hac tāta prae-stabatur circumspectiōne: nō erāt prae-scripta ver-
 ba vouentibus, nec eius custodia tāta censura exigebatur à
 prae-positis, alioqui monachi cœnobitę prae-ferim qui sub hoc
 nomine, cōmunius intelligi solēt, nunq̄ sine obediētię arctissi-
 mo vinculo fuerunt, nec esse quidē potuerunt, cū hoc euāge-
 licę militię symbolum, sicut & alia duo, de quibus haecenus
 differuimus Christus ipse nobis tradiderit, quod idipsum
 nobis conferendum superest.

Distulimus vero haecenus de obediētia cōferre, quoniam
 aptius vltimo loco tractatur, quę finis est & velut scopus to-
 tius monasticę professionis. Videntur hoc prophete verba
 significare, quibus dicitur: Nūquid vult deus Holocausta &
 victimas,

victimas, & nō potius vt obediāt voci dñi: Melior est enim *1. Reg. 15.*
 obediētia q̄ victima, & auscultare magis q̄ offerre adipē arie-
 tū: quoniā quasi peccatū ariolādi est repugnare, & quasi sce-
 lus idololatrię nolle acquiescere. Apostolus quoq; Paulus vt
 obediētię fastigiū nobis in Christo cōmēdaret, incōprehen-
 sibili quodā mysterio eā didicisse prae-dicat, dicens: Equidem *Heb. 5.*
 cū esset filius dei, didicit ex ijs quę passus est obediētiā, & cō-
 summatus factus est omnib⁹ obtēperātib⁹ sibi causa salutis
 aeternae. Porro postremā esse obediētiā in monastica p̄fessi-
 one, & ceterorū omniū quę profite-mur, quasi finē & scopum
 ideo dicimus, quia ad eius absolutiorē p̄fectionē reliqua duo
 vota prae-cedere oportet, & inferuire, nā qui potest homo al-
 terius se totū volūtati & imperio mācipare, nisi prius ab om-
 niū se rerū seruitute prorsus absoluerit: Nemo (inquit Chri-
 stus) duobus dominis seruire potest: idcirco eū qui perfectæ
 obediētię holocaustū offerre decreuerit, à cōiugij primum
 vinculis liberū esse oportet: mulier siquidē, vt apostolus ait,
 nō habet potestātē corporis sui, sed vir: similiter nec vir po-
 testātē corporis sui habet, sed mulier: necesse etiā illi est, vt
 à diuitiarū se & quarūcunq; tēporaliū facultatū tyrānide vē-
 dicet, quādo nō modo qui vxorē duxerat, verū & qui villā
 quiq; iuga bouum emerat, celesti conuiuio rei familiaris curā
 causati nō interfuerūt: à quo autē superatur, quis eius seruus
 cōstituitur. Asserendus igitur primo est animus in libertatē
 duobus votis, paupertatis scilicet & cœlibatus, vt ingenuē
 Christi seruituti per obediētiā nos toros p̄fectē dedamus.
 Significauit hoc Christus qui cœlibatu exposito & paup̄tate
 cōmēdata addit adolescētī, quē ad paupertatē adhortabat. *Mat. 19.*
 Er sequere me. Sequimur illum, cuius gressus & obseruamus &
 imitamur. Christus autē obediētię prae-ferim institit via, ita
 vt Paulus ad hoc factū hominē (quod superius citauimus)
 prae-dicet, vt obediētiā ex ijs q̄ passus est dicēs, fieret obtem-
 perātibus sibi causa salutis: & quanq̄ est quādā obediētia, q̄
 vulgo credentiū satis sit, ad hoc vt illis profit Christus, non

ad hanc raturam adolescentem adhortabatur, quae rerum abdicatione non indiget, sed ad aliam arctiorem, quam ab altero exigit adolescente, cui nec humanae pietatis in parentes occasione ab obedientiae iugo semel suscepto recedere permittit. Sine, inquit, mortuos sepelire mortuos suos. Qua censura & quasi iure pastoralis noluit uti erga scribam, qui se etiam securum offerebat: non quod pia quorumcumque hominum vota despiciat, sed quia sciebat scribam onustum diuitiis, praestare non posse, quod verbo tantum pollicebatur: quod id ipsum utinam monasteriorum praepositi animaduernerent, & imitarentur: ne sine maximo aetatis, morum, & ingeniorum defectu quemquam ad temere aggrediendum, quod tam infeliciter a multis, postea magno religionis dedecore maiori aut animarum periculo deseritur. Respondit itaque Christus scribae sequentem se pollicenti: Vulpes foueas habent, & volucres caeli nidos: filius autem hominis, non habet ubi reclinet caput suum: quorum verborum sententia est: Non potes nudum sequi, diuitiarum & rei familiaris cura circumplexus. Hunc igitur respuit, tanquam euangelicae perfectioni ob amorem diuitiarum ineptum, illum vero tanta seueritate retinet, ut nec ad parietes sepeliedos abscedere sinat. Iam quemadmodum per obedientiam nobis sequendus sit Christus alio loco manifestius ipse declarat. Si quis vult, inquit, post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Quid est seipsum abnegare? nisi nulla in re sui iuris esse velle, a seipso quodammodo desciscere, & alterius voluntatem in cunctis sequi? Ita Christus abnegauit se, dum (quod ait Paulus) semetipsum exinanivit, factus obediens usque ad mortem: hanc exinanitionem seu humiliationem & obedientiam Christus in se nobis imitandam, vel teipso teste, ne remota res queramus, proposuit, & hortatus est. Mat. II. cap. quem locum ita paraphrastice interpretaris: Discite a me, quod mitis sum & corde minime elato &c. Totus ex patris nutu pendeo: ille poenas exigit ab improbis, ille premia reponet benefactis: illi cedo totam gloriam: illi committo omnium sollicitudinem: ego simpliciter illius voluntati per omnia more gerens, quod in me est studio

Luc. 9

deo bene mereri de omnibus, nocere nemini. En tuis ipsius verbis obedientiae species & exemplar in Christo propositum, totius vitae rationem ab alterius nutu & voluntate pendente continet, quam sola praepceptorum dei obseruatione minime praestamus, nam quemadmodum de caelibatu diximus & paupertate, esse quamdam communem, ad quam omnes homines tenentur, & assequi possunt, iustitiam: qua a noxijs voluptatibus continentur, permixtis cum modestia & gratiarum actione utuntur: qua etiam ab alienis se continent facultatibus, & de suis pauperum inopiae subueniunt, reliqua vero in timore domini possident, & sine cuiusquam augmento nocumento: ita est etiam quaedam obedientia communis, qua proprie voluntatis tumor legi dei comprimendus praepceptorum obseruatione subiicitur: in ceteris autem, quae multa sunt, libertatis suae utuntur iure, & propriae voluntati laxant habenas. Haec, inquam, communis est via: extra quam nemo peruenit ad vitam, & cui cetera omnia compendia deseruire debent, in ea tamen quod frequentior est, eodem plures (ut ait propheta) absconderunt superbi loqueos nobis: nam qui onusti familia, coniuge, liberis, & rei familiaris cura illam ingrediuntur, tribulationem, inquit Paulus, carnis habebunt: quandoquidem semen illud verbi dei, quod cecidit inter spinas ab huius seculi sollicitudinibus suffocari solet: & qui uxorem duxerat inuitatus ad nuptias, non ut ceteri rogat excusatum haberet: sed intrepidum falso pronunciat, se non posse venire. Quamobrem proposita est a Christo altera sublimior & euangelicae perfectioni propinquior via ad cuius ingressum nemo cogit, tamen si semel ingressus non est liberum retrocedere: nemo enim mittens manum ad aratrum, & respiciens retrorsum, aptus est regno dei. Secundum hanc qui se castrauerunt propter regnum caelorum, nullius cupidinis voluptatis sibi licere volunt, & qui semel omnia reliquerunt, ut ait Petrus, ut Christum sequerentur, nullius terrenae hereditatis dominatum sibi contingere cupiunt: & qui se totos dei tradiderunt obsequio, uti pia Christi mancipia euangelicam seruitutem civili praeferebant libertati, nulla iure sui iuris esse patiuntur, quoniam non solum a cupiditatibus, verum

Luc. 9

Quid addat monastica professio communi uitae etiam honestae.

&



& à voluntatibus nostris vt auertamus nos sapiēs hortatur. Hanc si nescis monachi ingredimur viā, imò hic est ille monachus, quē tu pietatē esse negas, & ad vitæ civilis generis fabros scilicet milites & iuriscōsultos ac ceteros humane societatis cōmunes ordines reiçis: nos verò illā absolute pietatis culmē cōtinere defendim⁹, cuius institutionē, doctrinā, & hortamenta saluberrima nō à quouis homine, sed ab ipso accepimus Christo, qui voluntarios probat spadones, quiq; rerū omniū abdicationē pietatis cōsummationē suadet, postremò qui ad sui ipsius abnegationē, quò facilius ipsum sequi valeat, hominē hortatur, q̄ id ipsum obedientia nō quęcunq; sed ea quam modò descripsimus, aut sola aut maximè præstat. Atqui vera sunt, inquires, hæc oīa, quorū tā opere fide nobis facere conaris. Esto euangelicę perfectionis virtus obedientia nō quęcunq; sed quę omniū etiā cogitationū nedū operū & verborū ius adimat homini: eā Christus citatis locis & pluribus alijs docuerit, sed quid hoc ad monachorū placita quę hominibus obedire præcipiūt, & de re tā ancipiti animā dari obfidē cogunt? Obedientiā Christus docuit, præstitit, suavit, sed illā, qua mens deo subiicitur, eiq; per cuncta obedire conatur, iuxta illud apostoli: Patres quidē carnis nostrę eruditores habuim⁹, & reuerabamur eos, nō multo magis obtēperabamus patri spiritui & viuemus? Hanc Christus docuit, & huius se nobis exemplū proposuit, quod locus ille nobis paraphrasticè enarratus à te dudū productus ostendit cui cōsonat illud: Descēdi de celo nō vt faciā volūtātē meā, sed volūtātē eius qui misit me, & multa in hunc modū: Ite igitur, inquires, & ei obedire totis animi viribus cōtende, cui Christus, cui apostoli, cui martyres, cui oēs ecclesię proceres obedierūt, nempe deo, cuius nō modò præceptis, verū simplici monitioni quo minus obedias nemo tibi impedimento erit, nemo obstrepet, nemo taxabit. Si hæc dixeris, quinimò cū te dicturū minimè dubitē, bene se res habet, quod obedientiā probas, quę mandatorū dei præfinitionibus nō cōtēta,
ad

ad superiora grassatur, & nihil iuris homini in seipsum relinquit. Nā quod obiçis, satis esse nobis obedire deo, cui Christus & obediuit, & obedire nos docuit: nihil ijs quæ sunt hactenus cōfirmata detrahit quādo ipsius Christi verba sunt, de hominib⁹ loquētis ad homines: Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit, &c. quibus significat nō modò suis, verū & hominū v̄bis deū imperitare hominibus cōsueuisse, neq; em̄ est quisq; adeò demēs, vt quod Christus patri obedierit omnia suggerenti, nos nihil nisi q̄ deus per semetipsum edixerit facturos esse cōtēdat. Pater enim diligit filiū, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, vnde fit: & illud eiusdē filij: filius nō potest à semetipso facere quicq; sed quęcūq; viderit patrē facientē hæc eadē similiter & ipse facit: nos verò quando dignabit deus per semetipsum alloqui, monere, ostēdere, nō modò rerū agendarū summas & capita, verū & singula quęcūq; quātūuis minima quæ vel faciēda fuerint, vel dicēda, vel etiā cogitāda? Qua ratione p̄ singula quæ nobis vel faciēda vel omittēda succurrerint deū consulere ac rogare poterimus? fiet hæc quidē in patria, vbi, quod ait propheta, erūt oēs docibiles dei, cuius præsentia oēs nō modò ignorantię verū ambiguitatis tenebras & cūctationē submouebit ab animis beatorū fierēt & nunc, si nobis expediret ad salutē, & fragilitatis nostrę cōditio pateretur. Verūtāmē omniū rerū artifex dei sapiētia hoc antidoti genus curādæ hominū superbię adinuenit, vt qui deo ipsi per semetipsum præcipiētī quōdā obedire cōtēplerat homo, nūc homini obediēdo subdat, & in salutē illā hominis propter deū obseruātia euadat, quā de ipsius cōtētu & voluntatis eius transgressione amiserat. Quāobrē etsi huius obedientię sacrificiū deo immoletur hominibus tamē qui dei erga nos vices gerūt est persoluēda, de quibus, vt modò citauimus, Christus ait: Qui vos audit me audit, & q̄ vos spernit me spernit, quin & hoc maximè modo q̄ quotidie orādo dicimus, vtcūq; præstamus, vt fiat scilicet volūtas dei sicut in celo & in terra. Hoc est, sicut in celo non

Luc. 10.

IOAN. 5.



partim dei partim hominis voluntate viuunt, sed solius dei nutu & imperio fiunt omnia, ita & in terra quoad fieri possit, nulla reus voluntati nostrae inseruiamus, sed iuxta sapientis consilium a voluntatibus nostris auertentes, dei voluntatem, de qua vel ipsius lege vel maiorum placitis constare nobis potest in omnibus tunc faciendis tunc omittendis sequamur, fiatque in nobis quod de veris euangelii cultoribus propheta longe ante praedixerat. Si auerteris a sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaberis sabbatum delicatum & sanctum domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas & inuenit voluntas tua ut loquaris sermonem, tunc delectaberis super domino, & sustollam te super altitudinem terrae, & cibabo te hereditate Iacob patris tui &c. Diem sanctum domini lucem euangelice veritatis appellari quis ignorat? quae & sabbatum dicitur, quod in ea vera requies animorum iuxta Christi Iesu promissionem inueniatur. In hoc igitur die quicumque glorificauerit dominum non faciens voluntatem suam, neque viam propriae cogitationis sequutus sermo nis etiam licentiam cohibuerit, delectabitur super domino & sustolletur in altitudinem terrae, eam de qua Hieremias: Bonum est (inquit) viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit quia eleuauit se supra se, cibabiturque Iacob hereditate, hoc est, strenue pugnatum mercede praemiabitur. Porro cum bifariam deum hominibus loqui dixerimus, per se scilicet & per praepositos: quibus obediētes deo ipsi obsecundamus, est quod mouere possit quempiam, ut vel secum tacitis cogitationibus dicat: Qui possum ego scire, hominem hunc qui mihi praeficitur dei voluntatem mihi, dum imperat, proponere? aut unde huic idiotae fortassis & flagitioso potius quam mihi per spectam esse colligam dei voluntatem? Cui ego fidei audeo polliceri omnia quae maioris imperio fecerit, modo non sint aduersus Christi doctrinam, secundum eius fieri voluntatem: cum etiam si nihil probitatis huiusmodi operibus insit, obediētia ipsa quae fuit bona non esse atque adeo Christo gratissima nequeat. Atqui ratio abest haec obediētia (dices) a monachatu, ut monachorum

154.58.

7. mol

omnium

omnium perfectissimos iuxta atque clarissimos illam promississe nunquam legamus, neque suscepisse quidem, huius rei testes locupletissimi sunt Paulus, Antonius, Macharius, quin & Hieronymus non monachorum modo, verum totius ecclesiae decus & honestamentum. Opportune mihi Hieronymum produxisti, eiusdem enim vobis tibi respondebo, quod in libello de virginitate ad Eustochium tria esse narrat monachorum genera. Primum cenobitarum, quos Aegyptii Suales vocant, latine vero communiter viuentes appellare possumus, proximum Anachoretarum, quos latine dicimus Heremitas, tertium quod Aegyptii Remoboth dicunt, hos diuus Benedictus Sarabaitas Aegyptiaco etiam appellat nomine, quos nos transfugas (ut abbas Piamon apud Ioannem Cassianum exponit interpretari possumus. Horum optimos esse cenobitas multis argumentis edocet. Sarabaitas vero deterrimos vel hoc quod bini vel terni habitent suo arbitratu ac ditione viuentes, inter quos saepe iurgia esse dicit, quod suo viuentes cibo non patiatur se alicui esse subiectos, e conuerso autem paupertatem & obediētia in cenobitis praecipue commendat. Veniamus (inquit) ad eos qui plures sunt, & in communi habitant, id est, quos vocari cenobitas diximus. Prima apud eos confederatio est obedire maioribus, & quicquid iusserint, facere. Diuisi sunt per decurias atque centurias. Manent separati, sed iunctis cellulis &c. Haec cum ita sint, leuior nunc apparet obiectione, quam ut opus sit iusta confutatione, omnes enim illi quos sine obediētia voto monachos fuisse commemorat, non cenobites erant, quorum causam aduersum te suscepimus, sed Anachoretarum: Sed videor mihi, videre te aliam grauiorem obiectionem, qua semel nos a proposito deiicias molierent. Esto, inquires, ut obediētia opus sit monachatu, atqui habemus pontifices, episcopos, curiones, & alios ecclesiastici ordinis hierarchas, quibus obedire possumus, ut non modo superflue, verum & ambitione quadam monachi suam monarchiam seorsum a ceteris fidelibus fecisse videantur. Huius argumenti vis exposita ratione obediētie prorsus eliditur, cum enim sit, quod superius exposuimus, plenissima quaedam

Obediētia monastica.

Qq ij dam



dam animi subiectio & libertatis nostrę, qua multa per ceteros ecclesię magistratus & facere possemus & dicere, in altera translatio, quis non videt eam episcopis aut ceteris communibus prefectis minimę posse preestari, quando enim illi multis impliciti curis nobis moderandis, dirigendis, docendis, per singula verba, opera, & cogitationes etiã, vacare poterunt, aut volent: a nobisq; totius vitę ac singularum actionum rationem exigere? Sed audiamus hac de re Hieronymum Benedicto & Bernardo primis tibi monachatus inuictoribus antiquiorę. Erat Bethleem vbi diuus Hieronymus in monasterio degebat comuni diocesis iure Hierosolimitano episcopo subiecta, quomunere tunc temporis Ioannes quidam pontifex fungebatur, comquestus est ille nonnunquam per epistolas quod Bethlemitici monachi sibi non obedirent, eisdemq; ferme utebatur verbis quę in argumentatione posuimus, cui diuus Hieronymus ita respondet: Porro quod dicis te petisse, ut subicerentur ecclesię dei, & non scinderent eam, neque proprium sibi facerent principatum, de quibus dicas non satis intelligo: si de me & presbytero Innocentio satis multo dormisti tempore, qui post annos tredecim nunc excitatus hac loqueris, ob id enim ego Antiochiã & ille Constantinopolim vrbes celeberrimas deseruimus, non ut te in populis predicantem laudarem: sed ut in agris & in solitudine dure sceleria peccata desisteret Christi in nos misericordiam defecteremus. Si autem de Pauliniano tibi sermo est, vides cum episcopo suo esse subiectum, versari Cipri, ad visitationem nostram venire interdum, non ut tuum, sed ut alienum, eius videlicet, a quo ordinatus est: quod si hic etiam esse voluerit, & in exilio nostro quietus in solitudine viuere, quid tibi debet, nisi honorem, quem omnibus debemus episcopis? Fac a te ordinatum, idem ab eo audies, quod a me misello homine sanctę memorię episcopo Paulino audiuit: Num rogavi te ut ordinarer? si sic presbyter tribuis, ut monachum nobis non auferas, tu videris de iudicio tuo: si autem sub nomine presbyteri tollis mihi, propter quod seculum dereliqui, ego habui quod semper habui, nullum dispendium in ordinatione

dinatione passus. Habes Hieronymi de tua argumentatione sententiam: in qua non est illud pretereundum, quod tam indissolubile fuit semper monasticę obediencie vinculum, ut nec per presbyteratus dignitatem, quę tunc temporis ut rarissima ita maxima habebatur, monasticę obediencie iugum abijcere liceret, aut ad episcopi sacerdotium confereris se transferre ditionem: Ego (inquit Hieronymus) habeo quod semper habui, nullum dispendium in ordinatione passus. Quid est quod semper habuit? Monachatum utique; cœnobialē, ab eo tempore quo antiochiã urbem celeberrimam fugiens in Bethlemiticum sese contulit monasterium, nam antea Anachoretam per aliquod tempus egerat: Nec clama me est obediencie vinculum, ut superius dixi, haud tam aperte atque circum spectę quondam atque hodie fuisse voti nuncupatione, districtum: quoniam simplicius Christiani atque candidius omnia in ecclesię nascens exordio transgebant, postea vero quod Christi & apostolorum eius exempla animis ceperunt excidere, & vestigia quasi de formari, omnes ferme Christiani ordinis sui functione vna ceperunt abuti, & a prima illa euangelicę propaginis integritate degenerare, inter quos & monachi lapsi non nihil sunt, utinam autem ad illorum nos lapsum erigeremur. Lapsi, inquam, sunt, insolescentibus plus iusto cœnobiorum prepositis, monachis vero honesta liberius euagantibus, quã obrę sinodici patrum decretis abbates iusti sunt episcopis obedire, monachi vero obediencie iure ab abbatibus repeti, quę duo tam salubria decreta utinam ea sinceritate qua sunt olim a maioribus tradita, hodie seruarent. Verum tyrannis per vniuersum orbem effusa monachorum cœnobijs non pepercit, quin horum prius propemodum extinxit & aboleuit, postea vero supramodum auxit, & usque ad celum conata est euahere, tametsi usque ad inferos superbiorum omnium & immoderate dominantium domicilia dixerim verius neque enim eiecto Lucifero, vllus est in celo superbia locus: utcumque tamē se preestati gerant aduersus subditos, & pastores aduersus gregem, illi tamē obediencie suę (modo Christo sibi prius obediendum intelligant) mercede non fraudabuntur, nec propter quod

rendā insolētiā succēsendū est bonis, nec vniuerso ordini & sanctorū patrū quin & ipsius, vt pbauim⁹, Christi detrahēdū sanctiſ. instituto, qđ vīq; adeò antiquius est Benedicto, nedū bernardo, vt cū ipsa totius humani gñis salute videat exortū

Hęc ferme ante annos. 16. ad Erasmiū: Nā etſi nihil prorsus addidimus trāscribēdo, multa tamē p̄termisimus, q̄ tūc tēporis fu erāt à nobis iuuenili magis loquacitate, q̄ causę necessitate cōgesta: p̄ quibus oibus vnū ex Augustino testimoniū p̄ sanctę paupertatis, quā amplexi sunt monachi, p̄fessione substituā. De terra, inquit, suscitatus est supra oēs diues ille pauper, & de illo stercore erectus est supra oēs opulētos ille inops, vt sedeat cū potētibus populi, quibus ait: sedebitis sup duodecim sedes, & sedē glorię hēreditatē dās eis. Dixerāt em̄ potētes illi: Ecce nos dirisimus oīa, & sequuti sumus te. Hoc votū potentissimi vouerāt: sed vnde hoc eis: ab illo de quo hic continuo dictū est: Dans votū vouenti, Alioquin ex illis essent potentibus quorum infirmatus est arcus. Dās, inquit, votū vouenti. Nō em̄ domino quisq; quicq; ratum voueret, nisi qui ab illo acciperet, quod voueret. li. 17. de ciui. dei, ca. 4

Nunc ad Philippū redeamus, qui victis his rationibus & alijs grauioribus, quę à nostris p̄ monastico instituto p̄ducuntur: respōdet se de genere doctrinę disputare, nō vtrū vota seruāda sint. Sētimus enī, inquit, licita vota seruari debere sed vtrū cultus illi mereatur remissionē peccatorū & iustificationē, &c. Et addit catalogū quęstionū prorsus parergō, quo videri vult cōplexus capirū summā, de quibus iter Lutherū & catholicos suscepta sit circa monasticā p̄fessionē cōtrouersia: tametsi nescio an Lutherus subscripturus sit illis verbis. Nō disputamus vtrū vota seruāda sint, sentimus enim licita vota seruari debere: nisi fortē pbando Philippī modestiā in verbis, quo facilius imponat in rebus: re enim nec latū (quod aiunt) vnguem Philippus hic dissentit à Luthero, licet specie vborū differre videat, id quod facile prudēs lector ex inferioribus colliget: Quę cum ita sint, haud satis possum assequi

mente

mente quoniam fato nostro (si modò fati nomine liceat vti) fieri videam⁹, vt nemo his trecētis supra mille annis ecclesię hostis fuerit, qui nō bellū eodē tēpore nobis quoq; visus sit indixisse, nec ad hoc necesse est à me quempiā nominari, qui hęc germanis scribo chronicorū ac reꝝ gestarū nō ignaris, posunt enim, si velint, Arrios, Sabelios, Macedonios, Cōstārios Iulianos, Valentes, Lucios, & huius generis alia mōstra tū vetera tū recētiōra meminisse, quo magis admiror viros alioq; & prudētes & cautos, qui hęc nobiscū vltro fateātur, quorū imitētur exēpla illoꝝ exitus & supplicia nō phorrescere, sed nō potestis deserere verbū dei. Atqui illi nihil magis habeāt in ore, q̄ istā importunissimā vnā atq; vanissimā ad verbum dei prouocatione, cui adeò mordicus adhērebant, vt vocem oīo vsion quod in sacris literis nō inueniatur, nollēt recipe re, & p̄textu verbi dei totius fidei christianę molem & pōdus euerterēt, vnde & monachos, quos arte aut libertatis lenocinio ad se pellicere nequiuissent, primos ab ecclesia stātes in acie post episcopos, pertinacius & hostilius q̄ ceteros christianos oppugnabāt: Quod idipsum modò Lutherus, Pellicanus, Philippus, & ceteri complices verbis, quādo exilijs & necibus, quod quōdā fiebat, nō possunt, efficiunt: bona tamē spes est fore, vt misertus nostri Deus, hac persecutione quę à gladio linguę iniquę & à scādalis operātium mēdaciū p̄fiscitur, nos puriores reddet, & sibi acceptiores. Nā dum superbit impius, incenditur pauper, tametsi video, q̄ parū nobis diuina p̄uidencia (vt ita dixerim) fidat, quibus leuissima seruauit certamina, maioribus nostris principum ac tyrānoꝝ seuirię oppositis, nobis, vtpote ibecillis, relicta est sodaliū nostrorū rabies pro p̄secutione. Ex nobis enim exierunt, sed nō erant ex nobis: qui & si acuerunt linguas suas sicut serpentes & venenum aspidum sit sub labijs eorum, nunquām tamen eò produxerunt inaidiam, vt meliori orbis parti maiorum nostrorum meritis non probaremur. His tamen omnibus prudentium considerationi demissis, quęstionum catalogo,

quas



quas Philippus coegit, respondere incipiã, si prius lectorẽ & vos præcipuè admonuero, Germani, Philippũ, qui modo nostris obiecerat, quod ad adstruendã legẽ cęlibatus reuelatiões quasdã pduxissent, totã hãc de monachorũ p̄fessionibus causã à reuelationibus exordiri. Narrat em̄ aut fingit, quendã Franciscanũ fuisse in Germania, qui cõiectus in vincula, quod eius doctrina minus cæteris sodalibus probaretur, vaticinatus fuerit, successurũ sibi quendã Lutherũ certè significans, qui monachorũ regnũ esset euersurus, cuiq; monachi nõ possent resistere: Nugę: Sic apud Virgiliũ Dido Libię regina impcã, futura vaticinat inter Romanos & Carthaginenses bella: & Aeneas apud iferos multa post secula videre describit, cũ tamẽ vtraq; poetã scribẽtẽ hęc & fingẽtẽ aliquot præcesserint etates, quanq̄ potuit accidere, vt Franciscanus ille nouerit Lutherũ iuuenẽ, iã inde ab adolescẽtia huius furoris, qui postea secutus est, indolẽ obstentãtem, eternumq; (quod ait poeta) seruãte sub pectore vulnus, quo monachorum meditabatur excidium. Sed nos tum somnijs tum coniecturis cũ ea qua digni sunt, fide p̄termisissis, ad causã accedamus,

Primũ itaq; cõtrouersię caput est, vt à Philippo proponit vtrũ monastici cultus mereatur remissionẽ peccatorũ, & iustificationẽ. Quousq; bone deus, mercenaria hęc & seruilia nobis occinũtur? nihil ne præstandũ est, nihil profitendũ, nisi remissionẽ peccatorũ, nisi iustificationẽ mereatur? quid sibi hęc quæstionibus vult significare Philippus? Nos remissionẽ peccatorũ, & iustificationem ingenuè fatemur neminem sibi posse mereri: promeremur aut varijs ab eodem & p̄batis & institutis operibus Christũ, quo nobis immeritis propicius esse velit, & peccata remittere, alioquin si nostrũ esset mereri iustificationem, cũ meritum debeat præcedere mercedem, sequeretur q̄ ante iustificationem quisq; mereret gratiã, qua iustificaretur, quod nemo vnq; catholicus dixit. Sed Philippus q̄rit hęc, & id genus alia, vt quæstionẽ fuco significet, id à nobis tribui nostrę p̄fessionis, quod tribuere impium esset

esset prorsus & stultũ: sed ne toties respõdendũ sit, importunis huiuscemodi quæstionib; nos quomodo, quibus, & cuius meritis remittatur peccata, superius exposuimus sufficiẽter, vt credo, cerrè prolixè, cum de iustificatione & pœnitentia ageremus. Monachatum verò suscipimus, non quo peccata præterita nobis donentur, quæ vel in baptismo vel in pœnitentia cõdonantur, Sed quò facilius futura vitemus, & à præteritorũ reatibus, sordib; morbis, in dies liberiores euadamus.

Proximũ caput philippicę cõtrouersię est, vtrũ huiusmodi cultus sint, satisfactiões p̄ peccatis: Hoc multiplicare vba est, nõ explicare quæstiones. Nos superius de satisfactiõibus disseruimus, quicq; operibus nostris tribuunt sacre literę ad satisfaciendũ, aut p̄merẽdũ, nõ potest monasticis exercitiis, quę circa eadẽ opera versantur negari: de ieiunijs, vigilijs, sacris p̄cibus, lectiõibus & id genus alijs loquor, non de cuculloꝝ forma, colore, magnitudine, & hęc rebus, quę non pietatis, sed decoris, & discretionis gratia assumuntur.

Tertiũ caput est vtrũ illi cultus sint pares baptismo, ortũ vt existimo ab illoꝝ dogmate, qui dicunt baptisma nihil hoibus p̄desse, ita enim æquiparat Philippo, tũ circũcisioni, tũ p̄pucio, vt apostoli v̄bis illis in Christo Iesu nec circũcisio aliqd valet, neq; p̄puciu addatur intrepidè (nisi quis malit dicere impudẽter) neq; baptisma. Cuius aut, quorũ hęc sunt verba: dogmata, cõmẽta, qui mirũ si quærat, vtrũ monastici cultus sint pares baptismo, nã à nobis (de veris monachis & vniuerso ordine loquor) peride alienũ est prius atq; posterũ. ¶ Post has quæstiões, succedunt alię eiusdẽ farine: vtrũ monastici cultus sint obseruatio p̄ceptorũ & cõciliorũ: vtrũ sint p̄fectio euãgelica: vtrũ habeat merita superogationis. Harũ medię respõdemus, p̄fessionẽ monasticã continere, ea q̄ maximè possunt ad p̄fectionẽ iuuare, hoc est, liberũ à noxijs & periculosis curis ac sollicitudinibus animũ reddere, alioqui sola charitas est quę verè p̄ficit. Primæ verò quæstioni respõdendũ videtur quidq; est obseruatio cõciliorũ esse & p̄ceptorũ, licet nõ ecõuerso. Monastica ergo p̄fessio in cõcilijs versat, eò tũ spectat

ut perfectius seruētur præcepta: idcirco nec cœlibatus nec
 res omnium abdicatio est hæcenus cuius præcepta, quæ autem ca-
 pelcere volentibus consulatur, apertius est, quæ ut egeat nostra
 confirmatio, & nos paulò antè probationes attulimus. Ter-
 tiæ quæstioni respõdeo, merita supererogationis nulla esse, si
 debitum cui superero dandum est, & addendum id quod meremur,
 absolutè consideretur, si verò consideretur in ordine ad neces-
 sitatè, quæ sacris literis est nobis imposita, quicquid boni ope-
 ris nõ tenemur lege præstare, supererogamus nõ debito, sed
 necessitati: Hoc est, nemo plus expellum potest ferre, quæ retu-
 lerit acceptum, sed potest aliquanto plus exhibere, quæ ab illo cui
 deseruit, secundum suæ legis præscriptiones erat exigendum. Cõti-
 nenter quæritur vtrum monachorum merita applicata alijs saluēt
 eos, quare hoc? nempe quia monachi prædicant se esse cæterorum
 saluatores: Nõ pudet virum probum, ut habetur à Germanis,
 & prudentem, tam apertam cõminisci caluniam? Quanquam virtus se ha-
 beat applicatio merito, quid facit ad monasticum institutum de
 quo differim? Errant fortasse monachi nonnulli, in hoc & qui-
 busdam alijs quæ proposita sunt à Philippo, nõ statim everten-
 dus est monachus, & nõ potius dirigendus, & ad viam redu-
 cendus, equis vnquam vidit inter mortales ordinem in quo nõ pes-
 sima quæque admixta sunt optimis? subuertatur ergo vniuersa
 hominum instituta, quia nullum est in quo nõ vulgo proben-
 tur abusus, qui cordatioribus displicent, sed succedunt nunc aliæ
 quæstiones, quæ propius causam attingunt. Vtrum sint licita vo-
 ta his opinionibus facta. Vtrum licita sint vota, quæ prætextu
 religionis tantum vestræ & oculi causa suscipiuntur. Vtrum verè
 sint vota, quæ sunt extorta aut inuitis, aut his, qui per atatem
 nondum iudicare poterant de genere vitæ: quos parentes aut
 amici intruserunt in monasteria, ut de publico alerent sine
 matrimonij priuati iactura. Hæc & his verbis quærit Philippus
 Ego vero his omnibus vna respõdeo, mihi nõ videri licita vo-
 ta, quæ illicitis fuerint opinionibus suscepta, cæterum de opinio-
 nibus vouentium & iudicio pronũciare, nõ Lutheri est aut Phi-
 lippi

lippi, sed ecclesiæ. Porro monachatum qui nõ pietatis causa sed
 vi aut cupiditate suscipitur, cuiusmodi plurimum foeminarum esse
 credo, & quorundam adulescentulorum, quibusdam præsertim se mi-
 litijs dedicatum, ingenuè fateor, mihi nequaquam probari: nec hu-
 iusmodi teneri credo votis, quæ his affectibus atque defectibus
 nuncupauerunt: tamen si (quod superius diximus de sacerdoti-
 bus) nõ est cuiusuis de hisce iudicare rebus: nec debet priua-
 ta temeritate dimitti, quod publica est & solèni autoritate
 susceptum, quin cõsulto prius pontifice summo & totius causæ
 ratione eidem diligenter exposita, iudicio eius est parandum. Hoc
 cum ita sit, vehementer admiror, quid sibi velit vestra cõfessio
 in qua tribuitis summo pontifici ius dispensandi in huiusmo-
 di votis, cum tamè citra eius autoritatè apud vos quotidie
 rescindatur impune. Vltima quæstio est vtrum licita sint vo-
 ta quæ palam vergunt ad malum exitum, vel quia propter imbecil-
 litatè nõ seruantur, vel quia in qui sunt in illis sodalicijs, coguntur
 abusus missarum, impios cultus sanctorum, cõsilia sequendi in
 bonos viros approbare, & adiuuare, &c. Hæc quæstio ut &
 multæ præcedentium hoc agunt, ut apostatæ, quorum per vniuersam
 Germaniam ingens est numerus, iure videantur à monasticæ
 tranquillitatis obseruatione in huius seculi theatrum velut hi-
 striones mutata persona profiliisse, continet enim causas quas
 professionis suæ desertores apostaticæ prætexunt ut vulgus
 imperitum existimet illos nõ libidinis & voluptatis causa, quæ
 res est, sed pietatis zelo à nobis tamquam ab impijs discessisse, nos
 de his (si qui sunt) qui verè continere nõ possunt, superius di-
 ximus, quid iudicij haberemus. Cæteri abusus quorum occasio-
 ne fingunt se ordinem deseruisse, nihil nos mouet, quandoquidem
 multa sunt quæ Philippo iudicantur abusus, & eadem ut sacri-
 ritus & pia cõsuetudines probantur ecclesiæ, & si quæ sunt quæ
 nullis bonis viris probari queant, potuerant absque loci ordinis
 & sodalitiij mutatione vitari, nam quale est hoc, fieri ex mona-
 cho sacris iniciato laicum & maritum, propterea quæ cæteri sodales
 abutuntur monachatu? nõ ut locus tibi oblit, nullus est ali-

i quo tibi liceat esse monacho? nūquid vniuersa monasteria sunt & sic; adeo corrupta, vt nullus sit apud illa vera pietati locus: hoc vt ita esset, quod tamē quis esse credat? sed vt ita esset, nūquid nō tibi liberū est seorsum agere monachū, hoc est, castū seruare cœlibatū, frugaliter viuere, & episcopo salte aut cuiq̄ alteri præfuli præscripto & peculiariter obedire, & sic meliori quo fieri possit modo quod pollicitus es exhibere, & nō causas cōminisci vanas, ne quid apertius dicā, quibus simplici vulgo fucū faciens, ex monacho, presbytero catholico fias laicus, maritus, hereticus, aut certe schismaticus. Hæc ad quæstionē: Verum vt omnia quę aduersum nos tā in confessione quā in apologia, quę nihil addit nisi verba, obiecta sunt semel colligā, & breuiter ad singula respondeā, hæc mihi videntur in genere obijci.

I *Monachi uotum cœlibatus contra dei mandatum suscipiunt.*

Hoc esse vanum constat per ea quę de cœlibatu in communi, & de votis monasticis differuimus,

II *Colunt deum humanis traditionibus, cuiusmodi sunt uota, contra illud, sine causa colunt ne mandatis hominum.*

Nō sunt hominū mādata cœlibatus, reꝝ abdicatio, & obediētia, sed Christi cōsilia, quod superius ostēdimus: tamen si Philippus pertinacissimē negat reꝝ abdicatōne esse cōsiliū euāgelicū, sed quid nō negabit, qui hoc aduersus dei verbū inficiatur, de quo maximē solēt applaudere, & quod quarta quaq; linea nūc apte nūc ineptē nobis obijciūt: Cū ego Norimbergę hac de re, cū Osiandro cōferrem, protuli locū ex Mat. cap. 19. quo Christus dixit adolescēti: Si vis perfectus esse, vade vēde omnia quę habes & da pauperibus & habebis thesaurū in celo & veni sequere me: qui loc⁹ ex hoc apparet esse cōsiliū, q̄ quicquid in eo præscribitur arbitrio relictum est capescētis. Si vis (inquit) p̄fectus esse: Nec potest esse præceptū, quod præceptis iā pridē, enumeratis apponitur, exposuerit Christus mādata quęrēti, quonā modo seruari posset, & vitā æternā acquirere, qui cū cōmuni legis obseruatione nō videretur esse cōtērus, & maiora quędā meditareretur

ac mēte cōciperet, nō repetit Christus. Si vis saluus esse, sufficiebāt em̄ ad hoc præcepta per Christū exposita. Sed, si vis p̄fectus esse, quod cōmunē præceptorū superat obseruationē tamen si in eorundē arctiorē custodiā demū recidat, vade & vēde omnia quę habes, &c. Cū igitur locū in disputatiōe produxissē falsus est Osiander (quod ego conabar adstruere) verbis illis nō inesse præceptū, sed cōsiliū, nullā ad se posteros habere vim, quo possit inter cōmunia Christi documēta in totius ecclesię vsum tradita cōnumerari, nō em̄ generatim nec ad personā (inquit) publicā locutus est ibi Christus, sed priuati hominis peculiariter & seorsū interrogātis priuatę cōtulit necessitati. Hęc respōsionē eo vidēt excogitasse Lutherani, vt imperite multitudini satisfaciāt, quę vt nihil intelligit ita nec percipit, nec cogitat quidē, qd aut quale sit, qd nobis arguentibus & scripturas producētib⁹ respōdeatur, tātū si aduersarios cedere & obmutescere nō coegerimus, quicquid respōderint, dū modō audacter, cōfidēter stomachosē respōdeāt, suos euicisse credūt. Et ego fateor me, vt est pudibūda veritas, q̄ primū Osiander conatus est argumētationē sua strophā deludere, hēsisse tātisper ad vanitatē hominis, quē ego grauiorē existimabā, q̄ vt tā futili cōmēto ipse sibi pateretur illudere, mox verò resumpto spiritu, quid ais, inquā, ecquid erit firmamēti in scripturis si possimus cōtēdere, & semel vt verū admiserimus, quicquid respōsum est interrogātibus aut cōsulētibus, nō esse ad alios homines nec ad alia tēpora trāferēdū? & quid est hoc, quod tu mihi modo respōdes, nisi q̄ ridicule cōsuevit sub delinquētū respōderi persona dū productis euāgelicis v̄bis coarguūtur peccata? Hoc, inquiūt, erat in illo tēpore, nimirū ridicula allusione ad tēpus & personas quibus Christus loquebatur, omnia eius verba referētes, sed hæc, vt dixi, ioco solēt & quasi per ironiam respōderi, tu verò serio mihi futilissima responsione velle videris, argumētationis vim & pondus euadere, quod quale sit, tute intra

380
 animi tui recessum cōsidera & cogita an dignū tua gravitate
 sit & prudētia, de reꝝ quāꝝ veritas ad fidē, vltus ad pietatem
 pertinet, ita nugari, vt quicquid tibi i buccā venerit, quo nō
 videaris esse victus effutias, nā cōsiliū Christi de rerū abdi-
 catione nō esse, vt ita dixerim, personale, & illi tātū iuueni cui
 respōdebat tributū, vel hoc apparet manifestē, qꝫ mox ad idē
 cōsiliū quod tristitia & abscelsiōe renūciauerat adolescēs ve-
 lut alludēs Petr⁹, suo & aliorꝝ nomine dixit: Ecce nos reliqui-
 mus oīa, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Hoc est:
 Aggredimur quod suades, perfectionis aditū quod orbi de-
 mōstras, maturauimus occupare, quid ergo mercedis tātū la-
 boris, tātū difficultatis capescētibus polliceris? Cōfirmat hāc
 expositionē respōsio Christi, qui eandē mercedē quā ostēta-
 uerat adolescētī, vniuersis ad idē, quod illi suaserat, adnitētib⁹
 pollicet: Omnis (inquit) qui reliquerit domū, vel fratres, aut
 sorores, aut patrē, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros,
 propter nomē meū, centuplū accipiet, & vitā aternā posside-
 bit. Hęc vt multa sunt & varia, ita diuersis pro Christi nomi-
 ne dimittūtur modis, quorꝝ vnus est cēlibatus & paupertatis
 spōtanea susceptio, quę nō potest homini vt superius palā fe-
 cimus, nisi voti nūcupatiōe absoluta cōtingere: vnde Augu-
 stinus quod Petrus pro toto discipulorum collegio Christo
 proposuerat, votū esse dicit potētissimorꝝ: Sed vnde (inquit)
 hoc eis nisi ab illo de quo dictū est. Dās votū vouētī. Nos li-
 bētius accedim⁹ vni Augustino, vt Chrysostomū & ceteros
 eiusdē expositionis authores ecclesię p̄ceres p̄termittā, qꝫ
 vniuersis monasticę professionis tū hostibus tū desertorib⁹.
 Hęc lōgius enarraui qꝫ statuerā, propter eos qui cū verbum
 dei identidem à nobis e fflagitent non credunt esse verbum
 dei, nisi quod illi produxerint, & suis interpretationibus illu-
 strauerint, obscurauerint dixissē verius. Porro qꝫ Philippus
 citat sine causa colūt me docētes doctrinas & mādara hoīm
 exposuimus Philippica. 10. Sed rursus obiectiones audiam⁹.
 Credunt

Credunt huiusmodi uotis mereri iustificationem, & peccatorum remissionem.

III

Hoc æque, vt superius, vanum est: tamen in peccatorꝝ re-
 missione non nihil tribuimus nostris operibus nō cōmenti-
 cijs, sed pijs, & in hunc vsū à Christo probatis, hęc tamen
 superius etiam discussa sunt Philippicis. 10. & 11.

Impie opponunt iræ dei humana opera, cui solus Christus erat opponendus.

IIII

Non est impiū iræ dei opponere lachrymas, ieiunia, & cæ-
 tera penitētię opera, eleemolynas, preces, quæ opposuerunt
 Petrus, Dauid, Niniuite, & multi alij pro eius delictis, Hiero-
 nymus etiā dicit, se in heremū secessisse, vt in agris & in soli-
 tudine durefcentia peccata deflēs, Christi in se misericordiā
 deflecteret, cur nō satis fuit illi deo huiusmodi peccatis irato
 Christū opponere, aut ipsi Christo suos labores, cruciatus,
 mortē, vniuersa deniqꝫ, quę p̄ nobis & fecit, & passus est, op-
 ponere, quō eius auerteret irā, & misericordiā in se deflecte-
 ret? Quinimō Paulus nō modo pro suis, verū & pro ceterorꝝ
 peccatis sua opera offerebat, cū supplebat (vt ipse ait) quę de-
 erant passionū Christi in carne sua pro corpore eius, qd̄ est
 ecclesiā, tamen hoc non erat aliud opponere irę dei, qꝫ Chri-
 stum, cuius opera sunt quicquid eius mēbra, fideles scilicet,
 operantur: De quo etiam superius Philippica.

Huiusmodi operum fiducia Christū amittūt, iuxta illud Pauli: Euacuati estis à Christo
 qui in lege iustificamini.

V

Ita esset, si hisce rebus aliud qꝫ Christum exprimeremus,
 aut aliū qꝫ Christū in nobis operatē crederemus: Paulus lo-
 quitur de operibus legis Mosaicę, nā de Christianis opibus
 ostēdit se lōge diuersum sentire cū dicit: Glorificate deū in
 corpore vestro. Philippus loco quē citat vult, & apertē pro-
 nunciat Paulū intelligi de operibus etiā decalogi, quod non
 est nūc sentētia cōfutare: nā si Paulus dicit, quicquid Philip-
 pus vult illū dixisse, aut cōminiscitur, intellexisse, frustra illi
 aduersamur cui nullo modo resistere possumus. Nūc verò
 quod ad hūc Pauli locū attinet, sufficet pro cōfutatione, inte-
 grā Pauli sentētiā tamen lōgiusculā suis verbis exposuisse:
 State (inquit) & nolite iterum in go seruitutis contineri. Ecce

ego

ego Paulus dico vobis, quoniā si circūcidamini, Christus vobis nihil proderit: Testificor autē rursus omni homini circūcūcti se, quoniā debitor est vniuersæ legis faciēda: Euacuati estis à Christo, q̄ in lege iustificamini, à gratia excidistis, nos em̄ spiritu ex fide sp̄e iustitiæ expectamus, nā i Christo Iesu neq; circūcisio aliquid valet, neq; præputiū, sed fides q̄ per charitatē operatur: Haud expositione (vt reor) opus est, sed admonitione ad intelligēdū hoc loco qui fidē charitati ceteris operibus exclusis, cōiūgit, nō decalogi, cū legis meminit, sed veteris Iudaismi opera dānari, & à Christo p̄nūciare aliena, nō tamē mireris, Germane lector, q̄ hoc loco Philippus operib⁹ legis Mosaicę addat etiā præcepta decalogi, nā & aliō opere circūcisioni & præputio, quæ nihil valere pronunciat apostol⁹ addidit etiā baptisma, & facit Paulū dicē. In Christo Iesu neq; circūcisio aliquid valet, neq; præputium, neq; baptisma, vt ipse addit. Quādiu hæc licēt Philippo, quis poterit eū superare? Sed tu potius attende quod dicitur, in Christo Iesu multum valere opera charitatis ex fide.

VI *Falsò docent monasticum institutum esse statum perfectionis.*

Falsò ergo Hieronymus monachū instituēs dicit: Tu autē perfectū te esse pollicitus es, nā cū derelicta militia te castrasti, p̄pter regna celorū, quid aliud q̄ perfectā sequit⁹ est vitā? qn̄ & scellit Christus iuuenē cui dixit, si vis perfectus esse &c.

VII *Præferunt consilia præceptis, & ita obscurant præcepta dei, & uerum cultum*

Hoc esse fictū & vanū, vel ex hoc apparet, q̄ Thomas recētiōrū monachorū facile princeps docet i ea parte summa theologicæ, quā appellat secundā secundę. quæst. 184. arti. 3. quo in loco nihil obscurè totius verè perfectionis primas tribuit præceptis diuinis.

VIII *Præferunt se nō modo simplicibus Christianis, uerū & magistratibus, & pastoribus.*

Verus monachus nemini se præfert, institutū hoc esse vtilius & expeditius ad assequēdū Christianā perfectionē, quā cōmunis laicorū vita, ex sacris literis cōfirmauimus: pastoribus nō modo supremis, verū & quibusuis curionibus quātū tribuamus, ostendunt Thomæ verba in ea parte summe theologicę

logicę, quam modo citauimus, quęstione eadē articalis. 7. & 8. hac de re ex professo differentis.

Ex huiusmodi falsis præconijs uitæ monastica populus periclitatur falsis opinionibus, audit sine modo laudari cœlibatū, idco cū offensione conscientie uersatur in cōiugio. IX

Cur hoc nō occinitur Paulo, qui. 1. Cor. 7. multis nominibus cœlibatū præfert cōiugio? quanq̄ nō est cur in matrimonio cū offensione consciētie uersentur coniuges, quibus etsi tranquillitas mentis, corporis, & animi sanctitas & id genus alia negantur, æterna tamen salus offertur.

Audit solos mendicos esse perfectos ideo cum offensione conscientie retinent possessiones, negociantur. X

Cur & hoc nō occinitur Christo, qui nō modò perfectionē diuitibus negat, vt monachi, verū & ingressum regni celorū illis esse tantum non impossibile prædicat, & semē uerbi dei à diuitiarum sollicitudinibus suffocari dicit: tamen monachorum nemo solis mēdicis tribuit perfectionem, vt Philippus consueta fide obiicit nobis.

Audit consilium euangelicum esse de non uindicando. XI

Fortassis à Luthero & Philippo, qui vt Christianos cum Christianis funestis certaminibus committant, id quod non semel fecerunt, prædicant euangelium amare sanguinem & bella, nam de nobis hæctenus audiuit nemo.

Plurimi monachi ante iustā atate susceperūt uota monastica, quibus liberū est rescindere. XII

Viderint ipsi, in quos hæc cōpetāt, nos ordinē & professionē non quorundā temeritatē defendimus, nec mihi, tamen quinto decimo anno vix dū exacto monachū indui, & quito post mēse uota suscepi, vnq̄ pbata sunt uota præcocia, q̄ tñ semel nūcupata fuerit, nō possūt priuata autoritate rescindi

Augustini tempore erant libera collegia monachorum postea addita sunt uota. XIII

Hoc superius ostēdimus esse fictū, cū de uotis ageremus: quoniā verò citat Augustinus, tamen uerba nō p̄ducuntur opere prætiū totius causę cōfirmationi me facturū existimo eūdē cōtrouersię iudicē legero, quē sui dogmatis testē citat Philippus. Augustinum igitur in psal. 99. audiamus. Si autē sic laudamus (inquit) nā de indiscretis omniū ordinū & immodicis laudibus tractare cœperat) in hoc tēpore ecclesiam dei

quomodo laudat scripturę dei, ecce quomodo nunc dixit: sicut liliū in medio spinarū, sic proxima mea in medio filiarū. Audit homo, considerat, placet illi liliū, intrat, adheret lilio, tolerat spinas, merebit esse in laude, & in oculis spōsi, qui dicit: Sicut liliū in medio spinarū, sic proxima mea in medio filiarū. Ita & in clericis laudatores clericorū intēdūt ibi bonos ministros fideles dispensatores, oīm toleratores, viscera sua impēdentes ijs, quos volūt perficere, nō querētes q̄ sua sūt, sed q̄ Iesu Christi, Laudat hęc, obliuiscūtur, quia mixti sunt malis. Rursus q̄ reprehendūt auariciā clericorū, impbitates clericorū, lites clericorū, appetētes res alienas, ebriosos, voraces, iactātes, & tu inuide vituperas, & tu incaute laudas. Tu q̄ laudas, dic mixtos malos: tu qui vituperas, vide ibi & bonos: sic & in illa vita cōmuni fratrum q̄ est in monasterio, magni viri sancti quotidie in hymnis, in orationibus, in laudibus dei inde viuunt: cū letione illi res est, laborāt manibus suis, inde se transfigunt nō auare aliquid petūt, Quicquid eis infertur à pijs fratribus, cū sufficiētia & cū charitate vtūtur: nemo sibi vsurpat aliquid, quod alter nō habeat: oēs se diligūt, oēs inuicē se sustinēt: laudat, qui nescit quid interius agatur, qui nescit quomodo illo vōto intrāte etiā naues in portu collidūtur. Intrat quasi securitatē sperās, neminē quē toleret habiturus: inuenit sibi fratres malos, qui mali inueniri nō possēt, nisi admitterētur. Est necesse vt primo tolerētur, ne fortē corrigātur. Nec excludi facile possunt, nisi prius fuerint tolerati, & fit ipse intolerandę paciētię. Quis me hic querebat? Ego putabā quia charitas esset hic. Et paucorū hominū molestia irritatus, dū nō perseverauerit implere quod vouit, fit desertor tā sancti, ppositi & reus voti nō redditi. Iā verō cū inde exierit, fit & ipse vituperator, & maledicus, & dicit ea sola, quę quasi se pati nō potuisse asseuerat, & aliquādo vera, sed vera malorum tolerāda sunt, propter societate bonorū. Dicit illi scriptura: Vē ijs qui perdidērūt sustinentiā. Er quod est amplius, ructat indignationes malorū odorū, vnde absterreat intraturos, quia ipse cū intrasset

intrasset, perdurare nō potuit, &c. Nō potuit magis graphicē Augustinus Lutheri & oīm trāsfugarum apostaliā, & causas quas illi p̄texunt, describere. Videtur nō fuerū tēporū dā nasse desertores, sed nostrorū vaticinatus, tametsi nostri libidinē & impudiciā vnā cū indignatiōibus adiunxerūt: vt nō cōtenti fieri sanctę profelsionis desertores, fiāt etiā maritorū aut certē procorum emuli, & riuales, & ita vtriq; ordini iure odibiles & execrādi: Sed ad vota redeam? Videtis Germani q̄ ex fide Philippus citet Augustinū, nēpe vt alios diuinę scripturę locos cōlueat. Augustin⁹ disertē p̄nūciat eos, qui quorundā peccatis aut morū importunitate offensi, monasteria deserūt, voti desertores esse. Dū nō perseverauerit, inquit, implere qd̄ vouit, fit desertor tā sancti ppositi, & reus voti nō redditi. Hoc est votū illud Christi doctrina & apostolorum exēplo susceptū, quod loco quē paulo ante ex. 17. li. de ci. dei citauim⁹, votū potētissimorū appellat, quid ego vnū aut alterū, sexcēta possem p̄ducere loca, quibus voti, vt nūc fiunt vota monastica, meminit Augustinus: sed cōstantiam & veritatem dictorum Philippi rursus videamus:

Augustinus negat dissolui coniugia illorū, qui post huiusmodi uota duxerunt uxores.

Qui cōstat Augustini tēporibus nō fuisse vota monastica quod p̄cedēs obiectio habet, & eundē tractasse an sint dissoluēda cōiugia quę cōciliātur post huiusmodi vota? Augustini v̄ba nō de votis p̄nūciāt monasticis, sed de cōtinētiā voto, quod viduę quędā domi suę, quo se liberius ac firmiter Christi obsequio & misericordię operibus mācipare valeār, priuatim suscipiūt, nā locus & si à Philippo arte sua cōsueta nō citatur, neq; proferuntur verba, aut nullus est, aut habetur in libro de bono viduitatis cap. 9. & 10. cuius verba tametsi p̄lixā nō grauabor adijcere, nempe vt multum lucis causa, multum pudoris (nisi omnem prorsus abiecerit) allatura Philippo: Citat Augustinus cap. 8. ad viduas conditionis suę admonendas apostoli verba ex capite primo prioris epistolę ad Timotheum, atq; in hunc modum de viduarum cœli-


Quid apostat Augustini etiā tēpore iactaret in monachatum

XIIII

Philippi uanitas & inconstantia in citandis testib⁹ monijs.

batū simul & pudicitia differit: Volo igitur iuniores nubere
 filios, p̄creare matres familias esse. Nuptiā bonū apostolica
 sobrietate & autoritate cōmēdat nō procreādi officiū, etiā
 eis quę cōtinētię bonū capiūt, tanq̄ ad obsequelā legis impo-
 nit. Deniq; cur hoc dixerit p̄dit, cū adiūgit, & dicit, nullā oc-
 casionē dare aduersario maledicti gratia: Iā em̄ quēdā cōuer-
 se sunt retro post Satanā, vt his verbis eius intelligamus eas
 quas nubere voluit, meli⁹ posse cōtinere, q̄ nubere, sed meli⁹
 nubere q̄ retrō post Satanā ire, id est, ab illo excellēti virginali,
 vel vidualis castitatis proposito in posteriora respiciēdo
 cadere vel interire. Proinde quę se nō cōtinēt, nubāt, anteq̄
 cōtinētiā profiteātur, anteq̄ deo voueāt, quod nisi reddāt, iu-
 re dānātur. Alio quippe loco de talibus dicit. Cū em̄ in deli-
 cijs egerint in Christo nubere volūt, habētes dānationē, quo-
 niā primā fidē irritā fecerūt, id est, volūtātē ad nuptias à pro-
 posito cōtinētię deflexerūt. Irritā quippe fecerūt fidē, quam
 prius vouerāt, quod perseverātia implere noluerūt. Nuptia
 rū igitur bonū semper est quidē bonū, sed in populo dei fuit
 aliquādo legis obsequiū, nūc est infirmitatis remediū, in qui-
 buldā verō humanitatis solaciū. Filiorū quippe procreationi
 operā dādi, nō canino more per vsum promiscuū fœminarū
 sed honesto ordine cōiugali, non est in homine improbādus
 affectus etiā, ipsum tamē laudabilius trascēdit & vincit cele-
 stia cogitās animus Christianus, sed quoniā sicut ait domin⁹:
 Nō oēs capiūt verbū hoc, quę potest ergo capere capiat, quę
 se nō cōtinēt nubāt, quę nō cœpit, deliberet, quę aggressa est
 perseveret, nulla aduersario detur occasio, nulla Christo sub-
 trahatur oblatio. In cōiugali quippe vinculo si pudicitia con-
 seruatur, dānatio nō timetur: sed in viduali & virginali cōti-
 nētia, excellētia muneris amplioris expetitur. Qua expetita
 & electa & voti debito oblata, iā nō solū nō capescere nuptias
 sed etiā, si nō nubatur, nubere velle dānabile est. Nā vt hoc
 demonstraret apostolus nō ait: Cū in delicijs egerint, in Chri-
 sto nubūt, sed nubere volūt, habētes (inquit) dānationē, quo-
 niam

nia in primā fidē irritā fecerūt, & si nō nubēdo, sed tamē vo-
 lēdo, nō quia ipsæ nuptiæ vel taliū dānādę iudicātur, sed dā-
 natur propositi fraus. Dānatur fracta voti fides, dānatur nō
 susceptio à bono inferiori, sed ruina ex bono superiore: Po-
 stremo dānātur tales, nō quia cōiugalē fidē posterius inierūt,
 sed quia cōtinētię primā fidē irritā fecerūt. Quod vt breui-
 ter insinuaret apostolus, noluit eas dicere habere dānationē
 quę post amplioris sanctitatis propositū nubūt, nō quia non
 dānētur, sed in eis ipsæ nuptiæ dānari putarentur. Sed cū di-
 xisset, nubere volūt, cōtinuo addidit habētes dānationē. Et
 dixit quare. Quoniā primā fidē irritā fecerūt, vt volūtātē q̄
 à proposito cecidit appareat esse dānatā, siue subsequantē nu-
 tię siue desint. Proinde qui dicūt, talium nuptias nō esse nu-
 ptias, sed potius adulteria, nō mihi vidētur satis acute ac di-
 ligēter cōsiderare quid dicāt. Fallit eos quippe similitudo ve-
 ritatis, &c. Hæc sunt opinor verba quibus innititur obiectio
 Philippi, quibus superiora nos adiecimus, vt præter totius ope-
 ris argumētū quod est de bono viduitatis, ipse cursus oratio-
 nis & tenor ostēdat nullā hic monachatus aut monasterij fie-
 ri mētionē. Loquitur em̄ Augustinus de viduis illis quibus
 Paul⁹ dicit. Volo aut iuniores nubere, & alibi: Cū in delicijs
 egerint in Christo nubere volūt, quas non fuisse monachas,
 nec id aggressas quod monachatus hodie profitetur, vel Phi-
 lippus ipse cōcedet, firmauerāt quidē cœlibatus propositum
 voto, sed priuato, quod sacramēti viribus nō potest obsiste-
 re. Quod si quæras quæ sit ratio cur solēnitas tāta viriū ad-
 dat profefsioni, quæ ab ipso profitētis animo, magis q̄ à solē-
 nitate quæ prorsus extima est, proficiscitur: Hæc iā quæstio
 alia est, & ab obiectiōe lōge diuersa, nec n̄s quę ecclesię decre-
 tis nō acquiescūt, deerūt vnq̄ huiusmodi interminabiles quę-
 stiones, nos tātū ostēdere volumus, Augustinū non esse de
 votis monasticis loquūtū, cū ratas vult esse nuptias, quę pro-
 misse cōtinētię supueniūt, sed de voto priuato, cui etiā ostē-
 dit fuisse quōdā catholicos, qui vī tribuerēt dirimēddi, aut



certe prohibendi cōiugia & efficiēdi vt nō cōiugia esēt sed adulteria, tanta fuit semper ab ipsis etiā apostolorū tēporibus vtorū potestas & obseruatio, q̄ hodie vt impia (si diuis placet hominū cōmēta, p̄sūdūt à Philippo quē rurſ⁹ audiam⁹

XV *olim monasteria erāt scholae sacrarū literarū & aliarum disciplinarum, quae sunt uti-
les ecclesiae, & ad discendum monachi conueniebant, nunc fingunt institutum esse uitae
genus ad promerendam remissionem peccatorum.*

Monachorū collegia scholas esse sacrarū literarū vehemēter optamus, & quēdā esse videm⁹ alioqui nō p̄duxissēt tot sapiētū cēturias optimis disciplinis instructas, aduersus ecclesie alophilos. Certe nos quotquot haētenus incoluimus ordinis nostri cōnobis (habituimus autē Purgis, Valladoliti & Salamāca) scripturas sacras aut illarū grauiores interpretes monachis semper enarrauimus. Falsum tamen est, olim monasteria nō fuisse nisi disciplinarum scholas: id quod Basili, Chrysostomi, Hieronymi, Augustini, Ioānis de mū Casiani scripta apte declarāt, tametsi scripturarū sanctarū pia magis & simplex quā tumida & artificiosa lectio ac meditatio frequens primum locum sibi in monasticis exercitijs obtineat. Omnium verō absurdissimum est, quod Philippus ex superioribus velut irrefragabilibus axiomatis colligit:

XVI *Error est perniciosissimus sentire q̄ euāgelica perfectio sit in traditionibus humanis. Nam ita etiā Mahumetistarū monachi gloriari possunt, se habere perfectionē euāgelicā. Hoc vt verissimū est, ita ineptissime simul & maliciosissime aduersus nos colligitur. Quid em̄ ad nos attinet obiectio Mahumetici monachatus? nū significare vult nos p̄fici credere sine Christo & eius fide? Hęc mahumetica v̄ba sibi cōcinnāt Lutherani, q̄ ausi sunt docere nō obesse christiano, si oēs externos ecclesie ritus negligat, & vniuersos turcarū, etiā circūcisionē, accipiat, id quod, ne quis me studio mēritū existimet, i eo libello memini me legisse, quē Philippus hypotipose appellat, vbi est illud qd̄ cōmemorauit de baptismo, nos q̄diu homo ex corpore cōstat & animo, credimus vtroq; pietatē esse prestādā, idq; nō ad nutū cuiusuis etiā catholici neqdā pseudo, p̄phete, sed scripturarū sanctarū & ecclesie p̄scripto Regnum*

*Regnū leiest iustitia & vita in cordibus, ideo perfectio est crescere timorem dei, fidē
ciā misericordiae promissae in Christo, & curā obediēdi uocationi sicut et Paulus descri-
bit perfectionem. Transformamur à claritate in claritatem tanq̄ à domini spiritu. Non
ait, alium subinde cucullum accipimus, aut alios calceos, aut alia cingula.*

Hoc etiā quis vnq̄ negauit Philippo? quærat quos hęc tā recōdita doceat, monachi iādudū atates ista nouerunt, nec quicq̄ aliud profitētur. Addēdū tamē erat ad perfectionē timori & fiducia amor, quē Paulus Col. 3. dicit esse vinculū p̄fectionis. Huic maximē aduersatur ea quā græci philautiā vocāt, hoc est, amor sui, omnium malorū fons & origo, atq; adeo, vt Augustin⁹ dicit, Babilonis ciuitatē & regnū diaboli cōstituēs, quēadmodū charitas, qd̄ omniū bonorum parēs sit, regnū Christi efficit. Paulus ad Tim. 2. epist. enarrās scelera, quæ futura inter Christianos postremis tēporibus vaticinatur, ab amore proprio, ceu ab vniuersorū capite incipit, & in voluptatum libidinē & amorē definit. Monachi ergo qui verē quod profitētur esse conantur, vt ad charitatis p̄fectionē peruenire valeāt, odiū sui aduersus philautiā meditātur, illud (inquā) odiū de quo Christus. Qui odit animā suā in hoc mūdo, in vitā aternā custodit eā: vnde & perpetuū bellum sibi indixerunt ieiunijs, vigilijs, & laboribus carnis libidibus & cōcupiscētijs aduersantes, nō q̄ in his credāt, sitā esse perfectionē, sed q̄ intelligāt, quō magis sui contēptū & odiū mēs Christiana cōceperit, eō feruētius in dei amorē & fiducia idētidē erigi, p̄uehi, perfici, consummari, & inter hæc dū caro inedia & squalore propemodū cōfecta, minus insolescit, minusq; obstat spiritui perfectionē meditāti, sit, vt, qd̄ apostolus ait, quatū exterior homo noster deficit, ac viribus destituitur, tantum interior renouetur & perficiatur.

Post tā multa scripturarū loca q̄ nobis obiecta sunt in cōfessione, post impietates & errores, quos ex illis aduersum nos colligit Philippus, conat̄ etiā nostrorū argumētationib⁹ respōdere, & testimonia p̄ducta refellere. Principio ne qua possimus ab eius nō obiectiōibus modo, verū & cōtumelijs euadere, agnoscit immodicas p̄fessiōis nostrae laudes tēperasse Gersonē, quoniā scripsit monachatū nō esse p̄fectionē,

sed statū acquirēda perfectiōis: Nos quos authores habeat
 p̄fessio monachorū, & quos suę laudis patronos atq; p̄co-
 nes superi⁹ exposuim⁹, nēpe Christū, apostolos, & ne hos nō
 intelligere nos cauilletur Philippus, Basilios, Gregorios, Chri-
 sostomos, Augustinos, quorū multi iustis lucubratiōibus, in
 regis libris causam nostrā susceperūt, laudes extulerūt, pro-
 fessionē p̄dicauerūt, nō aduersus Lutherū & eius errores,
 quē tūc tēporis nō timebāt monachos succēsurū, sed pro ve-
 ritate qua solet ad sui cōmēdatiōē & laudes vltro inuitare
 sapiētes, hi oēs nō dubitāt p̄nūciare, monachātū perfectiōē
 esse Christianā, quorū sentētiā explicuit diuus Thomas & mo-
 nachus & Gerson aliquot sæculis antiquior, vt apparet, cū
 ijs locis quorū paulō antē meminimus, tū verbis q̄ hac de re
 eadē summæ theologicæ parte quæst. 186. arti. 1. ad argumēta
 quę sibi obiecerat ipse respōdet: Dicēdū est (inquit) q̄, sicut
 dictū est, religio nominat statum perfectiōis ex intētiōe fi-
 nis, vnde nō oportet quod quicunq; est in religione, sit perfe-
 ctus, sed q̄ ad perfectiōē rēdat: Professionis ergo nostrę lo-
 cū & cōdirionē nos ipsi agnoscimus, etiā si nunq̄ admonere
 mur à Gerson. Sed nec hoc tēperamētū probat Philippus:
 Hoc (inquit) si sequimur nihil erit in monastica status perfecti-
 onis, q̄ vita agricolæ, aut fabri, nā hi quoq; sunt status acqui-
 rēda perfectiōis, oēs em̄ homines in quacunq; vocatione
 p̄fectionē expetere debēt, hoc est, crescere ī timore dei, ī fide
 in dilectione proximi, & similibus virtutibus, &c. Optime
 quidē, at nō hic agimus, de his qui debent expetere perfecti-
 onē, sed oēs professiones aut omnia exercitamenta a quē
 cōferāt ad perfectiōē, & an illā omnia hominū instituta &
 vitę genera aggrediātur, & vtrū monastica p̄cellāt in hoc
 vniuersis vitę ciuilibus institutis, nā sacerdotibus ac cæteris hie-
 rararchis fatemur, quatenus monachi tantum sumus, impares
 nos esse professionis dignitate: Nec magis sunt ad propositū
 exempla veterū monachorū, quę producit Philippus, quibus
 exēplis a quati angelica reuelatione legūtur laici quidā sum-
 mis

mis anachoretis, quādo non hic de meritorū collatione disse-
 rimus, in quibus p̄stare potest sordibus lixa primis in ec-
 clesia viris, sed de vitę generibus in cōmuni, de quibus nega-
 ri nō potest quin quēdā propius accedāt ad pietatem q̄ alia.

CORONIS.

Hoc loco, & his de reb⁹ differētē oppressit me quorū dā
 monachorū calūnia, qui hæresis nō cuiusuis, sed Luthe-
 ranę nomine me apud inquisitores Hispanię sunt criminati:
 Vide mihi lector quale pietatis hostimētū p̄ monasticę pro-
 fessionis patrocinio iā inde ante. 16. annos suscepto nobis re-
 tulerint, simulq; animaduerte, qualē ecclesię nauāt operā nō
 nulli, qui se fidei vindices & catholicę pietatis iactāt asserto-
 res. Sed nos neq; propter paucorū, nec si plures quidē sint,
 insolētiā possumus sanctissimū religionis institutū dānare,
 nec propter hominū ingratiōinē Christi & ecclesię causā
 deserere. Si em̄ in hoc mūdo tātū (quē ait Paulus) in Christo
 sperātes simus oim hominū miserrimi sumus, Lutheri est,
 & eius cōpliciū p̄pter p̄uersos hominū mores sanctas eccle-
 się leges & instituta dānare. Euāgelica autē prudētia agnoscit
 quod superius diximus, sagenā Christi malos vnā cū bonis
 temper ab initio mūdi collegisse, nec vllū esse ordinē tā per-
 fectū, quin nō modo nequā, verum p̄ditissimos aliquot ho-
 mines atq; deploratissimos habuerit, innascūtur em̄ antido-
 tis toxica, & saluberrimis quibusq; rebus solēt esse admixta
 venena. Sic propheticus ordo habuit Balā, apostolicus Iudā,
 diaconicus Nicolaū, vt ipsis reꝝ omniū experimentis fateri
 cogamur, quod in exordio huius operis p̄posuimus. Nihil
 scilicet esse adeo p̄clarū, celeste, diuinū, quod si versetur
 inter homines, & per homines dispēdari, aut quoquo modo
 geri cōtingat, eorundē hominū defectibus nō fit quadāten⁹
 obnoxiiū, sed nos huiusmodi nō monachis, sed monachorū
 mōstris despectis, oculos ad monasticę professionis heroēs
 Paulos, Antonios, Ioānes, Macharios, Hilariōes, & antiquos
 illos Aegyptiacos greges apostolicę perfectiōis amulos &
 Tr sectatores

festatores cōuertamus. His adijcere possumus Benedic̄tū cū
tā numerosa diuorū caterua, cuius institutū si nihil aliud ec-
clesiē cōtulisset vel hoc tamē erat illi semper habēda gratia
q̄ Gregoriū illū cognomēto magnū pōtincē protulit. Nec
posterioribus sēculis defuerūt viri monasticę pietatis p̄fel-
tores, qui mēdicātū familias pio quidē cōsilio & successu nō
infelici cōdiderūt, nā sunt in eis, qui etiā sanctitate & eruditi-
one claruerint. Quibus diuinę approbationis pignoribus ac-
ceptis, pseudomonachos oēs atq; atq; monachomastigas cō-
tēnamus, nec em̄ propter alteros professio, nec p̄ter alteros
vita monachorū nobis debet esse contēptui, nec verō nemo
credat, velim, monachorū pertesum, aut illorum insectatione
vsq; adeo cōmorū, vt p̄pterea quasi indignās ab huius ope-
ris cōsummatione destiterim, stultū profecto esset & homi-
nis parū grauis, quod pro Christo opt. max. & eius tātūmo-
do gloria fuerat inchoatū, ob stultitiā quorūdā hominū &
cōtumelias velle deserere, sed decreui (quod superius ad Ca-
rolū cesarē inuictissimū p̄fatus sum) nihil doctrinę seu gra-
uioris alicuius sententię addere, his quę in schedis quas ad in-
quisitiōis regesta retulimus, habebātur, ne quis me alio vnq̄
fuisse aut esse animo, erga catholicas veritates & ecclesię ob-
seruatiā existimet, atq; fueri anteā q̄ aduersarij nostri quicq̄
aduersus nos mollirētur. Adieci tamē epistolā ad Osiandru
nostrā, vt Lutheranoꝝ cōgressus (si modo Lutheranus est
Osiāder) qui nobis crimini dātur, vel hoc argumēto quales
fuerint appareat. Reliqua autē cōfessionis & apologię capita
quę his disputationibus nō attingūtur, etiā si persequi vellē
nulla opus esset noua doctrina ad illoꝝ confutationē, omnia
em̄ quę sequētib; paragraphis Philippus inculcat de eccle-
się ritibus, cāremonijs, p̄ceptis, ordinib; & si quę sunt alia
huiuscemodī, ita fuerāt p̄cedētib; ab eo p̄ducta, vt nihil
addat noui nisi verba, quorū est impendio largus, ita à nobis
discussa, & ad scripturarū testimonia, & ecclesię autoritatē
collata, vt nulla sit opus alia cōfutatiōe. Superest vt Germa-
nos nūc oēs (quod in exordio & sēpe aliās fecimus) demum
exhorre-

exhortemur, & per cōmunē in Christo Iesu salutis sp̄e oble-
cremus, vt totā hanc disputationē, q̄ maximē poterūt, inte-
gri legāt, nec vlli se addicāt sectę aut factioni, cuius studio fa-
cile, nisi diligēter caueāt, nō solū ad ea quę fuerint subobscu-
ra, verū & ad splendidissima quęq; vt oculi tenebris assueri,
ad lucis aspectū cecucient, & hallucinabūr, ponētq; (quod ait
propheta) lucē tenebras, & tenebras lucē: apud quē prophetā
multi, qui bellē sibi sapere videbantur, tandē errore, vbi illis
minimē proderit, patefacto dicūt: Elongatū est iudiciū à no-
bis, & nō apprehēdet nos iustitia, expectauimus lucē, & ecce
tenebrę, splendorē, & in tenebris ambulauimus, palpauimus
sicut cęci in parietē, & quasi absq; oculis obtrectauimus, im-
pegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mor-
tuis, &c. Est cui soli subdēdū est nostrū omnino iudiciū, Chri-
stus Iesus dei patris & filius & veritas, qui mentiri nō nouit,
fallere nescit, peccatū nō fecit, nec inuentus est dolus in ore
eius. In cuius v̄bis, quę per se, vel per prophetas & apostolos
sua organa protulit, cū inciderit, vt intellectus imbecillitate
cespitemus, aut ambigamus, est: ad quā huiuscemodī quęstio-
nes ipsius Christi Iesu prospectiōe referātur, ecclesia catho-
lica: de qua ineptissimū est dubitare quēnā, aut vbi sit. Ea est
enim quę sectis hēresibus suboriētibus & intercedētib; ab
ipso Christi tempore & ab orbis initio, vsq; ad nostra palā &
in aperto perseuerat. Est enim ciuitas sup montē posita. Lu-
cerna nō sub modio latitās, vt quidā fingunt, quo nō sit cu-
ius iudicio dānentur, sed super cādelabrū accēsa, vt & digno-
sci possit ab oibus, & ijs qui ad illā accesserint, lucere. Huius
est, vt ait Paulus, captiuare oēm intellectū in obsequiū Chri-
sti, qua captiuitate nulla potest esse libertas felicior, quinimō
huic vni nō esse animo fide & pietate subiectū, est, quod ait
Petrus, velamē habere malicię libertatē. Huic multi pseudo
ecclesię se ab apostolicę p̄dicationis exordio opposuerūt,
quę & si diu aliquoties durauerint, demū extinctę sunt, quo-
niā portę inferi non p̄ualebūt aduersus eam. Christo Iesu
pollicente vnā atq; p̄stante, cui sit honor & gloria, Amen.

Te n̄

Egregio



SOEGREGIO VIRO

Andreae Osiandro Norimbergenſi eccleſiaſtae Virueſius &c. Salutem.



Væ de me tuis literis prædicas, Oſiãder humaniſſime, quãto iuſtius poſſem in te cõmẽ dare, qui pro breui atq; arido epiſtolio data ad me integra epiſtola, eadẽq; haud minus erudita q̃ pia, gratiã cũ ſcõnore retuliſti, eruditionẽ in me extollis, cũ totius ſapientie limina triũ videlicet linguarũ cognitionẽ, ſi nõ vnus, vnice tñ ſis aſſequutus. Ego verò hæc & id genus alia que literẽ tuẽ cõtinẽt data auribus meis à tua modestia interpretor, neq; em̃ quia tu ſemper tui ſimilis eũdẽ refers Oſiandrũ literis, q̃ pau culis illis cõgreſſionibus tãtopere mihi placuit ego mei obli uiſcar, ſcio mẽſurã meã, nec ignoro q̃ ſit mihi curta ſupellex: gratiſſime tamẽ nihilominus mihi fuere tuarũ laudes: nã ſi iudicas, placet noſtra mediocritas, que tãto viro nõ improbat, ſin erras, delector affectu iſto tuo, qui tibi potuit imponere, quando te nõ ex animo dixiſſe quæ ſcribis, haud poſſum anĩ mum inducere vt credã: q̃ ſi crederẽ iã vel hoc nomine ipſe mihi placerẽ, q̃ is ſim, cui tãtus ac talis vir, nẽpe Oſiander in Germania, blãdiri voluerit: Ea que timidulus eſſagiras, tãtũ abeſt vt tibi præſtare grauer, vt nihil aliud fuerim vnq̃ p rofeſſus niſi paci & charitati oia eſſe poſthabẽda, itaq; aliud que re, quò Alfoñſi tui ſtudiũ erga te palã tibi fieri poſſit, nã pacis negociũ (ſi modo nos ad rẽ tãtã tãq; difficile quicq; ſum?) nõ in tui tãtũ gratiã, ſed in eccleſie totius maximũ cõmodũ & vnicũ Chriſtiane reipub. præſidiũ me, quibus poſſim viri b^o, curaturũ recipio. Scio q̃ inualida ſint arma ad immutãdã animi perſuaſionẽ, que ſub ſpecie pietatis ſemel obrepiſit, poſ ſunt qdẽ corpus ſubiicere, capere, vincire, in carceres & ner uos cõijcere, ad extremũ occidere, ſed animũ ſolus ſpiritalis ille gladius attingit, qd^o eſt verbũ dei, penetrabilius, vt Paul^o ait, & efficacius omni gladio ancipiti ptingẽs vſq; ad diuiſio nem

EPISTOLA AD OSIANDRUM

nẽ animẽ ac ſpiritus, cõpagũ quoq; ac medularũ, diſcretor cogi tationũ & intẽtionũ cordis, hoc vno vtẽdũ in fidei certami ne ſemp viſum eſt mihi, niſi nouo dogmati ſe adiũgat ſeditio aut quicq; ſimile quod ſecularis magiſtratus gladium ad rei pub. tranquillitatem videatur exigere, atqui de vobis nõ eſt opus vt nũc pronũciẽ, quicquid enim dixero, cũ veſtrorum multa nõ probẽ, in tui gratiã dixiſſe videbor, adiungã tamẽ huic epiſtolæ fragmẽtum alterius q̃ ante ſeſqui annũ in Hiſ pania ad quẽdam amicũ virum doctũ iuxta atq; probum in cẽſaris curia verſantẽ dedi, vt vel hoc poſſis cognoscere, quo ſim ſtudio cõſilia pacis & cõcordiæ vt poſtulas, vbiq; diligẽ ter ſeminaturus, qui extra iactũ telorũ (vt aiũt) poſitus nihil ſuaſerim niſi pacẽ: Ceterũ quãdo nõ eſt tua grauitate, prudẽ tia cõſtãtia, dignũ, quicq; ab alio nedũ ab amico petere, quod ipſe quoad poſſis, nõ adhibueris, oportet vt pacis cõſilia que nobis amicitia interpoſita ſuggeris, à te viciliſim Oſiãder hu maniſſime poſtulari, haud ægre feras, vt enim ſapientiam tuã paucis, poſita interim amici pſona cõueniã, niſi quis hoc ve rius aſſumpſiſſe dicat, qui poteſt inter nos cõcordia coaleſ cere, manẽte in vobis præfacta quadã animi cõtumacia, qua cũ eccleſie catholicẽ hætenus mẽbra fueritis, nũc totius cor poris ſentẽtie cedere nõ vultis? Dicite mihi, obſecro, an tre centos, quadringẽtos, ſexcẽtos, mille etiam antea annos fue rint in Germania Chriſtiani, qui verẽ eſſent Chriſti & eius eccleſie mẽbra, nam ſi non erant, nullibi gentiũ fuit tam mul tis ſæculis eccleſia illa, vſq; ad finẽ ſæculi perpetuo, Chriſto pollicente, maſura, quam apoſtolus vocat columnã & firma mentum veritatis: nullibi, inquam, fuit, quia idẽ quod Ger mania per tot annoꝝ centurias credidit, Chriſtianus orbis eſt profeſſus, ſi vero fuit ſemper, ſicut & perpetuo erit eccle ſia, & eius membrũ ceu pars erat toto illo tempore Germa nia, eccleſia eadem in eo quod ſemper credidit, permanente & eundem pietatis cultum ſeruante, huiusmodi cultus & do ctrinẽ partem nõ paruam deſeruiſſe, & pro his noua dogma

ca illis inuexisse, quid aliud est, quod ab ecclesia discessisse? qui vero post hanc discessionem concordiam postulatis, quid postulatione hac profitemini, nisi ad ecclesiam velle reuerti? Atqui hoc fieri nequit, nisi credendo quod ecclesia credit, & eisdem signis fidem profitemdo quibus ecclesia profiteretur, sed obstat vobis verbum dei. Nunquid ecclesia fuit vnquam sine verbo dei? aut aliud verbum potestis nunc producere, ab eo diuersum, quod haecenus habuit ecclesia? Quid igitur vultis concordiam nobiscum, qui sine verbo dei sumus? Non de verbo dei nobis est controuersia, quod omnes fatemur, debere regnare, sed de eius pura atque Germana intelligentia, vtri scilicet illa sint assequuti, an vos qui Luthero duce noua dogmata ex verbo dei collegisse iactatis, an nos, qui antiqua, verusta, perpetua, eidem verbo dei innitētia sequimur, quae & vos olim & vniuersa Germania, cum ecclesia cuius membra tunc eratis, plus quam mille annos sequuta est: Si ecclesia tam multos annos aberrauit, in his quae vos nunc sapere coepistis, nulla prorsus erat ecclesia, quandoquidem non erat columna & firmamentum veritatis, quod ait apostolus, nec habuit spiritum veritatis à quo doceretur omnia, & ei omnia suggererentur, quae dixerat Christus. At quis hoc dicat. Quod si non errauit ecclesia, procul dubio errant omnes & falluntur, quot quot illi nouis dogmatibus aduersantur. Sed iam ab epistolae compendio in commentarii prolixitatem euehor, idque tempore, haud mediocriter alieno, nempe in ipso itineris procinctu, quo necesse nobis est caesarem sequi, quare obsecro te, mihi Oslander, vt haec & id genus alia, quae tu ipse facilius (quae tua est facultas) modo velis tecum expedere, adinuenies, integer quam maxime poteris animaduertas, & pacis consilia quae mihi literis tuis inferas, apud Germanos tuos operibus referas, vt, quod ait apostolus, omnes quae pacis sunt, sectemur, & quae a difficationis sunt, inuicem custodiamus, ita enim vtrisque adnitentibus, facile coalescet concordia, quam non minore modestia quam pietate à me, vt suadeam, dignatus es postulare. Quod quaris

quæris, vbi nam gentium sim futurus, nihil est quod ego minus sciam, neque quod facilius tu scire possis, futurus enim sum in caesaris aula, quem inter armorum strepitus & imminētis belli terrores sequi, decretum est, donec, si fieri possit, intelligam arcanum hoc vocationis meae consilium, quo à monasterii placida quiete accersitus sum in turbulenta ac plane motorias curiae fabulas & tragœdias. Nihil est interim aliud cuius te certiore reddam. Vale & Alfonsi tui semper memineris, qui qualis qualis nunquam tui non meminerit apud Christum, cui sit honor & gloria. Datis Ratisponae quinto Septembris. Anni. M. D. XXXII

ANTVERPIAE
EXCVDEBAT IOANNES
CRINITVS, ANNO
M. D. LXI.







Archivo

Estanc

Plóteo